958. 13. *καὶ τὴν μὲν λέλυσαι, τὴν δὲ ἔδωκας ἑταίραν.*] *λέλυσαι, ἀντὶ τοῦ ἐπρίω. ἔδωκας, ἀντὶ τοῦ ἀπέδου*, niſi forte mendum aliquod ſubſit. *τήνδε ἔδωκας ἑταίρᾳ* habet Felic. quod minus placet, vt ad *χλανίδα* referatur.

17. *οὐδὲ τὸν Φορμίωνα ἐκεῖνος ὁρᾷ.*] S. *πολλῶν ἐνδεῆ ὄντα.*

959. 25. *εἶτά γε νῦν πολλοί.*] S. *ἔχουσιν ἐκεῖνον τὸν ἀγρόν.*

960. 5. *τῶν ἡμίσεων κατέλιπεν ἐπίτροπον.*]* cur ſit additus, non video. Nam ſemiſſis haereditatis fuit Paſiclis, cui tutor datus eſt Phormio.

13. *καὶ ταῖς ἀπ' ἐκείνης ἀραῖς.*] S. *ἐναντία.* Non opus eſt addere, *ἔνοχος ὤν.*

vlt. *Καλλίππου, τοῦ νῦν ὄντος ἐν Σικελίᾳ.*] Fortaſſe cum Dione profectus ad expellendum Dionyſium iuniorem.

961. 3. *ὧν μέρος ἠδίκου.*] F. A. *ὧν πολλοστὸν μέρος.*

20. *ἴσθι δὴ καὶ τὰς πρὸς Ἀπολλόδωρον τῆς πονηρίας.*] Requiro aliam lectionem, nec inuenio.

962. 3. *χρήμαθ' ὑμῶν.*] *ὑμῖν ἀνεγνώσθη.*

pen. *ἢ τῶν τοιούτων τι δεικνύναι.*] S. *κελεύετε.*

963. 9. *ἐξέρα τὸ ὕδωρ.*] Hinc apud D. Petrum, *κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα ἐπανερχομένη.*

IN ARGVMENTVM EXCEPTIONIS ADVERSVS PANTAENETVM.

Pag. 963. 1. *παρὰ Τηλεμάχου* eſt in oratione.

7. *καὶ τὰς ὠνὰς εἶχεν αὐτός.*] Haud ſcio, an mancipem, redemtorem, aut fideiuſſorem dicere liceat. Sed malo ad verbum vertere, quam nimium in re dubia mihi permittere.

964. 13. *κατεῖχεν αὐτοῦ.*] F. *αὐτὸ*, S. *τὸ ἐργαστήριον.*

964. 23.

964. 23. πέρας.] τελευτῶντες, κατὰ τὸ πέρας, πρὶν τὸν Πανταίνετον. et p. 965. 6. μεταλλικὴν ἐπιγράφων τὴν δίκην. et, v. 23. ποικίλα ἐγκλήματα. et v. 24. F. ἐν τῷ μεταλλικῷ.

26. τοὺς ἑτέρους δανείσαντας.] F. τοὺς ὕστερον δανείσαντας.

966. 1. ὅτε Πανταίνετος ἐκεῖνα.] F. A. ἔπασχεν ἐκεῖνα.

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 966. 10. παρεγραψάμην ἂν αὐτὸν.] Cum accuſatiuo perſonae rarius, ſaepius cum accuſatiuo δίκην, aut, cum infinitiuo, μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι.

11. ἐπὶ ταύτης τῆς σκήψεως εἰσελθών.] προφάσεως καὶ δικαιολογίας.

17. οὐσῶν μὲν ἐμμήνων.] De hac voce alibi dictum eſt, pro menſtruis poſſe reponi ſemeſtria, παρὰ τοὺς ἓξ μῆνας τοὺς χειμερινοὺς, ἀργούσης τῆς ναυτιλίας καὶ ἐμπορίας.

967. 9. ὅλῳ τῷ γράμματι.] F. πράγματι. et ibid. πολλῶν γὰρ δικῶν, pro δικαίων.

14. ἐδανεισάμην.] M. ἐδανείσαμεν. et v. 22. πρατὴρ μὲν οὖν.

pen. λύσις παρ' ἡμῶν.] Redemtio a nobis, vt liceret redimere a nobis officinam.

968. 19. ἔχει δίκην ἧς ἐτιμήσατο αὐτός.] S. ἐκείνῳ. Notatum αὐτὸν. Malim αὐτῷ.

23. εἰ δ' Εὔεργος ἀληθῆ λέγει.] τὸ ἀληθεῖ λέγει videtur a grammatico adiectum, cum poſſit ἀπὸ κοινοῦ ex ſuperiore intelligi. et, p. 969. 4. οὔτε ἐπεδήμουν ὅλως, ἔλαχε δὲ δίκην. et, v. 10. θαυμαστὸν ὡς ἐλυπήθην, ὁρῶν τὸ πρᾶγμά μοι περιεστηκὸς εἰς ἄπορον, pro θαυμαστῶς et ἄτοπον.

969. vlt. καὶ τοῦ Μενεκλέους βεβαιοῦντος ἡμῖν.] S. τὴν πρᾶσιν.

970. 1. *ὡς ȣ̓ δεξομένȣς*, per *ο*, non per *α*.

3. *ἢ διαλῦσαι σφᾶς.*] Abſoluere, ſatisfacere ſibi.

13. *ὡς ἐσυκοφαντȣ́μεθα ὑπὸ τȣ́των.*] F. *τȣ́τȣ*. ſ. *τȣ͂ Παντωινέτȣ.*

972. 17. *οἱ μὲν οὖν παρά τι τῶν ἄλλων τȣ́των δικαζόμενοι.*] Non placet haec lectio, nec occurrit melior.

26. *δικαίοις ἂν ἁλισκόμενόν με ἐπὶ τȣ͂το ἀποχωρεῖν.*

973. 13. *ἐκ τȣ͂ ἐγκλήματος τȣ́τȣ.*] M. *τȣ͂το δῆλον.* et, v. 20. *οἰκέτῃ με ταῦτα*, vel *τὰ τοιαῦτα*, pro *μετὰ ταῦτα.*

974. 10. *κατέστησεν ὡς αὐτὸν.*] *ἀντὶ τȣ͂ πρὸς ἑαυτὸν.* F. *ὡς ἑαυτȣ͂*, ſ. *ὄντα.*

16. *καθέζεσθαι εἰς τὸν Κεγχρεῶνα.*] Suidas: *εἰς τὸ καθαριστήριον, ὅπου τὴν ἐκ τῶν μετάλλων διέψυχον κέγχρον.* Ego ſuſpicor, eſſe proprium loci nomen, ſeu aſyli ſeruorum, vt fuit *τὸ καθέζεσθαι ἐπὶ τὸ χῶμα*, aſylum trierarcharum: niſi forte hoc dicat, auocatos fuiſſe ſeruos a mandato opere, et ad aliud traductos.

22. *ἢ ἔχειν, ἢ κτήσασθαι.*] Aut *τὸ ἢ κτήσασθαι* abundat, aut *καὶ κτήσασθαι* legendum.

975. 24. *καθάπαξ μὴ πρατῆρας ἔχων* addita negatione legendum, ſententia docet: niſi placeat, *καθάπαξ, πρατῆρα σὲ ἔχων.*

976. 1. *αὐτὸς δυοῖν ταλάντοιν* | *προσδικάζεται.*] Tanti Pantaenetum aeſtimaſſe mulctam, ex iis, quae ſequuntur, apparet.

10. *πρὸς τȣ̀ς τετταράκοντα.*] Huius magiſtratus nomen alibi me legiſſe non recordor.

13. *καὶ τȣ́των τὰς παραγραφὰς ἀντιλαγχάνειν.*] *παραγράφεσθαι, μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην.*

16. *τȣ͂το ἐξαλήλιπται.*] *ὑπὸ τίνων, τῶν θεσμοθετῶν; ἢ τȣ͂ ἄρχοντος*: Sequitur enim *δυνήσεται.*

19. *καὶ οὐ πρόσεσι τῇ παραγραφῇ.*] Verteram: abolita ſunt, et ad praeſcriptionem non pertinent:

nent: ad crimina referens: quaſi ſcriptum eſſet: *καὶ οὐ μέτεστι τῇ παραγραφῇ*. Sed eſt, vt opinor, (certi enim nihil habeo) querela de iniquitate, vel praetoris, vel ſexuirorum, qui exceptionem Nicobuli mutilarint. Nam id accuſatori licuiſſe, non exiſtimo. Alioqui pro *παραγραφῇ* legendum videretur *γραφῇ*.

976. 22. *τὸ γινώσκειν καὶ συνιέναι* addita coniunctione. *τὴν γνῶσιν καὶ σύνεσιν τὴν ὑμετέραν τῶν δικαίων.*

vlt. *ἐάν τις ἐξείλῃ.*] Hinc *τὴν ἐξούλην* deducit Libanius.

977. 4. *κἂν ἄλλως τις.*] Aduerbialiter per *ω*. vel *κἂν ἄλλο τις.* et v. 8. *τῶν μέτρων ἐκτός.* Nam *ἐντὸς τῶν μέτρων*, vtique licet.

19. *ἂν προεισφορὰν μὴ κομίζηται.*] Cum diuites tributum pro pauperibus pependerunt, nec pecuniam pro illis numeratam recuperare potuerunt. Vide Vlpianum in orationem *περὶ συμμοριῶν*.

21. *τοῖς ἕτερον συντρήσασιν εἰς τὰ τῶν πλησίον.*] *συντρεῖν ἕτερον*, perfodere aut perforare alterum, in ea, quae vicinorum ſunt. Videtur aliquid mendi eſſe in verbis: et *τὸ ἕτερον* fortaſſis abundat: ſed ſententia non eſt obſcura.

23. *τῶν ἐν τῷ νόμῳ τι ποιοῦσι.*] S. *τῶν ἀπηγορευμένων ὑπὸ τοῦ νόμου.*

25. *περὶ τούτου οὐκ εἶναι δίκην μεταλλικήν, προσφθεγκτέον οὐδ' ἐγγύς.*] *προσφθεγκτέον οὐκ εἶναι δίκην μεταλλικὴν τῷ δανείσαντι Πανταινέτῳ, οὐδ' ἐγγύς: ἀντὶ τοῦ Πανταινέτῳ κατ' οὐδένα τρόπον δίκην εἶναι κατὰ τοῦ δανείσαντος.*

978. 4. *τῶν δικαστηρίων ἤδη ἐπικεκληρωμένων.*] *κληρωτὰ γὰρ τὰ δικαστήρια.* Iſocrates Areopagitico: *πρὸ τῶν δικαστηρίων κληρουμένους, εἴθ' ἕξουσι τροφήν, εἴτε καὶ μή.* Sunt etiam certis in cauſis, apud Romanos quidem, ex ordinariis iudicibus aliqui a Reis delecti, et ab alterutris nonnulli reiecti, vt in Milo-

 nianae

nianae interpretatione docet Aſconius. Si *ἐπικεκυρωμένων*, ſignificat, ſortitione peracta, iam cum autoritate fuiſſe iudices.

978. 6. *καὶ περιςήσας τὲς μεθ' ἑαυτῆ τὸ ἐργαςήριον συνεςηκότων.*] Mendoſus locus. F. *τὲς μεθ' ἑαυτῆ ἐκ τῶν ἐργαςηρίων συνεςηκότας.* etſi malim: *τοὺς μεθ' ἑαυτῆ συνεςηκότας*, gregalibus ſuis adductis. Verti, vt potui: adductiſque ſecum iis, qui vna cum ipſo officinam conſtituerant. Sed rectius fortaſſis intelliguntur *τὰ ἐργαςήρια τῶν συκοφαντῶν*, de quibus agitur in exceptione aduerſus Zenothemidem.

10. *τὴν δίκην ἀτίμητον ὄφλειν αὐτῷ.*] Ne quid de petita mulcta detrahatur. Pollux lib. 8. *ἀτίμητος δίκη, ἣν ἐκ ἔςιν ὑποτιμήσασθαι, ἀλλ' ἣ τοσέτε τετίμηται, ὅσον ἐπιγέγραπται.* Suidas: *ἀτίμητος ἀγὼν, ἐφ' ᾧ τίμημα ὡρισμένον ἐκ τῶν νόμων ἐ κεῖται, ἀλλ' οἱ δικάζοντες ἐτιμῶντο, τί δεῖ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι, ὁ δὲ τιμητὸς, ᾧ πρόσεςιν ἀπὸ τῶν νόμων ὡρισμένον τίμημα.* Huic contrarium habet Varini Lexicon: *ὁ μὲν τιμητὸς ἀγὼν, ἐφ' ᾧ τίμημα ὡρισμένως ἐκ τῶν νόμων ἐκ ἔςιν, ἀλλὰ τὲς δικαςὰς ἔδει τιμᾶσθαι, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι, ὁ δὲ ἀτίμητος τἐναντίον, ᾧ πρόσεςιν ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένως τίμημα, ὡς ἐδὲν δεῖν τὲς δικαςὰς τιμῆσαι.* Ac Pollux cum Varino conſentit, vt videatur Suidae locus deprauatus. *ζημία* autem *ἀτίμητος*, quam hic petit Pantaenetus, non erat legibus, ſed ab ipſo accuſatore definita duorum talentum. Itaque pro definita legibus, malim, eam, quam poſtulaſſet, aut in actione perſcripſiſſet.

18. *προκαλεῖταί με τὴν δίκην πάλιν, ἐπειδὴ θᾶττον ἀνείλετο τὰς παρακαταβολάς.*] Nam ſi quaeſtiones proceſſiſſent, iudicio nihil fuiſſet opus. Sed mirum, licuiſſe pecuniam ſemel depoſitam tollere.

979. 4. *ἡλίκον ἐςὶ πλεονέκτημα καταπεπλῆχθαι τὸν βίον.*] Quanta eſſet iniuria vitam abiectam agere.

F. *μὴ*

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.

F. μὴ καταπεπλῆχθαι. et hoc ſequor, dum melius aliquid inuenero.

979. 5. ἐμαυτὸν ταῦτα πάσχειν ἐδόκουν, καταφρονούμενος.] Aut ἐγὼ γὰρ αὐτὸς, aut ἐμαυτὸν καταφρονούμενον.

8. παρ' ἃ ἡγούμην δίκαια.] τὸ παρ' videtur abundare, et legendum ἠναγκαζόμην ἃ ἡγούμην δίκαια. Nam παρὰ τὰ δίκαια ἀντιπροκαλεῖσθαι ὁμολογεῖν, abſurdum eſſet, ſi fateretur, ſe iniqui aliquid poſtulaſſe.

24. ὅπερ ἔλεγχος.] M. ὥσπερ. et p. 981. 13. ὧν δίκην λαχὼν ᾕρηκεν, παρὰ τὸ αἱρέω, non τὸ ἐρέω. et v. 15. αὐτὸς αὐτὸν, S. τὸν οἰκέτην.

981. 25. καὶ βακτηρίαν φορεῖ.] Vtrum id foeneratorum inſigne fuit? an habuerunt in eo deſcripta debitorum nomina? aut inciſas aeris alieni ſummas? τῷ γὰρ ταχέως βαδίζοντι τίς χρεία βακτηρίας.

983. 8. ἠξίωσας ὑποστῆναι.] γενέσθαι.

18. ἂν ἑλών τις ἀκουσίου φόνου.] M. ἑκουσίου. τοῦτο γὰρ δεινότερον. et, p. 984. 1. τοῦτ' ἔσται δεινότατον.

IN ARGVMENTVM EXCEPTIONIS ADVERSVS NAVSIMACHVM ET XENOPITHEN.

Pag. 984. 3. ἔλαχον δίκην ἐπιτροπῆς αὐτῷ. et, v. 4. λαβόντες τρία τάλαντα. et, ibid. ἀφῆκαν αὐτὸν τῶν ἐγκλημάτων. et, v. 8. οἱ δὲ παραγράφονται.

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 985. 1. τοὺς εἰληχότας ἡμῖν.] S. δίκην. quae vox fortaſſis a librariis eſt omiſſa.

5. ἐὰν ἀδικεῖσθαι δοκῶ, ἢ καὶ μή.] τὸ ἢ mallem abeſſe, vt eſt annotatum in varia lectione.

8. τριάκοντα μναῖ.] Quater 30. minae ſunt 120. et quater 3000. drachmae ſunt totidem (1000. enim drachmae 10. minas faciunt) 60. minae talentum. Ergo 240.

go 240. minae ſunt 4. talenta: quia vterque frater a quatuor fratribus tricenas minas poſtulauit.

986. 3. *ὧν ἔνεςιν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις κύριον.*] Pro *ἀφ', ἢ ἐξ ὧν.*

9. *ἀφ' οὗ τυγχάνουσι γεγραμμένοι.*] *ἀφ' οὗ τὸν πατέρα ἐγράψαντο.*

11. *καθ' ὅν.*] F. *πρὸς ὅν, ἢ μεθ' οὗ.*

15. *καὶ πάντων τῶν πλείςων ὡς εἰπεῖν.*] F. *καὶ τῶν πλείςων ἢ πάντων ὡς εἰπεῖν*, S. *τετελευτηκότων.*

988. 3. *οὐκοῦν ἅ γε* per *γ*, non per *τ*. qui error frequens eſt ob *γάμμα* alterum, cum et lineola etiam verſus ſiniſtram errore calami additur. Videtur hic locus eſſe mutilus, quod ſolutio iſta Hermonactis quaſi ex abrupto inſeritur, et magnae impudentiae eſſet, a tutoribus eam pecuniam poſtulare, quam ipſi ſuae tutelae facti, a debitore accepiſſent.

21. *εἰς ὃ νῦν ἔγκλημα διώκουσιν.*] *εἰς τοῦθ', ὅ.*

990. 1. *δίκην τελέσαισθ' ὑμεῖς*] *τελέσασθαι δίκην, ἀντὶ τοῦ ἀποφαίνεσθαι περὶ τοῦ ἐγκλήματος.* Sic *πρὸς Βοιωτὸν* infra, p. 999. 25. *εἰ ἐρήμην ἐάσει τελεσθῆναι τὴν δίκην.*

6. *καὶ τεκμηρίῳ χρήσασθαι τούτῳ, τῷ μεγέθει.*] F. *τούτων* (S. *τῶν χρημάτον*) *τῷ μ.*

11. *τῶν τότε λεχθεισῶν.*] *λέγειν δίκας* in hac ſignificatione (quod ſciam) non dicitur, ſed *λαγχάνει.* vnde *εἰληγμέναι δίκαι καὶ ληχθεῖσαι* per *η* in ſecunda, *παρὰ τὸ λήχω.*

23. *ὡς οἷόν τε μέγιςα.*] Hanc lectionem probo.

992. 24. *μᾶλλον δ' οὐδὲ δικαίων.*] Felic. *οὐδὲ δίκαιον, ἢ οὐδὲ τῶν δικαίων.*

27. *καὶ κακῶς.*] F. A. *καὶ τὰ μὲν ἴδια κακῶς ἀνηλωκέναι, τὰ δ' ἀλλότρια*, etc. vt conſtet *ἀντίθετον.*

993. 1. *ἢ ὡς εἰσὶν ὧν ἂν ἀφήκητε, αὖθις ὑμῖν δικαίως τὸ λαγχάνειν, ὅτι δίκαιόν ἐςι.*] F. *ἢ ὡς εἰσιν, ὧν*

ἂν ἀφή-

ἂν ἀφήκητε, αὖθις δίκαι; ἢ ὡς τὸ λαγχάνειν ἔτι δίκαιόν ἐϛι.

993. 11. ἣν πρῴην ἀφείλοντο Αἰσίȣ, δίκην ἑλόντες.] ἀφείλοντο Αἰσίȣ coniunge.

IN ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS BOEOTVM DE NOMINE.

Fortaſſis Boeotus hic eſt, de quo ſcribitur in Midiana, p. 537. 21. ἴσασιν Εὐαίωνα πολλοὶ, τὸν Λεωδάμαντος ἀδελφὸν, ἀποκτείναντα Βοιωτὸν ἐν δείπνῳ καὶ συνόδῳ κοινῇ, διὰ πληγὴν μίαν: vt homo malus male perierit.

994. 4. εἰ ὄντως εἰσὶν ἐξ αὐτῆς.] αὐτȣ̃ lege, τȣ̃ Μαντιθέȣ. Nam de matre quis dubitet?

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 995. 21. καὶ μεσεγγυησαμένης ἀργύριον.] Et mulctam ſibi pecuniariam, ſponſoribus datis, indixerat. Sic verti, quaſi mulier eſſet mulctanda. Sed et ex argumento, et ipſis in Boeotum orationibus, apparet, Mantiam pollicitum eſſe Plangoni pecuniam, apud ſequeſtrem depoſitam, aut ſponſoribus datis. Itaque malo: Certam ſtipulata pecuniam. Etſi videtur Mantias ſuapte voluntate et deceptus et coactus. Quam enim facile mulieris impudentiam et perfidiam ſponſorum aut ſequeſtrium teſtimoniis refutaſſet?

996. 27. ἢ πρὸς ὅντινα ἂν ᾖ ἡ δίκη.] Aut alius, apud quem cauſa eſt agenda. Sic verti, vt referrem ad magiſtratus. Varia enim iudicia fuerunt Athenis. etſi verba videntur potius ad accuſatorem pertinere: aut is, cum quo eſt iudicium: is, qui non in ius vocauit.

997. 17. πλὴν εἰ μὴ σημεῖον ὥσπερ ἄλλῳ τινὶ τῷ χαλκείῳ προσέϛαι.] F. ὥσπερ χαλκείῳ, ἢ ἄλλῳ τινί. Verti: niſi forte nota, vt alteri cuipiam, aereo vaſi adiicia-

iiciatur. χαλκεῖον, χαλκοῦν σκεῦος, vt χαλκεῖον δωδωναῖον: et ἐν ᾧ χαλκεύουσιν, τὸ ἐργαστήριον τοῦ χαλκέως, aeraria officina, quae et χαλκέων. Heſychius etiam: χαλκεῖα τὰ τῆς εὑρέσεως τῶν τεχνῶν ὑπομνήματα. Item: χαλκεῖα, ἑορτὴ ἀγομένη Πυανεψιῶνος, εἴτε τῇ Ἀθηνᾷ, εἴτε τῷ Ἡφαίστῳ. Varinus. Inſignia etiam officinis addi ſolere, non eſt ignotum: et Luteciae nulla fere domus eſt, quae non certo ſigno ſit notata. Malo tamen interpretari: vt aeneo vaſi, aut alteri cuipiam rei adiiciatur.

998. 1. ἂν ἄρα ἅτερος ἡμῶν.] ἂν ἄρα ὁ ἕτερος ἡμῶν.

4. Δυοῖν πινακίοιν τὸν ἕνα κληροῦσθαι.] Ergo tabellis in ſortitione ſua nomina inſcripſerunt, vt apud Romanos tabellis ſuffragati ſunt, vnde lex tabellaria.

8. ἀλλ' οὐδ' αἰτίαν τοιαύτης ζημίας ἐνίους ἔχειν.] F. ἡμᾶς ἔχειν, καλὸν, pro ἐνίους.

999. 14. εἰ μισθὸς ἐπορίσθη τοῖς δικαστηρίοις.] Fortaſſis expeditione exhauſto aerario, merces iudicibus data non fuit. Nam in Timocratea negat, eos gratis hoc munus obituros.

15. ταῦτα δ' εἰ μὴ συνέβη coniunge.

16. σεσημασμένων ἤδη τῶν ἐχίνων.] Quid vero iſta obſignatio obſtat, quo minus teſtes producantur?

19. ποιήσασθαι αὐτὸν, οὐ λέληθεν.] ἔγνωσται πολλοῖς, ὅτι ἐποιήσατο. Ne coniunge, οὐ λέληθεν αὐτόν.

24. ἐφ' οἷς ἐρανίζει τούτοις.] δανείζων αὐτοῖς μαρτυρίαν.

1000. 11. οὐ δήπου τοῦτον μὲν δίκαιον.] Sequitur a fine περιόδου ἀποφαντικῆς, οὐκ ἔγωγε ἡγοῦμαι: quaſi ea fuiſſet ἐρωτηματική: ἆρα τὸν μὲν δίκαιον.

1001. 19. εἰς παῖδας χορεύσων.] ἀντὶ τοῦ ἐν παισί.

24. ἐγὼ μὲν οὐδένα ἂν οἶμαι.] τὸ οὐδένα, etiam ſequente vocali ſcribo integrum, ne οὐδὲν neutro genere le-

ſe legatur. Apoſtrophus enim facile omittitur, ſequente praeſertim tenui vocali.

1002. 8. *τίς ἦν χρηματιςὴς ὁ πατήρ.*] *ἀντὶ τȣ̃ ὅτι οὐ χρηματιςικὸς ἦν, ἀλλὰ προετικὸς χρημάτων.* Haec lectio melior eſt, quam *τίνος ἦν.* Niſi quis forte ſubintelligere velit, *ὅτι ȣ̓ χρημάτων, ἀλλ᾽ ἡδονῶν ἐπιθυμητής· φιλογυνὴς μᾶλλον, ἢ φιλοχρήματος.*

22. *ὁρῶν ὥσπερ ἂν ἄλλον τινὰ ȣ̔τωσί.*] *ὁρῶν ȣ̔τωσὶ ὥσπερ.*

23. *καὶ συχνῶς.*] S. *νεώτερον, τȣτέςιν, ȣ̓κ ὀλίγοις ἔτεσι.* Hoc malo, quam, Idque crebro, vt ad verbum Video referatur.

Ibid. *ὅσα ἐξ ὄψεως.*] S. *τεκμαίρεσθαί ἐςι.*

26. *τί ταὐτὸν ἔχει δικαίως.*] F. *τί ταὐτὸν ἐμοὶ δικαίως ἂν θείης ὄνομα,* S. *σεαυτῷ.* Locus videtur et corruptus et mutilatus. Deeſt enim reſponſio, cuiusmodi fuerit: *τί ἂν ἀποκρίναιο;* et v. 27. *εἰ γὰρ Μαντίθεον* non optime cum ſuperioribus cohaerere videtur. Sed quid ſi legas? *τί σαυτῷ δικαίως ἂν θείης ὄνομα; τί ἂν ἀποκρίναιο; εἰ γάρ.* Haec certe minus habent ſalebrarum.

1003. 9. *ὡς ȣ̓ τῷ χρόνῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ δικαίῳ.*] Videtur inuerſus verborum ordo: *ὡς ȣ̓ τῷ δικαίῳ μόνον,* (Iuſtum enim eſt ſuum cuique manere nomen) *ἀλλὰ καὶ τῷ χρόνῳ.* Tempore qui prior eſt, potior quoque iure putatur.

10. *πρεσβεῖον.*] *γέρας ὀφειλόμενον τῷ πρεσβυτέρῳ.*

19. *τȣ̃το γὰρ εἰσήχθης.*] *κατὰ τȣ̃το, ἢ ὥςε ἔχειν τȣ̃το.* Niſi forte *τȣ́τῳ* dandi caſu legendum.

1004. 13. *ȣ̓κ οἶδα, οἷον δεῖ τὸν προσήκοντα εἶναι περὶ τȣ̀ς γονέας.*] *τὸν προσήκοντα, ἀντὶ τȣ̃ τὸν γνήσιον, ἀλλὰ μὴ νόθον υἱόν.*

1005. 1. *ȣ̓δ᾽ εἰ τὰ μάλιςα ὁ πατὴρ ὄντα σὲ αὐτȣ̃, μὴ ἐποιεῖτο, ȣ̓κ ἀδικῶ.*] *ἀντὶ τȣ̃ ȣ̓κ ἂν ἠδίκȣν.*

1006. 6.

1006. 6. *ἀντιλαγχάνει μοι τὴν μὴ ἔσαν.*] *λαγχάνει, ὅτι ἡ δίκη ἀνάδικος.*

7. *ἐξαρχῆς ἔδει αὐτὸν ἐᾷν τελέσασθαι.*] Satis fuiſſet, non reſpondere. Neque enim ſe in ius vocatum, qui Mantitheus eſſet, ſed Boeotum quendam, qui ipſe non eſſet.

17. *ὃς ποιεῖ κυρίες εἶναι τὲς παῖδας.*] *τὸ εἶναι* malim *ἀπεῖναι.*

26. *ὧν γ' ἂν μὴ ὦσι νόμοι* legendum, vt annotatum eſt.

Ibid. *ἀλλὰ γνώμῃ.*] *τὸ ἀλλὰ* videtur expungendum.

1007. 7. *καὶ κατὰ τὴν τέτε προσομολογίαν.*] Vera eſt haec lectio. Supra enim dixit p. 1006. 6. *ὁ πρότερον ἑαυτὸν Βοιωτὸν προσαγορεύσας.* Nec reponendum, *καὶ κατὰ τὴν τῦ πατρὸς ὁμολογίαν.*

IN ARGVMENTVM ORATIONIS CONTRA BOEOTVM DE DOTE.

Pag. 1007. 1. *καὶ ἔτος περὶ.*] Lego *παρὰ*, *ἢ ὑπὸ τῦ αὐτῦ.* Nam *περὶ* ſignificaret, et hic agi de nomine, quod falſum eſt.

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 1008. 9. *ἠνάγκασεν αὐτὸν ὑπομεῖναι τούτους ποιήσασθαι.*] *τὸ ὑπομεῖναι* videtur abundare.

1009. 13. *ὀκτωκαιδεκαέτη γῆμαι.*] F. *ὀκτωκαιδεκαέτει* dandi caſu. quia praecedit *συνέβη μοι.* Fel. *ὀκτωκαιδεκαέτη* in prima ſimplicium.

1010. 26. *μεθ' ὧν ἔτος.*] *ἀντὶ τῦ μετὰ τέτων.*

1012. 22. *ἵν' ᾖ ἐκ μὲν.*] *τὸ ᾖ παρέλκει.* Lege, *ἵν' ἐκ μὲν.*

1013. 4. *παραγραψάμενοι Σόλωνα Ἀρχιέα.*] *ἀντὶ τῦ ἑλόμενοι.*

1013. 14. *ἀπεδιήτησέ μοι*] F. *μȣ*. et mox, v. 15. *ἀδίκως μοι ἐγκαλῶν*. permutatis vocibus *μȣ* et *μοι*. et v. 16. *ὅτε ἐφῆκεν*, vnde *ἔφεσις*.

18. *λύσιν τοῖς ἐγκλήμασι*] Conſtructio poſtulat *λύσειν* per *ει* verbum, *οἰόμενος λύσειν*. et p. 1014. 2. *ἀναγνώσεται ὑμῖν τὰς περὶ τȣ́των*. et p. 1015. 1. *ἵνα δὲ μὴ ἐξαπατηθῆτε*, pro *ἵνα αὖ*.

1015. 19. *ἐπὶ μὲν τῷ τὰ ἀλλότρια λαμβάνειν ὁ, τιȣ̃ν ἐποίουν*.

1016. 3. *ὃ φασὶ τὸν πατέρα Κλέωνα*.] De hoc vide Ariſtophanis *ἱππέας* et Thucydidem.

4. *τῶν ὑμετέρων προγόνων*.] Si Cleomedon fuit Cleonis filius, quomodo iſta vox locum habet? niſi et Cleomedon admodum fuerit ſenex, et *πρόγονοι ἀντὶ τῶν πάππων* ponantur.

1017. 1. *ἀποδέδεικται μαρτυρίας*.] Notatum eſt *ἐμβέβληται*. ſupra *συμβεβλῆσθαι μαρτυρίαν*, pro quo fortaſſe legendum *ἐμβεβλῆσθαι*.

6. *ὥσπερ κλητῆρες δύω μόνοι ὄντες*.] Sententia eſt, multos fuiſſe alios eius rei teſtes, vt nihil neceſſe fuerit, iſtos ſycophantas adhibere.

7. *δεκάτην ὑπὲρ τȣ́τȣ ἑςιᾶσαι*.] Non poſſum hoc melius explicare, quam verbis doctiſſimi viri Ioachimi Camerarii ex annotationibus ad Varennii ſyntaxin. *τῇ ἑβδόμῃ*, inquit, dabatur otium, et permittebantur luſus pueris. *τῇ δεκάτῃ* nomina imponebantur quondam infantibus, vnde eſt *ποιῆσαι* et *ἑςιᾶσαι δεκάτην* apud Demoſthenem *πρὸς Βοιωτὸν, περὶ τȣ̃ ὀνόματος*, et *περὶ προικός*. Verum haec *δεκάτη*, non menſis intelligenda eſt, ſed decima, ſiue dies, ſiue nox, poſt genitum puerum.

20. *ὅτι ὄτος ἦν ὁ διώκων*.] Alii addunt *τὴν δίκην*.

1018. 8. *πληγὰς συναψάμενος*.] Commentus, orto iurgio ſe a me vapulaſſe, *πλασάμενος, ὅτι ἐπλήγη ὑπ᾽ ἐμȣ̃ Βοιωτός*. Hoc fere malo, quam *ἐρεθίσας*

ἡμᾶς

ἡμᾶς ἐπὶ πληγὰς ἐλθεῖν: etſi in verſione ſecutus ſum hanc ſententiam.

1019. 13. *παρὰ τῦ ἡμετέρυ προγόνυ.*] F. *προξένυ.* et v. 20. *ὑπηρετῦντι*, quia praecedit, *μοι κεκομισμένῳ.* Niſi placeat *τὸ ὑπηρετῶν κατ᾽ ἀντίπτωσιν εἰλεγμένον.*

1020. 8. *Κόνωνι τῷ Τιμοθέυ.*] Videtur fuiſſe moris, primogenito aui paterni nomen indere.

13. *ἀπαντήσαντες τύτυ.*] F. A. *ἀπαντήσαντες, τύτυ παρόντος.*

1021. 17. *ὃν ἔτος πρύκαλεῖτο.*] *πρύβάλλετο* videtur rectius.

1022. vlt. *ᾧ προσῆκε καὶ εἴ τις.*] M. *ᾧ προσῆκεν εἰ καί τις ἄλλος.*

1023. 17. *πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, εἴκοσι μνᾶς δανεισάμενος.*] Haec lectio vera eſt, altera inepta.

1024. 22. *καὶ νῦν εἰ γενήσεται.*] F. *καὶ νῦν ἐγγενήσεται.*

1025. 8. *ζῆν σὺν τούτοις.*] Alii *συζῆν τούτοις*, quod perinde eſt.

IN ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS SPVDIAM.

Pag. 1027. 16. *Φησὶ γὰρ αὐτὸν καὶ τῦ Πολυεύκτυ καὶ τῆς πρεσβυτέρας ὀφείλοντα χρήματα.*] F. *καὶ τῷ Πολυεύκτῳ καὶ τῇ πρεσβυτέρᾳ.*

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 1028. 12. *καὶ νῦν κινδυνεύω μὲν ὅμως δ᾽*] Haec inter ſe cohaerent, nec opus eſt *κινδυνεύομεν* legere.

Ibid. *κινδυνεύω ὐχ ὁμοίως ἔχειν.*] Sic Plato Euthyphrone: *κινδυνεύει σοφός τις εἶναι ὁ Μέλιτος.* Niſi forte pro *ἔχειν* placeat *ἔχων*: vt ſit ſententia: *ἐγὼ μὲν κινδυνεύω* (abſolute) *ἔχων ὐχ ὁμοίως τύτῳ πρὸς τυτονὶ τὸν ἀγῶνα.*

1028. 13.

1028. 13. ἀλλ᾽ ἔτος μὲν.] ἀντὶ τȣ͂ ἔτος γάρ.

14. πολλάκις εἰθισμένος ἐνταῦθ᾽ εἰς ὑμᾶς εἰσιέναι.] τὸ ἐνταῦθα videtur abundare. Sed ſi παριέναι legas, vt eſt annotatum, τὸ εἰς ὑμᾶς abundabit. Lego igitur, aut εἰθισμένος ὡς (hoc enim malo, quam εἰς) ὑμᾶς εἰσιέναι: aut εἰθισμένος ἐνταῦθα παριέναι. Sic poſtea, p. 1035. 11. ὅσῳ καὶ πυκνότερον ἐνταυθοῖ παρέρχεται. Sed parum refert, cum ſententia ſit perſpicua. Nam tacite et ſe commendat, vt a litibus abhorrentem, et aduerſarium, vt litigatorem, perſtringit.

1029. 8. ἐφ᾽ ὧτε κομισάμενον.] Si κομίσασθαι legas, erit addendum καὶ μήτε κακόνȣν εἶναι. Sed participium melius.

9. ἅπερ ἦν εἰς τὴν ȣ̓σίαν εἰσενηνεγμένος.] F. εἰς τὴν οἰκίαν, quia adoptatus fuerat.

26. καὶ τὸν Λεωκράτην συνέϛησε.] ἀντὶ τȣ͂ παρὰ τȣ͂ Λεωκράτȣς κομίσασθαι ἐκέλευσεν.

1030. 4. εἰς ἅ τις ἀπετίμησεν.] Alii ὅσα τις ἀπετίμησεν, eodem fere ſenſu.

1031. 10. σκηνήν τε, ἣν ἔχȣσιν lege pro δέ.

14. καὶ προαναλωσάσης.] Cum ante inſumſerit. F. προσαναλωσάσης, pluribus etiam ſumtibus factis.

16. τὰ δὲ ȣ̓τῶ φανερῶς.] F. A. ὀφειλόμενα, οὐκ ἀποδίδωσι.

17. ὑποκινδύνȣς αὐτȣ̀ς καθιϛάντας.] Hoc adiectiuum, vt et ὑπόχȣς, quod ante habuimus, cum alibi nusquam mihi lectum ſit, puto, ὑπευθύνȣς, quod frequentiſſimum eſt, ſcribendum. Felic. habet ὑπὸ κινδύνȣς, διαιρέτως, quod nec ipſum placet.

26. ὀφείλειν ἐμοὶ καὶ συϛήσαντος.

1033. 9. ὡς λάθρα καὶ διακρυψάμενοι.] M. καὶ ἰδίᾳ, κρυψάμενοι.

16. ȣ̓τ᾽ ἠγανάκτησεν εἰσελθών.] Vel ȣ̓τε εἰσῆλθε καὶ ἠγανάκτησε, neque ingreſſus aut indignatus eſt; vel, cum ingreſſus eſſet, neque conqueſtus eſt, etc.

1033. pen. καὶ προσοφειλομένων.] ὀφειλομένων πρὸς ταῖς λ΄ μναῖς.

1034. 6. κατὰ μὲν τοῦθ᾽ ὑμῖν.] Hac quidem ratione. Sed fortaſſe rectius eſt, hac quidem in parte: S. κατὰ τὴν ἀποτίμησιν τῆς οἰκίας.

7. σκέψασθε δὴ καὶ περὶ τῶν εἴκοσι μνῶν.] Recte habet haec lectio. Nam 2. minae et 1800. drachmae coniunctae, faciunt 20. minas.

1035. 17. ὡς ὡμολογεῖτο τότε τὰ σημεῖα.

1036. 8. ἐφ᾽ οἷς ἐξέδοτο, τούτων.] Annotatum eſt ἐξέδοτο τούτῳ, quod fere malim.

10. πῶς οὖν οὐδὲν ἔλαττον.] F. πῶς οὖν τόνδε ἔλαττον ἔχειν, aut πῶς οὖν οὐδὲν ἔλαττον ἔχει (S. ὁ Σπουδίας σοῦ) φήσειέ τις. hoc eſt, πάντως ἔλαττον ἔχει. Eſt ὑποφορά: qua quis obiicit, Spudiam cum ornamentis habere tantum 40. minas: accuſatorem vero et 40. minas dotis, et praeterea 10. minas poſtulare, quod ipſe negat, cum vxorem inornatam acceperit.

17. προσαπέτισε.] Si dependit Polyeuctus 10. minas, ſenſus erit, ornamenta illa mulieri non a patre, ſed a Leocrate marito, data fuiſſe. ſin ἀπετίμησε: Polyeuctum, ornamenta filiae ab ſe data 1000. drachmis aeſtimaſſe, vt dos 40. minarum compleretur. M. προσαπετίμησε.

16. ἐγὼ δ᾽ ἅπερ ἔπεμψέ μοι, χωρὶς τῆς προικὸς, ὅσ᾽ ἔχω μόνον.] Videtur mendoſus hic locus: et emendationis coniectura me deſtituit. ſed fortaſſis in hac obſcuritate πανοῦργημά τι ῥητορικὸν ἐμφωλεύει.

22. ἐπετιμᾶτο.] ἀπετιμᾶτο.

Ibid. ταῦθ᾽ ἅπερ ἀπετετίκει.] Ergo ornamenta maritus dedit, pater perſoluit.

IN ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS PHAENIPPVM.

Pag. 1038. 7. πεπονηκέναι λέγων.] χρήμασιν ἀπειρηκέναι καὶ οὐθ᾽ οἷός τ᾽ εἶναι τριηραρχεῖν. ſic ſupra

v. 1. τῷ πεπονηκότι τέτων, non ſignificat, ei, qui diligens fuerat in adminiſtratione: neque hic, cum diceret, ſe diligentem fuiſſe in adminiſtrando: ſed vt in orationis περὶ ςεφάνε argumento, p. 223. 1. τὰ πεπονηκότα μέρη τε̃ τείχες, τὰ ἐπισφαλῶς ἔχοντα καὶ ἐρειπόμενα.

13. καὶ ψευδῶς ὀφείλει πολλὰ πραττομένῳ.] Apposuiſſe creditorem, qui magnam ab ipſo pecuniam poſtulet, ſignificat.

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 1039. 18. τοῖς ἐργαζομένοις ἐν τοῖς ἔργοις.] τοῖς μεταλλικοῖς: iis, qui fodinas habent, qui et Germanice alicubi appellantur *Die Gewerken*, ab operando.

19. τὰ δίκαια μεγάλαις περιπεπτωκὼς ζημίαις.] Abſurda eſt haec lectio. Itaque repono τὰ δὲ καὶ μεγάλαις περιπεπτωκὼς ζημίαις, quia antecedit, v. 17. τὰ μὲν τῆς. ζημίαι autem hic ad detrimenta rei familiaris potius, quam ad mulctas a iudicibus irrogatas, pertinere videntur. Nam eae mox ſeorſim exponuntur.

21. τρία τάλαντα καταθεῖναι· τάλαντον κατὰ τὴν μερίδα.] Mutilus videtur hic locus. Nam et qua ratione reliqua duo talenta deberet, exponendum fuit. niſi placeat τὸ κατὰ diſtributiue poſitum eſſe; ſingula talenta pro ſingulis portionibus.

1040. 14. περιαγαγὼν τὴν ἐσχατιάν.] ἀντὶ τε̃ περιιών. ἐσχατιὰ δὲ, ἄκρα τελευταία, τὸ ἔσχατον μέρος χωρίε τὸ συνάπτον τοῖς ὄρεσιν ἐρημία. Heſychius. Varinus vero παρὰ τῷ ποιητῇ ἔσχατον τόπε μέρος, χωρίου ἔσχατα, ᾧ γειτνιᾷ ἔρημος τόπος. Nobis licet vertere agrum ſeu praedium, generali verbo pro ſpeciali vſurpato, ob Latini ſermonis penuriam: quod ſaepiſſime vſu venit, vt καιρὸς, εὐκαιρία, ἀκαιρία, tempus, βελὴ, εὐβελία, ἀβελία, δυσβελία, conſilium, et alia ſexcenta.

1040. 22. *ὁ ἀπηλωημένος.*] Suidas: *ὁ ἀπὸ τῆς ἅλω συγκεκομισμένος μετὰ τὸ ἀλωηθῆναι, τουτέστι τὸ πατηθῆναι.* Thema eſt, *ἀλωάω, ἀπαλωάω, διὰ τοῦ ω μεγάλου*, quia fit *παρὰ τὴν ἅλων ἀττικῶς, ἀπαλοιάω* autem per *οι, τὸ ἀποκόπτω*, vnde *πατραλοίας, ὁ φονεὺς τοῦ πατρός.*

1041. 3. *πλέον δραχμάς.*] Numerus deeſt. Nam ſi legas *πλέον δραχμῆς*, ſex aſini cum agaſonibus plus conſument.

5. *ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἀπαντᾶν.*] Hinc apparet, in permutationibus, eos rem diuinam facere ſolitos.

17. *μὴ ἐξάγειν τὴν ὕλην.*] *ὕλη* ſylua eſt, et in genere, materia: quae cuiusmodi hic fuerit, lignane, an argilla, an ſtramen, aut foenum, aut aliquid aliud, quaerant curioſi.

1042. 11. *μὴ εὐθὺς ἐπὶ κεφαλὴν εἰς τὸ δικαστήριον βαδίζειν.*] *ἀντὶ τοῦ αὐθαδῶς καὶ ὁρμητικῶς.* 6. cap. Eſtheris, *λυπούμενος κατὰ κεφαλῆς* poni videtur *ἀντὶ τοῦ σφόδρα καὶ ὑπερφυῶς.*

14. *τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος.*] *τῇ τρίτῃ ἐπὶ εἰκάδι.* 23. Auguſti.

16. *τῇ ἕκτῃ.*] *τῇ πέμπτῃ ἐπὶ εἰκάδι.* 25.

17. *οὐδ' εἰς ἑτέραν.*] *εἰς οὐδετέραν, ἀττικιστί.*

26. *πολλάκις γὰρ παρά γε τοῖς νόμοις.*] Vtrum *παρά γε τοὺς νόμους*, an *ἐν τοῖς νόμοις.* videtur *τὸ παρὰ* ex inferiore verſu *παρὰ ταῖς ἀρχαῖς* et huc perperam translatum.

27. *ἑτέραν, ἡμῖν αὐτοῖς συγχωρήσαντες, ἐθέμεθα παρὰ ταῖς ἀρχαῖς ἁπάσαις· καὶ δίκας καὶ κρίσεις ἀναβάλλονται τοῖς ἀντιδίκοις οἱ ἄρχοντες.*] ſic diſtinguo et lego hunc locum: *συγχωρήσαντες ἡμῖν αὐτοῖς, ἐθέμεθα ἑτέραν (ἡμέραν) παρὰ ταῖς ἀρχαῖς ἁπάσαις· καὶ οἱ ἄρχοντες ἀναβάλλονται δίκας*, etc.

1043. 12. *ὅπερ καὶ μικρῷ πρότερον εἶπον, πρῴην ἔδωκέ μοι βιβλίον οὐδὲν, ἀλλ' ἢ βουλόμενος δοκεῖν μὲν δεδωκέναι*

δωκέναι τὴν ἀπόφασιν.] Videtur Phaenippus dediſſe libellum, ſed ita negligenter et confuſe ſcriptum, vt nihil inde certi colligere potuerit accuſator: idque fieri potuit, vel imperitia ruſtica, vel calliditate, aduerſarii deterrendi cauſa.

1043. 17. *πλέον νέμειν τȣ̃ δικαίȣ.*] *πλέον, ἢ δίκαιόν ἐστι.* Non eſt plus aequo tribuendum: vel, non committendum vobis eſt, vt meliore conditione ſint, quam caeteri. *νέμειν πλέον τȣ̃ δικαίȣ, ἀντὶ τȣ̃ πλεονεκτεῖν ἐᾶν.*

22. *τὴν εἰς τὸ δικαστήριον.*] *κατ᾽ ἀντίπτωσιν, καὶ προθέσεων ἐναλλαγὴν, τὴν ἐν τῷ δικαστηρίῳ,* ſicut *εἰς οἶκον εἶναι, ἀντὶ τȣ̃ ἐν οἴκῳ.*

1044. 8. *ὃν ὤμοσα πρὸ τῆς ἀποφάνσεως.* et ibid. *πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις.* et v. 17. *τοῖς ἀργυρείοις.*

1045. 3. *πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτωκαιδεκαδράχμȣς.*] *τὸν μέδιμνον ὀκτωκαίδεκα δραχμῶν.*

4. *καὶ τὸν οἶνον δωδεκάδραχμον.*] *τὸν ἀμφορέα, ἢ μετρητὴν δώδεκα δραχμῶν.* Gaza Metretam vertit amphoram, Eraſ. 2. Ioannis: Cadus, inquit, ſiue metreta, menſura congiorum decem. In Lexico Graecolatino *ἡ μετρητὴ* genere foemineo *ὀξυτόνως* ſcriptum eſt, hic maſculino *παροξυτόνως ὁ μετρήτης.* In veteribus Graecis Lexicis hanc vocem non reperio. In Iohanne acuitur *ὑδρίαι χωρȣ̃σαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς.* Vbi genus diſcerni haud poteſt. Pollux: *μετρητὰς οἴνȣ Δημοσθένης.* lib. 4. cap. 23. et l. 10. cap. 20. *ἀλλὰ καὶ μετριτὴν (διὰ τȣ̃ ι. παρὰ τὴν μετριότητα ὁ Φιλλύλιος) τὸν ἀμφορέα εἴρηκεν.* et *Φιλόχορος παρὰ τοῖς παλαιοῖς φησὶ τὸν ἀμφορέα κεκλῆσθαι κάδδον.*

18. *ἑκατέρῳ ἐμοὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ.*] Vtrum ſingulis 45. an vtrique ſimul?

1046. 11. *καταβέβηκεν ἀπὸ τῶν ἵππων.*] Si *ἱππέων* legas, vertito: deſerta equitum claſſe vehiculum ſibi comparauit. Videtur alludere ad prouerbium *ἀφ᾽ ἵππων ἐπ᾽ ὄνȣς μεταβῆναι.*

1046. 12. *τηλικȣ̃τος ὢν.*] Vel ad iuuenilem aetatem, vel ad ſtaturae proceritatem referri poteſt: quarum neutram deceat vehiculo potius, quam equo, vehi: cuius in re bellica nullus ſit vſus. In itinere quidem faciendo proceres noſtri ſeculi curribus Hungaricis, quas Gutſchas vocant, malle vti quis miretur? quibus bina milliaria Germanica et amplius, ſingulis horis in planicie confici poſſunt: id quod vix credidiſſem, niſi expertus ipſe eſſem, Auguſta Landſpergam duabus horis peruectus, poſtridieque totidem reuectus: quae oppida ſex mediocribus milliaribus inter ſeſe diſtant, totidemque horas equitando abſumunt.

22. *τȣ̀ς δὲ νομίζοντας ἀπολαύειν.*] Sententia poſtulat *ἀπολλύειν.*

1047. 3. *λέγε ἐντεῦθεν, εἰ ἐπὶ τȣ́τοις τάδε ὀφείλω*] Alii *ὀφείλει.* F. *εἶτ' ἐπὶ τȣ́τοις τάδε ὀφείλω*, vt ſint verba *τῆς ἀποφάνσεως.*

1048. 16. *καὶ τὴν τετιμημένην.*] Aeſtimatam. F. caeſam materiam, *τὴν τετμημένην.* Nulla enim *τῆς τιμήσεως* facta eſt mentio, niſi quod aliquas drachmas Phaenippum inde percipere in dies ſingulos dixit.

1049. 3. *καὶ ἐπὶ τὸν δραπετεύοντα τῶν ἄλλων.*] Lego *καὶ ἐπί τινα δραπετεύοντα.*

4. *τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν.*] Quia verba haec minus belle cohaerent, *τὸ καὶ νῦν* praetermiſi, ſententiam ſecutus.

10. *περιελαθέντα περιιδεῖν.*] *ἐπιτρέπειν περιελαύνεσθαι.* Sed nihil vetat vertere: Neque ab iſtis exagitatum negligatis.

IN ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS MACARTATVM.

Pag. 1049. 4. *ὡς ȣ̃σα ἐγγυτάτω τῷ γένει.*] S. *τῷ Αγνίᾳ συγγενεστάτη* noluit dicere. Philolaus *τȣ̀ς ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας* poetice appellat. *ἐγγυτάτω* autem ad-

tem aduerbium eſt, pro ἐγγυτάτῃ, ab ἐγγὺς, ἐγγυτέρω, ἢ ἔγγυον, ἔγγυςα, ἢ ἐγγυτάτω.

6. διαθήκαις ἰσχυριζόμενοι datiuo lege.

9. εἰς ὢν γὰρ ὁ Θεόπομπος.] F. εἰσιὼν δ' ὁ Θεόπ.

IN IPSAM ORATIONEM.

Nulla eſt fere inter Demoſthenicas orationes ita partim deprauata, partim perplexa, vt haec. Itaque confiteor, me aliquot loca parum intelligere: quo minus Oporinum noſtrum in prima editione idem conqueſtum fuiſſe miror. Nam cum is negaret, ſe meam huius orationis interpretationem vbique intelligere, ego rogabam, num ipſe Graeca aſſequeretur? quod cum aeque negaret, pares ergo, inquam, ſumus: nosque plurimos ignorationis huius ſocios eſſe habituros exiſtimo. ἐπιγράφεται μὲν ὖν ὅτοσὶν ὁ λόγος πρὸς Μακάρτατον, ἀθλιώτατον δ' ἂν ποιήσειε τόν τε ἑρμηνεύοντα καὶ τὸν ἐξηγέμενον· καὶ πολὺς μὲν ἐν τῷ λόγῳ ὁ περὶ Ἀγνίε λόγος, ἥκιςα δ' ἀγνεύει πλείςων σφαλμάτων τε καὶ δυσκολιῶν ὁ λόγος, νόμες τε ἔχων παλαιὲς, καὶ χρησμὲς ἀλλοκότες, καὶ γενεαλογίας δυσεφίκτες. Operam tamen pro virili dedi, vt appareat, τὰς δευτέρας φροντίδας non prorſus fuiſſe inanes et ſuperuacaneas, non vtique minore labore ſuſcepto, quam ab iſtoc ipſo Soſitheo, qui filioli nomine in haereditatem agit, ſed nequaquam paris remunerationis exſpectatione. Sunt enim iis plerique praediti ingeniis, vt contra aequiſſimam Ariſtotelis poſtulationem, nec pro inuentis gratiam habeant, et praetermiſſis veniam negent: et, ſi qua forte culpa commiſſa fuerit, nullam imbecillitatis naturae communis, aut fortunae aduerſioris, rationem habeant: ſed e veſtigio et ſcriptorem et librum capitis damnatum in Barathrum abiiciant. ἀλλ' οἰςέον κἀλπιςέον.

1050. 4. *ὥςε ἔχειν.*] *ἵνα ἔχωσι, τελικῶς, ἀλλὰ μὴ ἀποςατικῶς.*

pen. *ὅ, τι ἂν ἐπέλθοι τούτοις.*] *ἀντὶ τοῦ αὐτοῖς.*

1051. 5. *Ἁγνίᾳ τῷ Ἐξοίου.*] Duo fuerunt Hagniae, vnus Buſeli, alter Polemonis filius, ſuperioris Hagniae nepos, Buſeli pronepos. Vnde autem hic poſterior, cuius haereditas controuerſa eſt, *τοῦ Ἐξοίου* dicatur, non aſſequor: legendumque cenſeo, *τοῦ Πολέμωνος.* Glaucus quidem et Glaucon Exoei filii, vt et Buſelus ipſe, dicuntur. Vnde hoc nomen ad Hagniam eſt errore librarii translatum.

21. *ἢ παρακαταβάλλειν βούλεται τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου.*] *ἐπιδικάζεσθαι τοῦ κλήρου ἐκ παρακαταβολῆς.*

1052. 13. *τὸν νόμον κελεύειν παρὰ τοῦ ἐπιδεδικασμένου καὶ ἔχοντος τὸν κλῆρον, προκαλεῖσθαι, ἐάν τις βούληται ἀμφισβητεῖν.*] *προκαλεῖσθαι παρά τινος* pro *τινὰ προκαλεῖσθαι*, ſuſpectum mihi eſt, etſi poſt ſequitur, p. 1054. 25. *ἀνάγνωθι τὸν νόμον, καθ' ὃν ἡ πρόσκλησίς ἐςι παρὰ τοῦ ἔχοντος τὸν κλῆρον.* Videtur et *προκαλεῖσθαι* pro *προσκαλεῖσθαι* fere vbique ſcriptum. Nam *αἱ προκλήσεις* fiebant extra iudicium.

21. *καὶ τρεῖς χόας* lege, *παροξυτόνως*, *παρὰ τὸ χοῦς.* Nam *χοαὶ ὀξυτόνως* ſunt inferiae et parentalia.

27. *πέμπτον γὰρ μέρος εἶχον τοῦ ὕδατος.*] Ergo tres choes amphoram faciunt.

1053. 3. *καὶ δίσκων τεττάρων.*] Cum accuſatores 4. fuerint, et vna rea mulier, videntur 5. diſci ponendi fuiſſe. Scriptum fortaſſis eſt *δ'* pro *ε'*: niſi forte duo ex illis ex profeſſo coniuncti fuerint.

13. *εἰς τοὺς φράτορας τοὺς τοῦ Ἁγνίου.*] *τοῦ Εὐβουλίδου* legendum.

15. *ἵνα μὴ ἐξερημωθῇ ὁ οἶκος.*] *οὐ μὲν οὖν, ὦ Σωσίθεε, ἀλλ' ἵνα σὺ τὰ χρήματ' ἔχῃς.* Nam Soſitheo, ſemel a Theopompo victo, non licebat denuo ius de eadem re adipiſci *καὶ παλινδικεῖν.* Sed cum iniuriam ſibi fa-

ſibi factam putaret, quid facit? filium ſuum tertium Eubulidem adoptat, ſecundo Eubulidae, ſocero, defuncto, (quae adoptio haud dubie acriter eſt, vt contra leges facta, oppugnata a Macartato) et filii ſui nomine agit in haereditatem Hagniae, quam ſecundus Eubulides, ſecundae Phylomachae pater, iure agnationis tenuerat, filiaeque reliquerat.

21. *ὅπως ἐκ τῆς θυγατρὸς.*] Cur ergo non primogenitum illi adoptandum dediſti, Soſithee? Quia non tibi familia Eubulidae, ſed pecunia curae fuit: *ὁ μὲν ἦν λόγος εὔμορφος, ὁ δὲ λέγων ἄπιςος.*

1054. 11. *ἐψηφίσαντο τὰ δίκαια.*] Quae fuerunt illa? *τὸν παῖδα τετονὶ εἰσάγεσθαι, ἀντὶ τοῦ ὅτι εἰσάγεσθαι.* Sic malo accipere *εἰδικῶς*, quam *τελικῶς*, vt ante verti: decreuerunt, Iudices, recte et conuenienter, vt puer hic Eubulidae filius in Hagniae familiam introduceretur. Neque vero me pudet meliora peioribus ſubſtituere, etſi et illa interpretatio defenſionem habet ex ambiguitate conſtructionis.

17. *κύριον ἐπιγραψάμενος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἑαυτοῦ.*] Hinc apparet, Eubulidem, cuius nomine haec habetur oratio, minorennem fuiſſe, ac potius infantem.

27. *ἐὰν δ᾽ ἐπιδεδικασμένου.*] F. *ἐὰν δ᾽ ἐπιδεδικασμένῳ ἀμφισβητῇ τις τοῦ κλήρου.* Niſi placeat exponere *ἐπεὶ ἐπεδικάσατο.*

1055. 1. *ἀτελὴς ἔςαι.*] *ἄπρακτος καὶ ἀνωφελής*; *οὐδὲν ἰσχύσει καὶ ἀποδεδιώξεται.*

3. *προσκαλείσθω κατὰ ταὐτά.*] S. *ὁ ἐπιδικαζόμενος ἐκεῖνον* (ſ. *τὸν ἔχοντα τὸν κλῆρον, ἢ τὴν ἐπίκληρον*) *ᾧ ἡ προθεσμία μήπω ἐξήκει*, qui nondum tot annos haereditatem tenuit, vt ei litem intendere nefas ſit. Alibi quinquennii fit mentio. Apud Iuriſconſultos eſt praeſcriptio longi, longioris, longiſſimi temporis. Sed haec nihil ad Demoſthenem.

4. *τὴν δ᾽ ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ ἄρχοντι.*] Diſceptatio

ptatio autem praetoris eſto. F. πρὸς τῷ ἄρχοντι: diſceptetur autem apud praetorem.

1055. 5. καθότι ἐπεδικάσατο ὃ ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα] F. ὡς ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα.

12. ὃδὲ ὄντα ὀδενὶ ἄνθρωπον.] Lege ὀδένα ἄνθρωπον, ἢ ὀδένα ἀνθρώπων.

19. οἱ πόῤῥω καθήμενοι ἀπολείπεσθαι.] S. τῆς θεωρίας ἐδόκουν.

1057. 4. οἰκειότατον μᾶλλον.] πολλῷ οἰκειότερον.

9. παρακολουθήσατε καὶ αἰσθήσαισθε.

Ibid. τούτοις ὅτι εἰσί.] ἀντὶ τοῦ ὅτι οὗτοί εἰσι, καὶ ἀντίπτωσιν.

12. καὶ οὗτος μὲν ἄπαις ἐτελεύτησεν lege.

1058. 2. τῷ μὲν οὖν Θεοπόμπῳ.] Hanc genealogiam equidem non ſatis intelligo, propter multiplices genitiuos, et vocabula cognationum parum dilucida, dum alii neceſſarii cum aliis conferuntur. Neque eſt haec multum diuerſa a conſuetudine Concordienſium agricolarum in Alſatia, qui ab abnepote ad abauum ſolent adſcendere, hoc modo: Petrus Ioannis, Iacobi, Philippi, Arbogaſti. Nec in argumento Archidami Iſocratis huic diſſimilis ratio eſt: niſi quod ibi articuli additi rem dilucidiorem faciunt: κατάγεται δ' οὕτως ὁ μικρὸς Ἀρχίδαμος. Ζευξίδαμος, ὃ Ἀρχίδαμος, ὃ Ἄγις, ὃ Ἀγησίλαος, ὃ Ἀρχίδαμος: et in Euangelio Matth. fit idem verbo ἐγέννησε, et apud Lucam: Ἰησοῦς ὤν, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλεὶ, τοῦ Ματθὰτ, τοῦ Λευὶ. καὶ τὰ λοιπά. Sed quantum ex ea colligere poſſum, haec ratio eſt neceſſitudinis, quam in tabella delineaui. Hagnias, Eubulides, fratres. Phylomache, Philager, fratrum liberi. Hi procreant Eubulidem: Eubulides Phylomachen accuſatoris vxorem: e quibus naſcitur Eubulides in Hagniae familiam adoptatus in linea deſcendente, Stratius autem, Charidemus, Theopompus, Macartatus, ſunt in linea collaterali.

GENEA-

GENEALOGIA,

CVIVS IN HAC ORATIONE FIT MENTIO.

EXOEVS

BVSELVS

1. Hagnias — *1. Eubulides.* — *Stratius* — *Habron* — *Cleocritus.*

Polemo et 1 Phylomache | *Philager. Euctemon. Calliſtratus, auus maternus Soſithei accuſatoris.*

2. Hagnias orbus, cuius eſt haereditas.

Phanoſtrate et Charidemus. | *Filia neptis, mater Soſithei ex Calliſtrato.*

Theopompus et Stratocles.

Macartatus Theopompi filius,

E Philagro et Phylomache 1. naſcitur 2. Eubulides. Is procreat 2. Phylomacham, Soſithei accuſatoris vxorem, Eubulidae pueri, in familiam ſecundi adoptati matrem: qui ratione propinquitatis Hagniae ſecundi, qui orbus deceſſit, haereditatem ſibi vendicat. Cauſam huius agit Soſitheus naturalis pater, autore dato fratre pueri.

reus: qui tenet haereditatem Hagnianam, euictam a patre Theopompo et ereptam Phylomachae ſecundae, cuius filius Eubulides 2. eandem recuperare ſtudet, vt Hagniae ſecundo genere propior. Propinquitas autem illa exſiſtit a Phylomache prima, Hagniae ſecundi amita, Phylomachae ſecundae auia materna: quae, licet foemina, eſt in deſcendente linea Hagniae primi: Theopompus autem etſi eadem neceſſitudine Hagniam ſecundum attingit, qua Eubulides 2. aeque eſt ex alia familia atque Theopompus: tamen potiore iure eſt propter matrem 1. Phylomacham, Hagniae primi neptem, ſecundi amitam. Alioqui Theopompo et Eubulidae fuiſſet ex aequo diuidenda haereditas, cum vterque ſit Hagniae poſterioris frater patruelis. Ex hac delineatione, et collateralium inter ſe et adſcendendo et deſcendendo collatione, paulo rectius ſtatui poterit de gradibus et nominibus neceſſitudinum: quae permutata non vno in loco cum eſſent, et Graeca nomina ἀνεψιῶν late pateant, procliuis in conuertendo lapſus fuit, vocabula ipſa potius, quam ſeriem generis, intuenti. Quorum explicationem hic ordine ſubiiciamus, ſeorſim a caeteris annotationibus, vt res ipſa in conſpectu poſita lectorem admoneat.

1056. 22. Στράτιος ὁ τούτου πρόγονος Μακαρτάτου.] Proauus. Series haec eſt: Stratius, Charidemus, Theopompus, Macartatus.

23. καὶ ἕτερος Ἁγνίας, ὁ τούτου πρόγονος τοῦ παιδός.] Abauus, ſi etiam pueri matrem numeres: proauus, ſi, matre omiſſa, Eubulidis aui filium ſtatuas. Series haec eſt: 1. Hagnias, Phylomache, Eubulides, Hagniae ſecundi patruelis, Phylomache ſecunda, Eubulides tertius. In hac ſerie duae quidem intercurrunt mulieres, quibus mares, quamuis remotiores, praeferuntur, ſed in eadem familia tantum, vt opinor.

vlt. καὶ προσήκει μᾶλλον τῷ Ἁγνίᾳ.] S. τῷ μεγάλῳ, ἢ προτέρῳ, τῷ Βουσέλου υἱεῖ.

1057. 3. ἀδελφιδοῦς δ' Ἁγνίου] Hagnias Stratius.
Polemo Charidemus.

5. ἢ τὸν ἀδελφιδοῦν.] τὸν τοῦ ἀδελφοῦ υἱὸν Χαρίδημον.

15. ἀνεψιῷ ὄντι ἑαυτοῦ.] ἀδελφιδῷ. Hagnias Eubulides.
Polemo Philager.

16. ὁ γὰρ Φίλαγρος ἀδελφὸς ἦν Εὐβουλίδου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἁγνίου.] Falſum hoc eſt. Legendum igitur, vt genealogia oſtendit, ὁ Φίλαγρος υἱὸς ἦν.

27. Στρατίου δ' υἱδοῦς.] Nepos ex filio. Stratius, Charidemus, Theopompus.

vlt. καὶ ἡ θυγάτηρ πάλιν.] F. A. καὶ ἡ θυγάτηρ, ὅτι πάλιν.

1058. 2. τῷ μὲν οὖν Θεοπόμπῳ.] Labyrinthus eſt hic locus, et plane crux fixa interpretibus: quem initio ſic tranſtuli, non quod veram interpretationem putarem, ſed ne lacunam relinquerem. Sed Theopompo natus eſt filius Macartatus: Eubulidae autem, Phylomachae filio, qui conſobrinus Hagniae paternus fuit: quum Eubulidae conſobrini filius Hagniae a patre ſit hic puer, etc. Haec, vt ingenue fatear, nec ipſe intelligo. Sed eſt locus et male diſtinctus, et

alioqui

alioqui corruptus. Nam poſt Μακάρτατος ὑτοσὶ v. 3. coli nota eſt ponenda: et, τῷ δὲ Εὐβουλίδῃ, ἀπὸ κοινοῦ repetendum, ἐγένετο ὑτοσὶ ὁ παῖς. et mox, v. 5. πρὸς πατρὸς Εὐβουλίδου, perperam ſcriptum eſt pro Φιλάγρου, vt genealogia docet. Sic ergo verba ordinabis: ὑτοσὶ δὲ ὁ παῖς, ὢν Ἁγνία παῖς ἀνεψιοῦ πρὸς πατρός. ἐγένετο υἱὸς Εὐβουλίδῃ, τῷ ὄντι υἱεῖ μὲν Φυλομάχης, ὄντι δὲ ἀνεψιῷ Ἁγνίου πρὸς πατρὸς Φιλάγρου.

Nunc hos inter ſe comparemus:

Hagnias ——— Eubulides

Phylomache———Philager

Hagnias. ——— 2. Eubulides

3. Eubulides. Ita fratres ſunt 1. Hagnias et 1. Eubulides: Phylomache et Philager patrueles: conſobrini vero aut amitini (ſecundum iurisconſultos) inter ſe ſunt Hagnias et Eubulides, natus ex amita Hagniae ſecundi, ſorore, et Philagro, fratre Polemonis, qui Polemo fuit Hagniae ſecundi pater. Nam Donatus ait, conſobrinos eſſe, natos ex fratre et ſorore. Sed Demoſthenes, omiſſa hic Phylomacha, patres ſecundi Hagniae et Eubulidae ſecundi confert: qua ratione fratres patrueles erunt, e tribus fratribus nati. et Eubulides tertius erit Hagniae ſecundi fratris patruelis filius. Multum refert, quos inter ſeſe conferas. Sunt enim haec τῶν πρός τι, et alio atque alio reſpectu alias atque alias appellationes ſortiuntur. Verto igitur de integro ſic: Ac Theopompo filius Macartatus: Eubulidae autem, Phylomachae filio, (qui, reſpectu patris Philagri, Hagniae patruelis fuit) (Nati enim ſunt duobus fratribus, Polemone et Philagro) puer hic natus eſt, Hagniae coniunctus, vt filius patruelis fratris. Qui habet aliquid melius et certius et dilucidius, doceat. Vocabula iſta

cogna-

cognationum et affinitatum tam Graeca, quam Latina, ab aliis aliter vſurpantur: quorum controuerſiis decidendis ego me nolo arbitrum honorarium interponere. Illud tantum rogo, vt, ſi quis ea, quibus ego ſum vſus, improbarit, tum demum erroris me condemnet, vbi omnia Lexica Graeca et Latina, inter ſeſe collata, conſentire probarit.

1058. 5. *ἀνεψιοῦ παῖς ὢν Ἁγνίας.*] Etymologicon: *ἀνεψιοὶ λέγονται παρὰ τὸ ἄνωθεν συνῆφθαι εἰς συγγένειαν.* Heſychius: *ἀνεψιοὶ, ἀδελφῶν υἱοί. ἀνεψιαδοῦς* (qui et *ἀνεψιάδης* a Polluce dicitur) *ὁ ἐκ τοῦ ἀνεψιοῦ ἢ τῆς ἀνεψιᾶς γεγονώς: ἀνεψιότης, ἡ μέχρι ἀνεψιαδῶν συγγένεια.* Suidas Heſiodum Homeri *ἀνεψιάδην* facit, hoc modo adſcendendo: Heſiodus, Dius, Ampelides, Melanopus, *ὃν φασί τινες τοῦ Ὁμήρου προπάτορος εἶναι πάππον.* Sed ſi Herodotum ſecuti, Melanopum Critheidis patrem, e qua natus Homerus ſit, ſtatuamus, legendum erit: *προπάτορα εἶναι, ἢ πάππον.* Age deſcendamus:

Melanopus	
Ampelides	Critheis
Dius	Homerus
Heſiodus.	

Iulius Pollux lib. 3. cap. 2. paulo dilucidius haec explicat: *ἀνεψιοὶ ἀδελφῶν παῖδες, εἴτε πατραδέλφων, εἴτε ἐκ μητραδέλφων· εἴτε ἐξ ἀδελφοῦ, ἢ ἀδελφῆς· εἴτε ἐκ δυοῖν ἀρρένων ἀδελφῶν, εἴτε ἐκ δυοῖν θηλειῶν. αὐτανεψιοὶ, οἱ ἀνεψιοί. οἱ ἐκ τῶν ἀνεψιῶν φύντες ἀλλήλοις ἀνεψιάδαι, εἴτε ἐξ ἀμφοῖν ἀρρένων εἶεν, εἴτε θηλειῶν, εἴτε ἐξ ἄρρενος καὶ θηλείας.*

ἀνεψιάδης { *δοῦς ὁ, τε ἀνεψιαδοῦς καὶ*
{ *δῆ ἡ ἀνεψιαδῆ, οἱ ἐξ ἀνεψιαδῶν ἀλλήλοις ἐξανεψιοὶ καὶ ἐξανεψιαί.* Quaerendum hic videtur,

tur, iidemne ſint ἀνεψιοὶ καὶ ἀδελφιδοὶ, an vero diuerſo reſpectu ſic appellentur. Exempli gratia.

Peleus	πάππος	Telamon	Auus
Achilles	υἱὸς	Aiax	Filius
Pyrrhus,	υἱδοῦς,	Euryſaces,	Nepos.
			Peleus

Peleus, Telamon, fratres ſunt; Achilles, Aiax, fratrum filii, atque iterum Pyrrhus et Euryſaces. Sed Aiax et Euryſaces ad Peleum relati ſuntne prior ἀνεψιὸς, ἢ ἀδελφιδοῦς; poſterior ἀνεψιάδης, ἢ ἀδελφιδοῦ υἱός; et quomodo Latine appellantur? Aiax nepos ex fratre, Euryſaces nepotis ex fratre filius, an habent ſingula nomina? Iam Achilles et Aiax, ſuntne ἀνεψιοὶ, an ἀδελφιδοῖ inter ſe appellandi? Latine quidem fratres patrueles dicuntur. Iam Euryſacis patruus eſt Achilles, πάτρως, ἢ πατράδελφος: magnus patruus Peleus: ſed quomodo Graece dicitur? Aliudne habet nomen, quam πατραδέλφου πατήρ; Haec et ſimilia velim accuratius explicari a iuriſconſulto, qui idem et Graecae linguae peritus eſſet, et Graeca cum Latinis conciliare, et pro diuerſitate reſpectuum inter ſeſe comparare. Idque aut iam feciſſe, (Nondum enim eius ſcripta legendi otium habui) aut facturum eſſe virum clariſſimum et diſertiſſimum, Matthaeum Weſenbeccium, et ſpero, et opto. Vulgaria iſta ſunt, ἀδελφὸς ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος, ἀδελφὴ, frater, ſoror. ἀδελφιδοῦς, fratris aut ſororis filius. ἀδελφιδῆ, fratris aut ſororis filia. πάτρως, πατράδελφος, θεῖος πρὸς πατρὸς, patruus. μήτρως, μητράδελφος, θεῖος πρὸς μητρὸς, auunculus. πατραδέλφη, amita. μητραδέλφη, matertera. ἀνεψιὸς, conſobrinus, fratris vel ſororis meae filius, nepos ex fratre vel ſorore: ἀνεψιὸς πρὸς πατρὸς, patruelis, amitinus. (ſed de poſteriore dubito) ἀνεψιὸς πρὸς μητρὸς, conſobrinus. ἀδελφαὶ, ſorores. ἀδελφιδαῖ, filiae ſororum, conſo-

conſobrinae. *ἀδελφιδαῖ*, neptes ex ſororibus, vel ſobrinae. *ἀδελφοὶ*, fratres. *ἀδελφιδοῖ*, fratrum filii patrueles. *ἀνεψιοὶ*, nepotes e patruelibus, vel ſobrini. *ἀνεψιάδης*, ἢ *ἀνεψιαδοῦς*, filius vel patruelis, vel amitini, vel conſobrini. Sic *ἀνεψιάδη*, filia, etc. *ἀνεψιότης*, cognatio patruelium et conſobrinorum. Graeci Iurisconſulti *ἀνεψιὸν* vocant *ἐξάδελφον*, *ἐξανέψιον*, ἢ *δισανέψιον*, *τὸν ἀνεψιαδοῦν*: *ἀδελφὸν ἑτεροθαλῆ*, *τὸν μὴ ἐξ ἀμφοῖν γονέοιν*, *ἀλλ᾽ ἢ ὁμοπάτριον μόνον*, ἢ *ὁμομήτριον*. In Latinis appellationibus ſobrinorum et conſobrinorum non omnes conſentiunt. Donatus: Sobrini ſunt e duabus ſororibus, Conſobrini ex fratre et ſorore. Sed Cicero ſobrinos remotiores facit, cum 1. de Off. dicit, Conſobrinorum, ſobrinorumque coniunctiones. Franciſc. Hotomannus, ex iuriſconſultorum autoritate: Conſobrini (inquit) ſunt, qui quaeue aut e duabus ſororibus naſcuntur, vel ex auunculo aut matertera prognati, vel in genere *ἀνεψιοὶ*, quilibet fratrum aut ſororum liberi. Patrueles fratres et ſorores vel e duobus fratribus, vel e patruo. Patruus magnus, frater aui, patruus maximus, abaui frater. Sobrini proprie dicuntur ſororum fratrumque nepotes et neptes, et ſunt vltimi cognationum gradus. Sobrinus patris mei conſobrini filius et matris meae conſobrini filius. Sobrinus eſt nepos magni patrui. Proauunculus proauiae pater: promatertera, proauiae ſoror. Atauus, abauus, proauus, auus, pater, filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, nota ſunt. Amitini inter ſe dicuntur, ex fratre et ſorore nati. hos Donatus appellat conſobrinos. Theſaurus Roberti Stephani ſic habet: Sobrini ſunt 1. ſororum filii, 2. ex fratribus, ſororibus, patruelibus, conſobrinis, amitinis, procreati et quicunque cognati.

1061. 4. *ἀνεψιὰν εἶναι ἐκ πατραδέλφων*, *Πολέμωνι τῷ πατρὶ Ἁγνίου*.] Quod alias dicit, *ἀνεψιὰν πρὸς πατρός*.

πατρός. πατράδελφος, patruus, θεῖος πρὸς πατρός. Heſychius. Quis huius Oenanthes pater fuerit, non exprimitur. Sed eſto Cleocritus Hagniae primi frater. Hagnia natus eſt Polemo, Cleocrito Oenanthe. Eſt ergo haec ſoror patruelis Polemonis: quorum πατράδελφοι fuerunt Hagnias et Cleocritus.

1061. 26. Καλλίστρατον ἀνεψιὸν εἶναι ἐκ πατραδέλφων Πολέμωνι τῷ πατρὶ Ἁγνίου καὶ Χαριδήμῳ.] Series haec eſt:

1. Hagnias,	1. Eubulides,	Stratius,	Fratres.
Polemo	Calliſtratus	Charidemus.	Patrueles.

Ex eodem ordine fuit et teſtis, ſiue Habronis, ſiue Cleocriti F. Patruelis et ipſe Polemonis.

pen. τὴν δὲ μητέρα τὴν ἑαυτοῦ, ἀνεψιοῦ παῖδα εἶναι Πολέμωνι.] Nata ergo vel ex Habrone, vel ex Cleocrito, patruelis Polemonis filia fuit.

1063. 21. κατὰ δὲ τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ Φυλομάχην, νομιζόμενον ἀνεψιὸν εἶναι Εὐβουλίδην Ἁγνίᾳ πρὸς πατρός.] Patruelem eſſe. Non opus eſt addere, a patre. Nec enim eſt ambiguum. Atqui et a patre Philagro eſt patruelis Hagniae. Ex vtroque ergo parente. Sed quomodo iſta conſentiunt, κατὰ τὴν μητέρα et πρὸς πατρός? Num quia Phylomache, ſoror Polemonis, patris Hagniae fuit, et non matris? Series haec eſt:

Polemon — Phylomache. Fratres.
Hagnias —— Eubulides. Ex fratre et ſorore nati: qui conſobrini erunt, Donato autore, non patrueles.

23. ἐκ τηθίδος γεγονότα Ἁγνίᾳ πρὸς πατρός.] Videtur τηθὶς aeque πρὸς πατρὸς, dici amita: πρὸς μητρὸς, matertera, vt θεῖος.

1058. 9. οὐδὲν ἐγένετο ἔκγονον, ὅ, τι ἐστὶν ἐν τῷ οἴκῳ τῷ τούτου.] Vtrum Ἁγνίου, an αὐτοῦ τοῦ Μακαρτάτου? Intelligo τοῦ Ἁγνίου. Nam quid ad Soſitheum alioqui attinet Macartati orbitas? καὶ τῷ Στρατίου.

1059. 11. *καὶ δι' ἃ πάντα.*] Lego *καὶ δὴ ἅπαντ' ἔπραττον κοινῇ.*

16. *ὡς ἐνίκησε τȣ͂ κλήρȣ.*] F. *τὸν κλῆρον.* Nec enim vllum aliud huius conſtructionis exemplum recordor. Nam paſſiue *νικᾶσθαι τῶν φίλων* aeque dici, ac *ἡττᾶσθαι τῶν ἐχθρῶν*, cum ſit eiusdem ſignificationis, non eſt mirum. Sed vt non dicitur *ἡττῶ τῶν ἐχθρῶν*, ſed *ἡττῶ τȣ̀ς ἐχθρȣ̀ς*, ſic etiam *νικῶ τὸν κλῆρον*: Nam obſeruaui ſaepe, ȣ diphthongum ſcribi pro ſyllaba *ον*, et e contrario. Ac nihilo durius eſt *ἐνίκησε τȣ̀ς ἀμφισβητȣ͂ντας, τὸν κλῆρον*, quam *ἐνίκησε τοὺς πολεμίȣς, τὴν μάχην.* Sin omnino placet *τȣ͂ κλήρȣ*, exponas licet *τȣ͂ κλήρȣ ἕνεκα, ἢ ὅσον πρὸς τὸν κλῆρον.*

1061. 12. *καὶ ἀκȣ́ειν τοῦ πατρὸς τοῦ ἑαυτῶν.*] Legendum *ἑαυτȣ͂*, quia praecedit *μαρτυρεῖ.*

19. *καὶ εἶναι αὐτὸν συγγενῆ Πολέμωνι.*] *τὸν πάππον Ἀρχίλοχον μᾶλλον, ἢ ἑαυτόν.*

vlt. *καὶ λέγειν τὴν μητέρα αὐτȣ͂ πρὸς αὐτὸν πολλάκις.* et p. 1062. 12. *καὶ ἔμελεν αὐτοῖς.*

1062. 14. *οἵτινες κατεχρῶντο.*] F. *κατεψεύδοντο.* Sed et hoc ferri poteſt.

24. *ἡ δὲ Φυλομάχη θυγάτηρ* lege.

1063. 16. *καὶ Καλλίστρατον τὸν πατέρα τῆς Σωσιθέȣ γυναικὸς.*] *τῆς Σωσιθέȣ μητρὸς* legendum eſſe, res ipſa oſtendit.

19. *καὶ εἶναι τοῖς τȣ́τȣ υἱέσι.*] *τίνος*; Praeceſſerunt enim multi. Lego: *τȣ́των, τῶν ἀδελφῶν τῶν τȣ͂ Βȣσέλȣ υἱιδῶν.*

1064. 1. *τȣ͂ Ἁγνίȣ Εὐβȣλίδῃ προσκλαίȣσα.*] F. *προσκληθεῖσα.*

2. *ἐκ πατραδέλφων ἀδελφὸν.*] Hoc fieri qui poteſt? lego *ἀνεψιὸν, ἢ ἀδελφιδȣ͂ν.*

1066. 1. *Ἀπολήξιδος θυγατρὸς Προσπαλτίου.*] Nomen proprium deeſt. Nam *Προσπάλτιος* eſt cognomen a municipio: vt poſtea dicet ipſe autor.

1066. 3.

1066. 3. ὁ δὲ Θεόπομπος τίνος ἦν πατήρ;] πατρὸς lege. Haec enim ſeries eſt: Macartatus, Theopompus, Charidemus, Stratius, Buſelus, adſcendendo.

16. Φιλάγρȣ, τȣ͂ ἀνεψιȣ͂ τȣ͂ Ἁγνίȣ.] De ſuperiore Hagnia verum hoc eſt. Fuit enim huius ex fratre Eubulide nepos Philager. Sed quia hic de poſteriore Hagnia agitur, lego τȣ͂ θείȣ, vt ratio propinquitatis poſtulat.

20. καὶ ἐνταῦθα ȣ̓δοτιȣ͂ν ἔνεϛι τὸ αὐτὸ (τῷ αὐτῷ) ὄνομα τῶν ἐν τῷ Στρατίȣ οἴκῳ ὄντων ἐκγόνων, ἀλλ' ȣ̓δὲ παραπλήσιον.] Non vacat mendi ſuſpicione hic locus. τὸ αὐτὸ et παραπλήσιον inter ſe conferuntur. Sed τὸ αὐτὸ τῶν ἐκγόνων pro τοῖς ἐκγόνοις rarum.

1067. 2. ἐὰν μὲν παῖδας καταλίπῃ θηλείας σὺν ταυτησί.] Sententia poſtulat addi: θηλείας, τȣ̀ς υἱȣ̀ς σὺν ταυτησί.

3. ἐὰν δὲ μή.] S. καταλίπῃ παῖδας θηλείας, τȣ́τȣς, τȣ̀ς υἱȣ̀ς.

6. ἐὰν δὲ μὴ ἀδελφοὶ ὦσιν, ἢ ἀδελφῶν παῖδες ἐξ αὐτῶν κατὰ ἑαυτὰ λαγχάνειν.] τίνες δ' οἱ λαγχάνοντες; pro ἐξ αὐτῶν aliquod aliud legendum cognationis nomen.

11. καὶ τὸν νόμον ἀναγνωσθῆναι.] ὑπὸ τῦ γραμματέως.

27. κινδυνεύων συνεπιπλέων.] Si mendo vacat locus, exponas ἐν τῷ συνεπιπλεῖν.

1225. 3. ἑκταῖος γὰρ ἥκων ἐτύγχανον.] τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ πρὸ τῆς τελευτῆς τῆς μητρὸς, ἀγγελθείσης δήπε μοι τῆς ἀῤῥωςίας.

8. εἰ μὴ τῇ τριήρει.] σὺν τῇ τριήρει.

Ibid. ἡ δὲ γυνὴ, ἣν ἐγὼ περὶ πλείςου ποιοῦμαι.] Quomodo? ſi vere dicit Phormio, te pellicem aluiſſe, niſi forte prae amore vxoris id feceris, vt illi parceres.

14. οἱ δεδανεικότες δὲ ἧκον ἐπὶ τὲς τόκες.] F. ἐπὶ τὸ χωρίον, ἢ ἐπὶ τὰς ὑποθήκας. Hanc ſententiam ego nunc in vertendo ſum ſecutus. Nam exigere vſuras parua res erat.

15. εἰ μή τις ἀποδοίη.] ἀντὶ τῦ εἰ μὴ ἐγὼ ἀποδοίην, vt et ſupra.

22. ὅτι ἐ περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων μᾶλλον τιμωρήσεσθε Πολυκλέα, ἢ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν lege, non τιμωρήσεσθαι, et ἢ ἐχ ὑπὲρ.

1227. 12. ἀλλὰ καὶ πρότερον Εὐριπίδῃ.] ἐχὶ τῷ τραγικῷ, (πρεσβύτερος γὰρ ἐκεῖνος) ἀλλ' ἑτέρῳ τινί.

IN ARGVMENTVM ORATIONIS DE CORONA TRIERARCHICA.

Pag. 1227. 5. τὴν ναῦν κατέχοντα.] M. παρέχοντα.

vlt. ἥτις ἐςὶν ἡ τελευταία τῦ μηνὸς.] ἡ τριακάς.

1228. 5. προςεθείσης.] M. προτεθείσης.

1228. 7. ἀντιποιεῖται καὶ τοῦτον ἐςεφάνωσεν.] Lego ςεφανῶσαι καὶ τȢ̃τον· ἀντιποιεῖται καὶ τȢ́τȢ τȢ̃ ςεφάνȢ Ἀπολλόδωρος.

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 1228. 6. ὁ δῆμος δȢ̃ναι.] S. τὸν ςέφανον.

1229. 2. ἐπειδὴ δὲ τȢ̃το παρέντες, ἐκεῖνο ποιȢ̃σιν.] παρὰ τὸ παρίημι, non παρόντες, coram, vt habet vetus Heruagiana.

21. καὶ πάντες ἑωρᾶθ' ὑμεῖς ἀναπληρουμένην.] Alii ἀναπειρωμένην. F. πεπληρωμένην. Nam ἀναγομένην non placet.

25. περὶ τȢ̃ πλείονος ἀντιλέγοντες.] φάσκοντες, ὅτι πλέον ἀργυρίȢ ἀνήλωσαν.

1230. 4. σκεψάμενοι γὰρ τὸν ἐξ ἐλαχίςȢ τριηραρχεῖν βȢλόμενον.] F. σκεψάμενοι γὰρ, καὶ ἐξ ἐλαχίςȢ τριηραρχεῖν βȢλόμενοι.

1231. 1. τȢ̀ς τὰ τοιαῦτα ποιȢ̃ντας, ἔχοντες.] S. κολάσαι, ἀντὶ τȢ̃ δυνάμενοι.

21. τὸ τρίτον μέρος ἠτιμῶσθαι τȢ̃ σώματος.] τὸ καθάπαξ ἠτιμῶσθαι in Midiana p. 542. 24. et alibi habuimus: vt videantur et Athenienſes diminutionem capitis habuiſſe magnam, maiorem et maximam, vt noſtri Iuriſconſulti.

26. προδικάζειν ἑτέρȢς.] Lego προδιδάσκειν.

1232. 12. καὶ γάρ τοι τὰ τῶν αὐτῶν τρόπων ἁμαρτήματα.] M. τὰ παρὰ τὸν τρόπον τὸν αὐτῶν ἁμαρτήματα.

1233. 1. χάριν τιθεμένων.] M. καταθεμένων.

3. ἀλλ' Ȣ̓ διὰ τῶν βελτιόνων, τοῖς ὑπηρετȢ̃σιν, ἃ δεῖ, χαρίζεσθαι προσῆκον.] Suſpectus locus, in quo conuertendo me non ineptam coniecturam ſecutum confido.

19. ἢ προῖκ' ἄν τις ὑμῶν πράττων.] S. σπȢδάσειε.

1233. 25. δεινὰ πάσχουσι.] ἀγανακτοῦσιν ἀδικεῖσθαι προσποιούμενοι.

27. ἂν καλέσωσι.] M. ἄν τινα καλέσωσι.

1234. 1. τὰ δίκαια ἀντιλέγειν.] F. πρὸς τὰ δίκαια, aut τοῖς δικαίοις.

14. πάντα δι᾽ αὐτῶν ποιοῦνται.] Non placet. F. διοικεῖται, aut διοικοῦνται, ἀντὶ τοῦ διοικοῦσι δι᾽ ἑαυτῶν.

IN ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS CALLIPPVM.

Pag. 1235. 14. πρὸς δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ νόμου, Λυσιθείδου ἀπήνεγκεν.] F. πρὸς δὲ τὴν ἀρχὴν κατὰ τοὺς νόμους Λυσιθείδην ἀπήνεγκεν. Oratio habet p. 1244. 13. κατὰ τοὺς νόμους γὰρ ἐπέτρεψα, καὶ ἀπήνεγκα πρὸς τὴν ἀρχήν. et v. 17. ὁ δὲ Λυσιθείδης οὐκ ὀμόσας, addita negatione. Oratio habet p. 1244. 14. οὗτος δὲ τὸν κατὰ τοὺς νόμους ἀπενηνεγμένον διαιτητὴν ἔπεισεν ἀνώμοτον διαιτῆσαι.

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 1236. 5. ἐφ᾽ ὑμῖν αὐτοῖς.] M. ἐφ᾽ ὑμᾶς αὐτοὺς, etſi non ignoro, ſaepius in autoribus ita legi: ſed illud dubito, errorene librariorum id fiat, an autoritate ſcriptorum.

8. μηδὲ μεθ᾽ ἑτέρων τὴν γνώμην γενόμενοι.] ἀντὶ τοῦ μετὰ μηδετέρων, κατ᾽ ἀττικὴν τμῆσιν.

14. τῷ Δεκελεῖ.] Alii Δεκελαιεῖ, παρὰ τὴν Δεκέλειαν. Sed malo Δεκελεῖ, vt Ἀλεξανδρεῖ, κατὰ συγκοπήν.

pen. ὅταν τις ἀργύριον τιθεὶς ἰδιώτης.] τὸ ἰδιώτης ſuſpectum eſt: malim aliud.

1237. 4. τοσοῦτον μόνον ποιεῖν.] S. εἰώθασιν.

21. ἔδειξεν εὐθέως παραχρῆμα.] ἐκ παραλλήλου τὰ χρήματα δέδωκεν, ἃ κατήχθη. Sed ſi λῃστρίδες ναῦς fuerunt, cur Argos redierunt? cur pecuniam non eripue-

eripuerunt? An a republica miſſae fuerunt contra alios? et miſer hic Lycon obiter periit.

1239. 1. *οἷός εἰμι ἀξιοῦν λαμβάνειν*] *ἀντὶ τοῦ λαμβάνειν ἀξιῶ. ἢ, νομίζω δίκαιος εἶναι λαμβάνειν.*

12. *πρὸς τὸν Ἀρχεβιάδην καὶ τὸν Ἀριςόνου.*] Supra *Φρασίαν* dixit.

21. *ὧν ἐγὼ ἤθελον τούτῳ ταύτην ἥτις εἴη μεγίςη πίςις δοῦναι, ἦ μὴν ἐγὼ τοῦ πατρὸς ἀκούειν.*] *ἀντὶ τοῦ ὅτι ἐγὼ ἤκουον.*

26. *οὐκ ἔφασαν Καλλίππῳ προσέχειν τὸν νοῦν οὐδὲν οἷς λέγει.*] *Καλλίππῳ οἷς λέγει, ἀντὶ τοῦ τοῖς Καλλίππου λόγοις.*

1240. 18. *δι' αὐτοῦ γε ἑαυτῷ μὴ θέλων δικαςοῦ γενέσθαι τοῦ πατρὸς.*] Lego *μὴ θέλοντος.* Hanc enim conſtructionem neque regula, neque exemplo vllo, poſſum defendere.

27. *ὅτι μὲν οὖν προκαλεσαμένου.*] Sententia poſtulat *ὡς προκαλεσαμένου.*

1241. 8. *ὑπὸ τοῦ Λύκωνος καὶ Φορμίωνος.*] Vetus Heruagiana rectius *ὑπὸ τοῦ Λύκωνος· καὶ Φορμίων,* S. *ἠθέλησεν αὐτῷ πίςιν δοῦναι.*

18. *οὔτ' ἀπειπόντ' αὐτὸν.*] *ἀπαγορεύσαντα.* non eſt opus mutare in *ἀντειπόντα.*

23. *οἶμαι γὰρ τί μοι καὶ τοῦτο εἶναι.*] S. *τεκμήριον.*

pen. *μεταδόξαν αὐτῷ μὴ ἐκεῖσε πλεῖν.*] Si *τοὺς δανεισαμένους* ſubintelligas, verte: cum mutata ſententia non committendum eſſe putaſſet, vt illi cum periculo illuc nauigarent. Sed durum hoc eſt, et parum conſentaneum. Quare legere malim, *μεταδόξαν αὐτοῖς.*

1242. 12. *κατάγεσθαι ὡς τοῦτον* lege, S. *πρὸς Κάλλιππον.* et, v. 13. *καὶ αὐτό γε τοῦτο μόνον ὃ τετολμήκασι,* lege *διαιρέτως,* non *ὑφὲν, μονονοὺ,* quod eſt *σχεδόν.*

1243. 8. *κερδαίνοντι ἰδίᾳ.*] Fel. *ἐκέρδαινέ τι.*

1243.

1243. 15. καὶ ἐδὲν ψευσαμένῳ.] M. καὶ ἐδὲν ἂν ψευσομένου.

vlt. ὅν φησιν ἀπειληφέναι τι ἔτος τῦ ἀργυρίου] Supra v. 16. legitur καὶ ἀπαλείφοντος. Vnde et hic legendum puto ἀπηλειφέναι, in ſecunda per η, in tertia per ει, παρὰ τὸ ἀπαλείφω.

1245. 8. μηδὲν ἧττον τὰ πιςὰ παρ' ἡμῶν λαβόντα.] Cum nos nihilominus ei fidem firmaremus.

IN ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS NICOSTRATVM.

Pag. 1245. 4. εἰς τὰ δημόσια ἀπογραφομένης] δημευθείσης αὐτῦ τῆς ἐσίας.

6. ὡς οὐκ ὄντας Ἀρεθουσίε, μεταποιεῖται δὲ ὡς ἰδίων.] Locus corruptus, et ex ipſo autore ſic corrigendus: ἀπογράφει Ἀπολλόδωρος οἰκέτας, ὡς ὄντας Ἀρεθεσίε. ὁ δὲ Νικόςρατος μεταποιεῖται ὡς ἰδίων.

7. ἐπειδὴ δὲ τὸ πρᾶγμα μοχθηρόν.] ἡ δήμευσις καὶ ἀπογραφὴ τῆς ἐσίας ἐπίφθονος καὶ ἀπάνθρωπος.

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 1246. 7. πένθ' ἡμιμναίων ἄξια.] τεττάρων μνῶν καὶ ἡμισείας.

8. ὡς αὐτός.] Quid ſi ὅσε αὐτός;

9. περὶ χιλίων δραχμῶν καὶ τῦ lege.

10. μηδένα ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γράψασθαι] μηδένα κατηγορῆσαι ἑτέρε, ἐμοὶ χαριζόμενον. Sed fortaſſis rectius eſt: in eo diſcrimine verſer, ne quem vnquam pro defenſione mei ipſius accuſare mihi liceat. Fortaſſis enim falſa deſcriptio cum ea ignominia coniuncta fuit, vt ne quem alium poſthac in ſimili crimine accuſare liceret.

17. ἐ γὰρ ἄν ποτε ἕτερον ἀπογράψαι.] Multa ſunt Graecae conſuetudinis forenſis verba, quae equidem, quibus Latinis proprie reſpondeant, ignoro: eaque

eaque de cauſa malo ad verbum vertere, quam agere ambages, et elegantias conſectando ab autoris ſententia longius aberrare. E quo numero et hoc verbum *ἀπογράψαι* eſt. Quicquid autem παρὰ τὸ γράφειν componitur, id eam vim habet, vt ſignificet, cauſam in literas relatam, vel propoſitam fuiſſe iudicibus, vel in publicis monimentis aſſeruatam. Nec ignoro, me rideri a nonnullis, vt qui ad verbum vertam, quod interpretatio mea non habeat illa: ex iure manu conſertum trahere, in aeſtimationem accipere, repetundarum reum facere, et id genus alia: quae vt Latina et Ciceroniana eſſe fateor, ita plurimum a Graecorum conſuetudine abhorrent. Ac vereor, ne merito reprehendar, quod alicubi τὸ ἀνδρωθέντα εἰς ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφῆναι, *togam virilem ſumere*, verti, cum Graeca gens palliata fuerit, non togata.

1247. 20. οὐδενὸς πώποθ', ὧν ἐδεήθη, οὗτος ἐμοῦ ἀπέτυχεν.] τινὰ ἀποτυγχάνειν οὐδενός τινος videndum an ſimilia exempla occurrant. Mihi videtur falſa eſſe diſtinctio, et ſic legendum: οὐδενὸς πώποθ', ὧν ἐδεήθη οὗτος ἐμοῦ, ἀπέτυχεν. vt οὐδενὸς ἀπέτυχεν coniungas, et ὧν ἐδεήθη μου eodem modo.

1248. 23. ὅτι ἓξ καὶ εἴκοσι μνῶν λελυμένος εἴη.] Robuſtum hinc nebulonem fuiſſe apparet Nicoſtratum iſtum.

pen. καὶ ἐὰν κελεύσητε αὐτὸν δεῖξαι, οὐ μὴ ἐθελήσει.] Scomma eſt, quo ei ſeruitutem obiicit, tanquam mancipio.

1249. 20. οὔτε τίθεσθαι.] ὑποθήκην λαμβάνειν.

26. ἵνα μὴ ὥτε ἀποδέδωκα ἔφη τὰς χιλίας δραχμὰς ἀπόληται.] F. ὅ, τε, S. ἀργύριον. et p. 1250. 12. ὅ, τι βούλη θέντα lege διαιρέτως.

1251. 2. καὶ ἐκγράφει τῷ δημοσίῳ ἀπόκληρον ἐξ ἐμφανῶν καταστάσεως ἐπιβολὴν ἑξακοσίας καὶ δέκα δραχμάς.] Verti: et exſcribit publico exſortem mulctam ex

ctam ex euidentium conſtitutione: verba ſecutus. Sententia quae ſit, Oedipus diuinet. Me et Budaeus, et lexica Graeca Latinaque omnia deſtituunt: quaeſiui *ἀπόκληρος*, quaeſiui *ἐμφανὴς*, quaeſiui *κατάστασις*, quaeſiui *ἐξ ἐμφανῶν καταστάσεως*. ſed aut muta, aut *ἀπροσδιόνυσα* omnia. Doctiores, ſi boni viri ſunt, explicanto potius, quam me ſugillanto.

1251. 4. *διὰ Λυκίδου τοῦ Μυλωθροῦ*] S. *υἱοῦ*. Quod ſi non placet, molitorem repone, ſi appellatiuum eſſe videbitur.

8. *εἰ ἀνακρινοίμην τὰς δίκας*.] *περὶ τῆς ἀνακρίσεως* ſupra dictum eſt.

12. *ἀπρόσκλητόν μου δέκα δραχμῶν δίκην καταδικασάμενος*.] Suidas *οὐ προσκεκλημένην*, hoc eſt, vt in Midiana, p. 534. 1. *μὴ προσκαλεσάμενος ἐμέ*. Arethuſius denuntiare iudicium debuit. Quod cum ille de induſtria non feciſſet, Apollodorus abſens et ignarus rei pro contumaci eſt condemnatus.

13. *ὡς ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ*.] *ἀντὶ τοῦ ὡς ὀφείλοντος*, *ὡς ὀφείλοιμι*.

18. *ἐβάδιζον ἐπὶ τὸν κλητῆρα τῆς ψευδοκλητίας*.] Sic *πρὸς Τιμόθεον* p. 1201. 6. *μὴ ἐπὶ τόνδε τῶν κακοτεχνιῶν ἔλθοιμι*.

21. *ὅσα ἐνῆν φυτὰ ἀκροδρύων γενναῖα ἐμβεβλημένα*.] Vtrum *ἐμπεφυτευμένα τῷ ἀγρῷ*, *ἢ τοῖς δένδροις*; vt non ſit conſitio, ſed inſitio, qua, vt Cato Ciceronianus ait, nihil inuenit ars agricolarum ſolertius. *ἀκρόδρυα* et fructus et arbores frugiferas interpretantur, ſiue nuces, ſiue pomiferas. Vox ipſa ſignificat vel cacumina quercuum, vel excellentiam: vt *ἀκρόδρυα* ſint arbores, quae quercubus, vnde olim victitabant, antecellunt.

1252. 5. *ἀνακεκριμένου γὰρ ἤδη μου*. et v. 9. *ὥστε ἄν με*. Nec enim praecipitatus eſt, ſed interuentu aliorum periculo liberatus.

1253. 9.

1253. 9. *ἐναπετίμησεν αὐτῷ.*] Pignori accepit, vel, in aeſtimationem accepit. hoc eſt, ſeruum pro pecuniae parte dedit.

16. *ἀνέροιντο.*] Lego *ἀναιροῖντο*, aut *ἀνέλοιντο*, *ἀντὶ τοῦ ὁπότε ἐπιχειρήσαιεν ἔργῳ τινί.*

25. *ὅτε ἡ πρώτη ἀνάγνωσις ἦν.*] Suidae eſt *ἀναγνώρισις, ἡ ἀνάπεισις· ἀναγινώσκειν, ἀναπείθειν, διαλεχθέντα γνῶναι.* Heſychio *ἀναγνωρισμός.* Varino *ἡ τῶν πρώτων μαθημάτων τῆς ψυχῆς ἀναγνώρισις, ὡς προειδυίας ταῦτα.* Hic vero ea vox nihil tale ſignificare videtur, ſi locus mendo vacat.

1254. 12. *ἵνα ἐκ τούτων ψηφίσησθε.*] pro *ἐψηφίσασθε* lego.

27. *τοσούτου δή.*] F. *τοσούτου δ' ἤδη δέουσιν.*

1255. 1. *ὃς ἂν ἐγγυησάμενός τι τῶν τῆς πόλεως.*] *ἐγγυητὴς γενόμενος ὑπὲρ τῶν τῇ πόλει προσηκόντων.*

12. *ἐὰν μὲν οὖν ἐνθυμηθῆτε, ὅτι,* etc. *ἐὰν οὖν ταῦτα παριδόντες πάντα.*] *ἀνανταπόδοτον καὶ ἐπανάληψις.*

20. *καταψηφίσησθε.*] S. *τῶν φευγόντων.*

IN ARGVMENTVM ORATIONIS CONTRA CONONEM.

Pag. 1255. pen. *τετυπῆσθαι.*] *τύπτω καὶ τυπτέω* vſitata ſunt, vnde fit *τετύφθαι* et *τετυπτῆσθαι.* *τυπέω* an dicatur, neſcio.

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 1257. 20. *ἀπεπεμψάμεθα.*] *ἀπεδιώξαμεν, ἀπηλαύνομεν, ἀφροντίστως εἴχομεν, λόγον οὐκ ἐποιησάμεθα.*

1258. 25. *ἐγγὺς τῶν Πυθοδώρου.*] S. *οἰκιῶν, ἢ ἐργαστηρίων.*

1259. 21. *οἱ δὲ κρατεῖν.*] *οἱ δὲ κροτεῖν τοῖς ἀγκῶσιν* lege.

1260. 2. *οὐδ' ἡμῖν συγγενῆ* lego, non *οὐδ'*. Nota *ου* et *ȣ* ſaepe commutari.

1260. 6. καὶ ἰατρὸν ἄγουσι παραγενέσθαι.] Suſpecta lectio.

23. καὶ τῶν σιτίων ἀπεκεκλείσμην.] οὐκ ἠδυνάμην φαγεῖν.

1261. 5. ἀλλ᾽ εἰς πᾶν ἐλθών.] F. A. πᾶν δεινοῦ ἢ κινδύνου ἐλθών.

1262. 19. δι᾽ ἃ τοῦτο γέγονεν.] Neſcio, quid haec verba ſibi velint. Videntur ex inferioribus etiam huc perperam translata. Sequitur v. 20. φασὶ τοίνυν ταῦτα διὰ τοῦτο γίνεσθαι, vbi malim ταύτας, S. τὰς τῆς κακηγορίας δίκας.

1264. 4. ἐφ᾽ ὧν ἐνίοις.] Sicut ἐπὶ τούτων ἐνίοις.

11. τὸν περὶ τῶν λωποδυτῶν.] λώψ, ἡ χλαμύς, καὶ λωπὴ, ἢ λώπιον, ἱμάτιον, λῶπαι Germanice, *Lumpen.* Hinc λωποδῆσαι, καὶ λωποδυτῆσαι, καὶ λωποδύτης, καὶ λωποδυσίου δίκη, καὶ λωπίζω, τὸ λωποδυτῶ.

1265. 2. ἐποίησαν ἔξω μέσων νυκτῶν τὴν ὥραν.] S. τῆς διαίτης. ἔξω μέσων νυκτῶν, extra medias noctes, vtrum poſt, an ante mediam noctem? et quomodo fieri hoc potuit? cum huiusmodi negotia tantum interdiu tractentur? Fortaſſis cum ſero ad arbitrum veniſſent, rem de induſtria in multam noctem protraxerunt. Nam ſequitur v. 20. τῆς διαίτης ἀποφαινομένης νυκτός.

5. τῶν τε παρόντων ἡμῖν καθ᾽ ἕνα οὑτοσὶ πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες.] F. οὑτωσὶ, ἐπιρρηματικῶς καὶ δεικτικῶς. Nam οὑτοσὶ ἄγοντες dura fuerit ἀριθμοῦ ἑτέρωσις.

22. πρὸ τοῦ τὴν δίκην λεχθῆναι.] M. ληχθῆναι, παρὰ τὸ λήχω, ἢ λαγχάνω.

1266. 12. βουληθεὶς τὸ δίκαιον αὐτό.] Fel. αὐτοῦ. lego αὐτῷ. et v. 14. ἠλέγχετο.

23. καὶ μὴ πατάξαι Κόνωνα καὶ Ἀρίστωνα.] S. ἀλλήλους. Sed F. Κόνωνα τὸν Ἀρίστωνα.

pen. θοιμάτιον.] τὸ ἱμάτιον, ἀττικῇ κράσει.

1267. 6. τί γὰρ ἂν, ἢ διὰ τί;] ταυτολογίᾳ ἔοικεν. F. τί γὰρ ἂν βουλόμενος, ἢ διὰ τί; S. ἐποίησα.

1267.

1267. 8. Τοῦτο καὶ δικάζομαι.] Fel. Τοῦτον. lego Τούτῳ.

9. ὅτως ἐστὶν ἀληθῆ.] F. ὄντως ἐστὶν ἀληθῆ καὶ φαίνεται. Nam τὸ ὄντως et φαίνεται belle inter ſe opponuntur.

20. Χαίρητον τὸν ἐπιπόλιον.] Hanc vocem vetera Lexica non habent. Vnde initio ratus, παρὰ τὸ ἐπιπολεῖν fieri, verteram, *vagabundum illum.* Sed quia τὸ ἐπιπολιοῦσθαι idem, quod πολιοῦσθαι, ſignificare volunt, muto ſententiam, et *incanum* verto.

24. καὶ αἰσχρῶν οὐδέν.] Lego οὐδὲ ἕν, ἀττικῇ τμήσει. et p. 1268. 25. ἐπαράσεσθαι.

1269. 10. καὶ τὰς ὄρνεις τὰς ἐκ τῶν χορῶν.] Siue aues, ſiue gallinas luſtrales, quibus greges ludionum, antequam in theatrum ingrediantur, expiantur. Vetus editio habet χωρῶν, e regionibus, ſeu vicis. Vtra lectio ſit verior, dubito. Neutra enim mihi ſatisfacit. τὸ εἰσιέναι et ad eos, qui magiſtratus inituri ſunt, et ad ludiones theatrum ingreſſuros referri poteſt.

14. ἀλλ' ὁ μηδ' εὔορκον μηδὲν ἂν ὀμόσας· κατὰ δὲ δὴ παίδων, ὧν μὴ νομίζεται, μηδ' ἂν μελλήσας.] S. ὀμνύειν πιστὸς ἂν εἴη. Sic Lucianus: ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς ὑμεῖς γε οὐδὲ μελλήσαντες, S. βιάζεσθαι τὸν Δημοσθένην. εὔορκον ὀμόσαι, et κατὰ παίδων ὀμόσαι, inter ſe opponuntur.

15. ὧν μὴ νομίζεται.] Atqui et Demoſthenis mater, et alii multi hoc iuriſiurandi genere vti voluerunt, vt in ſuperioribus orationibus vidimus.

16. ἀλλὰ κἂν ὅ, τι οὖν παθὼν πρότερον.] S. ἢ πιστὸς εἶναι. etſi locus hic mendi ſuſpicione haud vacat. Non enim belliſſime verba inter ſe cohaerent, vt videatur aliquid deeſſe, cuiuſmodi ſit: virum bonum quiduis potius facturum, quam temere iuraturum, tale praeſertim iuſiurandum tanquam inſolens.

17. εἰ δ' ἄρ' ἀναγκαῖον.] S. ὀμνύειν. ὁ ὀμνύων ὡς νόμιμον.

24. ὡς οὐ κατεπιορκησόμενος τὸ πρᾶγμα.] Tanquam non periurio defenſurus cauſam. Non placet. F. le-

F. legendum καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ προσυβρισθῆναι, οὐχὶ δ' ὡς σὺ κατεπιορκησόμενος τὸ πρᾶγμα.

IN ARGVMENTVM ORATIONIS CONTRA CALLICLEM.

Pag. 1271. 1. καὶ ὁ τὴν δίκην ὑπ' ἐκείνῳ διώκων.] Lego ex ſententia: καὶ ὁ τὴν δίκην ὑπ' ἐκείνου φεύγων.

6. χαράδραν.] Heſychius: χαράδραι, αἱ χαράξεις τοῦ ἐδάφους, καὶ οἱ κοῖλοι τόποι ἀπὸ τῶν καταφερομένων ὀμβρίων ὑδάτων. Idem: χαράδρα, χειμάῤῥους ποταμὸς. κατάγει δ' οὗτος παντοῖα ἐν τῷ ῥεύματι, καὶ κατασύρει. Suidas: χαράδρα, διῶρυξ πηλοῦ μεστὴ, ὄλεθρον, οὐχ ὕδωρ, ἔχουσα. et χαράδραι, αἱ διαιρέσεις καὶ τὰ σχίσματα γῆς καὶ χίμαῤῥοι. Varinus: χαράδρα κυρίως ἐπὶ χειμάῤῥου, ὃς ῥέων χαράττει δραστηρίως τὴν γῆν. Etymologicon: χαραδροῦσθαι, ὀρύσσεσθαι, κοιλαίνεσθαι. Vnde apparet, ſiue foſſam eſſe, cuiusmodi ab Auguſtanis dicuntur, *die Schwindgruben*, ab aqua abſorbenda, aut torrentis alueum.

IN IPSAM ORATIONEM.

Pag. 1272. 4. οὕτω διατέθεικέ με συκοφαντῶν.] M. οὕτω διετέλεσε.

1273. 16. οὐ γὰρ ἂν οὔτ' ἐρήμην.] Significat, patrem ſuum potuiſſe reſiſtere ſycophantis.

1274. 15. ὄρους δὲ περιέχοντος κύκλῳ τοῖς χωρίοις.] F. ὄρους δὲ περιέχοντος κύκλῳ τὰ χωρία.

1276. 19. ἀτιμήτους φεύγω δίκας.] De hac formula ſupra actum eſt.

1277. 2. ὥσπερ ἀνὰ θάτερ' ἄττα.] M. ὥσπερ ἂν ἕτερ' ἄττα. et v. 7. πῶς οὖν ἂν εἴη. et v. 9. πολλοὺς οὐ φυλαξαμένους, Nocuit multis incautis.

1278. 4. τὸν χλίδον.] Vide Suidam, qui τὸ χλίδος citat ex hac oratione.

15. ἐλθούσης δὲ τῆς.] M. ἐλθούσης δή.

1278. 23. ἐλαίȣ δ' ἀποκλινθῆναι.] F. ἀποκλυσθῆναι, ἢ ἀποκυλισθῆναι.

27. εἰ γε τειχίον παλαιὸν ἐπῳκοδόμησεν.] ἐπέθηκε τειχίῳ παλαιῷ οἰκοδόμημα. Videtur eſſe irriſio ſtulti aedificatoris. Verteram: ſi parietinam veterem adſtruxit. Sed minus placet. Noua enim ſtructura qui vetus eſſe poteſt? Veteri quidem fundamento nihil vetat inaedificare.

1280. 16. τὴν τȣ́τȣ προθυμίαν.] F. προπέτειαν.

1281. 3. ὅςις αὐτοῖς τὰ χωρία προσκαταγνώσεται.] ὅςις καταγνȣ̀ς ἐμȣ̃ τὰ χωρία τȣ́τοις ἀπονεμεῖ.

4. καὶ διαλύσεις τοιαύτας.] Alii διαδύσεις.

20. τοσȣ̃τόν τί μοι μέλει, χαλεπὸν ὄν.] F. A. τοσȣ̃τόν μοι μέλει, καίτοι χαλεπὸν ὄν.

IN ORATIONEM CONTRA DIONYSODORVM.

Pag. 1283. 19. ἐν τῇ πέρυσιν ὥρᾳ.] ἀντὶ τȣ̃ χρόνῳ. Niſi forte legendum ſit ὡραίᾳ. Sicut poſtea dicit, p. 1292. 4. ἐνταῦθ' ἐπιδημήσαντας παραχειμάζειν ἔδει, καὶ περιμένειν τὴν ὡραίαν. quod vertiſſe me non poenitet: nauigationem vernam fuiſſe exſpectandam. Phil. 1. Lacedaemonios bellum geſſiſſe τέτταρας ἢ πέντε μῆνας, τὴν ὡραίαν αὐτὴν, vt vernum et aeſtiuum tempus intelligatur.

1285. 15. συνετιμήθη.] M. ἐπετιμήθη.

1291. 14. πάντα τὰ κατὰ ταῦτα.] Malim abeſſe τὸ τά.

pen. ἀφειμένοις τῶν τόκων.] Liberatis vſura. Vtrum recepta, vt iam nullas acciperent? loquitur enim de creditoribus.

1292. 10. παραβάλλοντος.] F. παρεμβάλλοντος.

1295. 26. τἀρχαῖα μόνον ἀποδȣ̃ναι καὶ τȣ̀ς τόκȣς.] F. καὶ τȣ̀ς εἰς Ῥόδον τόκȣς.

1297. 13. ἑτοιμότερον ποιήσονται τὰ ἑαυτῶν.] Lego προήσονται, τȣτέςι δανείσȣσι. et v. 15. αὐξηθήσεται ὑμῖν τὸ ἐμπόριον.

I. TAYLORI
PRAEFATIO
AD
DEMOSTHENIS
APPELLATIONEM
ADVERSVS EVBVLIDEM.

Lex, quae in Argumento citatur, ſatis fideliter nos ducit ad mentem iſtius Orationis intelligendam. Euxitheus quidam dolis Eubulidis, aduerſarii eius, et malis artibus circumuentus, peregrinitatis damnatur a ſuis popularibus; et proinde nomen eius e tabulis iſtius populi (Alimuſii erant) deletum. Verum cum Lex prouocationem ad Curiam a Populi ſententia fieri permittebat, iam cauſa apud iudices perorata, ſtatum ſuum defendit, fretus teſtimonio συγγενῶν, *Cognatorum*, δημοτῶν, *Popularium*, φρατόρων, *Curialium*, et γεννητῶν, ſiue *Gentilium*. Vtile erit conferre *Herald. Animadu.* L. II. C. I. et *Petit. ad LL. Attic.* Lib. II. Tit. III. Lege XII.

In quodam exemplari meo adnotatum inueni, hanc Orationem non videri a *Demoſthene* eſſe profectam; tum quia αποψηφιζεσθαι hic ſaepiuſcule in ſenſu condemnandi, quod videtur eſſe inſolentius, occurrat; tum quod ex quibusdam indiciis conſtet, haec temporibus eſſe ſuperiora, quam vt ad *Demoſthenis* aetatem pertingere potuerint. Ait enim Euxitheus, patrem ſuum natum eſſe ante Euclidem, Olymp. XCIV. 2. immo ca-

ptiuum fuiſſe bello Decelico, Olymp. XCI. 4. Porro ſe ipſum natum eſſe commemorat, cum Thraſybulus ab Abydum militauerit. Illud autem contigit circa Olymp. XCVII. Deinde matrem eius eſſe ſuperſtitem, cum haec cauſa agitaretur, multosque adeo familiares, qui illius nuptiis interfuerant.

Non conſtanter negabo, potuiſſe hunc eſſe foetum rhetoris, qui *Demoſthene* maior eſſet natu; *Lyſiae* nimirum, a cuius charactere et genere orationis non abludunt multae cauſae forenſes, quae hodie in corpore *Demoſthenico* reperiuntur, et nominatim haec ipſa *aduerſus Eubulidem*, prout a ſummo Critico memoriae proditur: *Εἰ γοῦν μὴ διὰ τῆς ἐπιγραφῆς, ὅτινός ἐστιν, ἑκάτερος τῶν λόγων γνώριμος ἦν, ἀλλ᾽ ἀνεπιγράφοις περιετύχομεν αὐτοῖς, οὐ πολλοὺς ἂν ἡμῶν οἴομαι διαγνῶναι ῥᾳδίως, πότερον Δημοσθενους ἐστὶν, ἢ Λυσιου· τοσαύτην οἱ χαρακτῆρες ὁμοιότητα πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι. τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ πρὸς Ἀπολλόδωρον ὑπὲρ Φορμίωνος, καὶ ὁ κατ᾽ Ὀλυμπιοδώρου τῆς βλάβης, καὶ ὁ πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος, ἥ, τε προς Ευβουλιδην εφεσις κ. τ. λ.* Dionyſ. Halic. *π. τῆς Δημ. δεινότ.* §. 13. Verum vtcunque ea res ſit, non adducor ex notis iſtis chronologicis, vt ad antiquiorem natu, quam *Demoſthenem*, protinus referrem. Qui enim Olymp. XCVII. in lucem editus erat, cur non per aetatem ei licuiſſet Olymp. CVII. vel CVIII. vel etiam CIX. cauſam apud iudices dicere, et matrem porro ſuperſtitem habere?

Multo minus ducor ea criſi, quae mouetur *περὶ τοῦ ἀποψηφίζεσθαι*, vt haec *Demoſtheni* abiudicem. Nobis non diſplicet vſus ille, qui aliis nouus, vel etiam abſurdus eſſe videtur. Contra ea vero ſcimus, Scriptorem Atticum non potuiſſe accuratius et expreſſius rem eam deſignare, quam in animo inſtituit. Ordinarie quidem iudex *ἀποψηφίζεσθαι* dicitur, cum ad ſalutem pronunciat, atque id vt plurimum obtinet. At

vero

vero cum inſtituitur *διαψήφισις ἐν δήμοις*, cum vnusquisque Populus de ſtatu ſuorum ſententiam ferre tenetur: eum, quem reprobant, *ἀποψηφίζεσθαι* dicuntur, contra quam ea vox generaliter adhiberi ſolet. *Φύλλοις δὲ ἐψηφίζοντο οἱ κατὰ δήμους δικάζοντες, οἷς ἐπέγραφον, εἴ τις ὡς παρέγγραπτος ἐκρίνετο. καὶ τὸ καταγνῶναι ἐκαλεῖτο ἐκφυλλοφορῆσαι, καὶ ὁ κατεγνωσμένος ἐκπεφυλλοφορημένος. ὠνομάζετο δὲ ταὐτὸν τοῦτο ἀποψηφίσασθαι, καὶ ἀπεψηφισμένον, ἀπεναντίως τὸ* (malim *τῷ*) *παρὰ τοῖς δικασταῖς. ἐκεῖ γὰρ τὸ ἀποψηφίσασθαι τὸ ἀφεῖναι ἐστίν· ἐν δὲ τοῖς κατὰ δήμους δικαστηρίοις, ἀντὶ τοῦ καταψηφίσασθαι τάττεται.* Pollux L. VIII. C. V. §. 18. *Κατὰ δὲ τῶν παρεγγεγραμμένων, ξενίας γραφὴ, καὶ δωροξενίας, ἂν διαφθείρωσι τοὺς δικάζοντας. ὁ δὲ καταδικασθεὶς, ἀπεψηφισμένος, ἐκπεφυλλοφορημένος. καὶ τὰ ῥήματα παρεγγραφῆναι, ξενίας ἁλῶναι, ξενίας ἀποφυγεῖν, ἐκπεφυλλοφορῆσθαι, ἀποψηφίσασθαι.* Idem L. III. C. IV. §. 57. *ἀποψηφίζονται, ἀντὶ τοῦ καταδικάζουσιν αὐτὸν μὴ εἶναι πολίτην. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ἀρχεστράτου, καὶ ἀποψήφισιν δὲ τὸ πρᾶγμα λέγει Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει.* Harpocr. in v. *Εἴ τις ξένος ἔδοξεν εἶναι, καὶ οὐ πολίτης, τοῦτον ἐν ταῖς διαψηφίσεσι τῶν δήμων ἀπεψηφίζοντο οἱ δημόται, καὶ ἐλέγετο ἀπεψηφισμένος. εἶτα εἰσήγετο εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἐκρίνετο ξενίας, καὶ εἰ μὲν ἑάλω, ἐπιπράσκετο ὡς ξένος· εἰ δὲ ἐκράτει, ἀνελαμβάνετο εἰς τὴν πολιτείαν. οὕτω Δημοσθένης.* Suidas v. *Ἀποψηφισθέντα. Ἐπὶ τοῖς δήμοις ἀποψηφίσεις ἐγένοντο τῶν γεγραμμένων μὲν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, οὐκ ὄντων δὲ ἀστῶν, ἀλλὰ παρεγγεγραμμένων εἰς τὴν πολιτείαν· καὶ οὗτοι ἐλέγοντο ἀπεψηφισμένοι, ἐπειδὴ, ψήφου περὶ αὐτῆς ἐπαχθείσης, οὐκέτι μετεῖχον τῆς πολιτείας.* Idem in *Ἀπεψηφίσατο. Οἱ πολῖται συνίασιν ἕκαστοι κατὰ τοὺς αὑτῶν, καὶ περὶ τῶν αἰτίαν ἐχόντων, ἢ παρεγγεγραμμένων εἰς τὴν πολιτείαν,*

λιτείαν, ψῆφον φέρȣσι κρύβδην, οἷον Ἀχαρνεῖς περὶ Ἀχαρνέων, καὶ περὶ Ἐλευσινίων οἱ Ἐλευσίνιοι, καὶ οἱ λοιποὶ δημόται παραπλησίως. καὶ τȣ͂το διαψήφισις καλεῖται. οἱ μὲν ȣ͂ν πλειόνων ψήφων τυγχάνοντες ἀναμφισβητήτως τὴν πολιτείαν ἔχȣσιν· ὅσοι δ᾽ ἂν ἐλάττονας ψήφȣς λάβωσιν, ȣ̓κέτι νομίζονται. καὶ τȣ͂τό ἐϛιν ἡ ἀποψήφισις. Idem in Διαψήφισις. Ἐγένετο δὲ [Ἔφεσις] Ἀθήνησιν ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἀποψηφισθέντων. ἐφεῖσθαι γὰρ αὖθις ἐξῆν αὐτοῖς εἰς δικαϛήριον περὶ τῆς πολιτείας, καὶ εἰ μὲν ἑάλωσαν, ἐπωλȣ͂ντο ὡς ξένοι· εἰ δὲ μὴ, ἐπανίεσαν εἰς τȣ̀ς, ἐξ ὧν ἐξώσθησαν, δήμους. Etym. M. v. Ἔφεσις. col. 401. Adde *Valeſ. Not. ad Harpocr.* p. 20. 243. potiſſimum vero *Mauſſac.* ad pag. 43. *Harpocrat.* et *Budaeum* pag. 145. Edit. Aſcenſ. 1529. *Salmaſ. de M. V.* pag. 751. 752. [Doruille ad Chariton. p. 57. *Valeſ. ad Harpocr.* p. 20. 40. 243. Ἀποψ. Suid. v. Ἀπεψηφίσατο. Ἔκλειψις. Not. ad Suid. Not. ad Dem. pro Cteſiphont. Vlpian. Petit. Sch. Ariſtoph. TAYLOR in ſchedis.] Haec autem ideo a me paulo fuſius deducuntur, quoniam, quae dixi, ſtabilient inſolentiorem eam vocis proprietatem, et quodammodo vna enarrant cauſam et ſedem huius Orationis, qua Euxitheus a ſuis δημόταις damnatus, ſiue ἀποψηφισθεὶς, prouocat ad Curiam, Populique auctoritatem. Ea vtique prouocatio eſt Ἔφεσις. Vnde haec actio ſiue oratio a magiſtris perpetuo Ἔφεσις appellabatur. Harpocr. v. Ἔφεσις. ἡ ἐξ ἑτέρȣ δικαϛηρίȣ εἰς ἕτερον μεταγωγή. — Δημοσθένȣς λόγος ἐϛὶν ἐπιγραφόμενος· Ἔφεσις πρὸς Εὐβȣλίδην. ἐν δὲ τῷ λόγῳ τȣ́τῳ πολλάκις ἐϛὶν ἡ Ἔφεσις, καὶ τὸ Ἐφεῖναι ῥῆμα.

Eorundem magiſtrorum conſtantiam quoque et religionem non inutile erit obſeruare, a quibus eadem oratio perpetuo πρὸς Εὐβȣλίδην inſcribitur. Si accuſaſſet, inſcripta eſſet vtique κατὰ Εὐβȣλίδȣ, non πρὸς Εὐβȣλίδην. Ita ea oratio, qua *Demoſthenes Aeſchinem* exagi-

exagitauit ob legationem mala ſide geſtam, ab antiquioribus vno ore, κατα Αἰσχίνȣ, *in* Aeſchinem, dicitur, illa altera, qua Cteſiphontem aduerſus Aeſchinem defendit, nunquam. Sic dicimus πρὸς Λεπτίνην, *contra* vel *aduerſus* Leptinem, attamen κατὰ Μειδίȣ, Τιμοκράτȣς, aut Ἀριςοκράτȣς, *in* Midiam etc. Serior aetas, atque haec noſtra, non eo, quo tamen debuit, vſa eſt rigore et diligentia. Vide iſtud ſocordiae exprobrantem *Robortell. Emendat.* T. II. apud *Gruter.* C. XXXVII. p. 63. et quae non inſcite de hac re adnotauit Auctor poſterioris Argumenti πρὸς Λεπτίνην.

Sane videtur ad nos noſtramque aetatem integra non deſcendiſſe, cum haec habeat *Harpocr. Suidas*, et *Photius* MS. Πόρος. Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει. δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος ὁ Πόρος, καὶ ὁ δημότης, Πόριος. Ni igitur Populi alicuius nomen, cuiusmodi per hanc orationem plurima ſunt, in exemplaribus corruptum, hodie deprauate pro Πόριος legatur, ſenties id, quod modo dixi, defeciſſe alicubi orationem noſtram. Potiſſimum vero, ſi adiunxeris *Priſcianum* Lib. XVIII. col. 1199. Attici πλείω ἡμέρας τρεῖς, καὶ πλείω ἡμερῶν τριῶν. — Δημοσθένης quoque πρὸς Εὐβȣλίδην, Εφομεῖφη πλείȣς ἕνα. Quae quidem poſtrema verba, ex *Eubulidea* adducta a principe illo Grammaticorum, quanquam, cum ſint mendoſiſſima, iſti rei, quam dixi, vix poſſunt eſſe argumento, attamen eam conſtructionem, quae in illo loco tractatur, πλείȣς ἕνα, per totam hanc orationem, quanta quanta ſuperſit, reperiri hodie non poſſe contendo. Mihi quidem ſatis conſtat, locum *Priſciani* ita eſſe emendandum: Δημοσθένης πρὸς Εὐβȣλίδην εφεσει, εφη πλείȣς ἕνα. Atque haec hactenus. TAYLOR.

I. TAYLORI
ANNOTATA AD ARGVMENTVM.

Crediderim, hoc argumentum, et paucula, quae ſuperſunt, ſcholia, conſcripſiſſe (nam qui haec, et illud etiam conſcribere ſolebat) *Didymum*, veterem *Demoſthenis* Criticum et Commentatorem. Quod vt crederem, me impulit auctoritas *Harpocrationis* v. Ἐξένισε. Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει. διαβεβλήκασι γάρ μου τὸν πατέρα, ὡς ἐξένιζε. μή ποτε ἀντὶ τοῦ ξένος ἦν, καὶ οὐχ, ὡς Δίδυμός φησιν, ἀντὶ τοῦ οὐκ Ἀττικῶς ἐλέγετο, ἀλλὰ ξενικῶς. Iterumque v. Ξενίζειν. Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει, πολλάκις. ἔνιοι μὲν οὖν (*Didymum* nimirum innuens) οἷον ξένῃ διαλέκτῳ χρῆσθαι. τάχα δ' ἂν εἴη μᾶλλον τὸ ἐν τῇ ξένῃ διατρίβειν. Similiter *Pollux* L. III. C. IV. §. 59. Ξενίζειν οἱ μὲν παλαιοὶ τὸ ἑστιᾶν λέγουσι· Δημοσθένης δὲ, τὸ τῇ φωνῇ ξενιζούσῃ χρῆσθαι. Et *Ammonius*, licet in nomine orationis titubauerit: Ξενίζειν μὲν οὐ μόνον τὸ καταδέχεσθαι ξένον, ἀλλὰ καὶ τὸ ξένως διαλέγεσθαι, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Βοιωτόν. Ex his *Moſchopulus*, recentior ſcriptor, hortos ſuos inrigauit. Ξενίζω, τὸ ξένῃ διαλέκτῳ χρῶμαι, ἢ μᾶλλον, τὸ ἐν τῇ ξένῃ διατρίβειν. Verba *Didymi*, vel quae ego ſuſpicor eius eſſe, ita ſe habent in argumento p. 1298. 17. ὁ δὲ πατὴρ εξενισε τη γλωττη, αἰχμάλωτος γενόμενος. Iam ergo ſcrutemur, vtra praeſtiterit expoſitio τοῦ Ξενίζειν, illane, quam adduxit *Didymus*, an ea, quam, *Didymum* exagitans, praetulerit *Harpocratio*. Ait Orator pag. 1304. 6. διαβεβλήκασί μου τὸν πατέρα, ὡς εξενισε, et paucis interiectis, v. 11. τὸ ξενίζειν αὐτοῦ κατηγορήκασι. Ait demum v. 18. οὐδαμοῦ τὸν ξενίζοντα οὐδεὶς πώποτε ᾐτιάσατο, ως ειη ξενος. Sane, ni haec vltima addidiſſet, in incerto adhuc fuiſſemus, cuinam potius credendum eſſet, *Didymo*, an *Harpocrationi*.

Iam

Iam autem Orator noſter diſertiſſime definit, aliud omnino eſſe τὸ Ξενίζειν, aliud longe τὸ Ξένον εἶναι. Ea res ita ſe habet. *Vt me arguant peregrinitatis*, ait Auctor, *contendunt, patrem meum non Attice, ſed peregrine loqui fuiſſe ſolitum. Huic argumento duo habeo quae opponam. Primo: in bello Peloponneſiaco ab hoſtibus captus et peregre venum datus, ibi pauliſper deſiuit Attice loqui ob diutinam in iis regionibus manſionem. Eum autem et bello captum eſſe, et poſtliminio Athenas reuerſum, id vtique teſtibus euincam. Secundo autem: quanquam exotico ſermone vteretur, quanquam* ἐξένισε, *nemo tamen eum per tot annos, non in tribu ſua, non in curia, nullibi, vbi de ſtatu diſceptaretur, eum in iudicium adduxit, vt peregrinum*, ὡς εἴη ξένος. Ξενίζειν *quidem potuit, attamen* ξένος *non erat, neque quisquam inſimulauit eum ita fuiſſe.* Verum et alii ſcriptores ita loqui amant. Ἡ λέξις δὲ ὅμως ἐπὶ γῆς βεβηκέτω, τῷ μὲν κάλλει καὶ τῷ μεγέθει τῶν λεγομένων συνεπαιρομένη, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα ὁμοιουμένη, μὴ ξενίζουσα δὲ, μηδ᾽ ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐνθουσιῶσα. Lucian. *Quom. Hiſt. conſcrib. ſit.* §. 45. Ξενίζειν enim generaliter eſt *peregrinum agere*, ſiue id voce fiat, ſiue moribus. Ita *D. Paulo*, qui videbatur ξένων δαιμονίων καταγγελεὺς εἶναι, *Act. Apoſt.* XVII. 18. dixerunt Athenienſes: ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. Vtrum intelligendum ſit, in hoc loco, qui ſequitur, *Luciani*, non plane liquet: Πάλαι ἐπακροῶμαί σου παρακολουθῶν ἡλίους καὶ σελήνας, ἔτι δὲ τὰ φορτικὰ ταῦτα, σταθμούς τινας, καὶ παρασάγγας ὑποξενίζοντος. Lucian. *Icaro-Menipp.* init. Anne peregrinis *vocibus*, an *menſuris*, vti? Fortaſſe vtrumque. Miror interea, Lexici Rhetorici conſarcinatorem adeo ſomniculoſe Rhetorum principem lectitaſſe. Rurſus ad *Didymum* reuertor: de quo ita *Harpocratio*: Γαμηλία. Δ. ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει, καὶ Ισαῖος, καὶ Δίδυ-

μος ὁ γραμματικὸς ἐν μὲν τοῖς Ισαίȣ ὑπομνήμασί φησιν εἶναι τὴν τοῖς φράτορσιν ἐπὶ γάμοις διδομένην, παρατιθέμενος λέξιν Φανοδήμȣ, ἐν ᾗ ȣ̓δὲν τοιȣ̃τον γέγραπται. εν δὲ τοις εις Δημοσθενην, ὁ αὐτὸς πάλιν γαμηλίαν φησὶν εἶναι, τὴν εις τους φρατορας εισαγωγην των γυναικων, ȣ̓δεμίαν ἀπόδειξιν τῆς ἐξηγήσεως παραθέμενος. Suidas in eadem voce: Γαμηλία ἡ διδομένη τοῖς φράτορσιν ἐπὶ γάμοις· ἢ ἡ τῶν γυναικῶν εἰς τȣ̀ς φράτορας εἰσαγωγή. ȣ̔́τως Δίδυμος ὁ γραμματικός. Profecto haec eadem verba, quae Lexicographi adduxerunt, hic in ſcholiis ad hanc orationem leguntur. Ita enim ad pag. 1312. 12. Γαμηλία διδομένη τοῖς φράτορσιν ἐπιγάμοις (lege diſiunctim επι γαμοις) δωρεά. ἄλλως. γαμηγία ἡ τῶν γυναικῶν εἰς τȣ̀ς φράτορας εἰσαγωγή. Reſtituendum certe γαμηλία, non γαμηγία. Nam ex tenore ſcholii non ſibi propoſuit diſtinguere inter γαμηλιαν et γαμηγιαν, ſed, vt fit, *vnius* vocabuli *duas* expoſitiones prodere. Eamque rem confirmant Lexicographi modo adducti. De voce iſta γαμηλία conſule *Valeſium ad Harpocrat.* pag. notar. 33. *Meurſ. Attic. Lect.* III. 1. *Them. Attic.* II. 14. et *Graec. Feriat.* in Απατέρια, *Caſtellanum de Feſtis Graecorum*, *Petit. LL. Attic.* Lib. II. Tit. IV. Celeberrimum *I. Alberti* ad *Heſych.* v. Γαμηλία et Γάμων ἔθη. TAYLOR.

1298. 9. καν μεν αλωσι, και παρα τῳ δικαςηριῳ πεπρασθαι.] Ita haec inemendate in Edit. *Luteciana* punguntur. Reſtitue: κἂν μὲν ἁλῶσι καὶ παρὰ τῷ δικαςηρίῳ, πεπρᾶσθαι, *quod ſi in iudicio etiam conuincantur*, vt recte *Wolfius*. TAYLOR.

pen. προφέρειν.] Recte. *exprobrare.* Atque ita edidit *Wolfius* iuxta editiones a *Manutio* et *Feliciano* procuratas. Male *Aldus* cum *Pariſienſibus* προσφέρειν. TAYLOR.

ANNO-

ANNOTATA AD ORATIONEM.

Eſt apud *Ciceronem* in Quintiana: *Videturne interceſſiſſe Appellatio Tribunorum?* Sic Ἔφεσις πρὸς τοὺς δικαστὰς, Appellatio Iudicum. WOLFIVS.

1299. 1. πολλὰ ψευδῆ.] Repone, quod melius, πολλὰ καὶ ψευδῆ iuxta fidem Cod. *Ven.* et marg. *Pariſienſis.* TAYLOR.

4. μετὸν] μετῶν habuerunt ex editis quidam. Verum id dudum correxerat *Lambinus.* TAYLOR.

11. πλείονος.] πάσης in exemplaribus *Aldino* et *Luteciano.* Nos cum impreſſorum reliquis, cum *Ven.* et marg. *Benenati*, πλείονος reſtituimus. Melius id ſane, ſaltem meliori fide commendatum, quam quod in *Bodl.* adleuerat neſcio quis μείζονος. TAYLOR.

13. εἰ δὲ μή.] Ita lege cum omnibus, non cum *Wolfio* ſolo, εἰ καὶ μή. TAYLOR.

17. παροξύνεσθαι.] Malim τὸ παρωξύνθαι. WOLFIVS. Propemodum Cod. *Ven.* παροξυνθαι enim. TAYL.

20. καὶ πρὸς τὴν κατ᾽ ἐκείνων.] Haec indiſtincte a *Wolfio* vertuntur: et haud tamen ſcio, an melius quis Latine verteret. Senſus eſt: *Cum tanta exorta ſit iracundia ob multos, qui in ciuitatem fraude inrepſerant, ea etiam in nos cadit, qui non iure in hoc diſcrimen adducti ſumus, verum factionibus oppreſſi. Inde fit, vt nobis lis ſubnaſceretur inſolita et noua, ſc. vt reſponderemus non priuatae et propriae criminationi, ſed illi, quae ab aliis orta, nos quoque, licet innocentes, oppreſſit.* TAYL.

1300. 8. εἰ τῶν λαμβανόντων.] Locus ſuſpectus, qui ſic tamen ferri poſſe videtur: εἰ (ſc. ἡμεῖς οἱ ἠδικημένοι) γενοίμεθα ἐν τοῖς διδοῦσι δίκην, τῶν (malim τούτων τῶν) ἀντιδίκων λαμβανόντων δίκην μεθ᾽ ὑμῶν (ſc. τῶν δικαστῶν) ὅτε ἂν δικαίως (ſc. λάβωσι παρὰ τῶν ἀδικούντων). Sed quid ſi legas? εἰ τῶν ἄλλων λαμβανόντων δίκην, ὅταν ἀδικηθῶσι, μεθ᾽ ὑμῶν· ἡμεῖς ἐν τοῖς κ. τ. λ. *cum alii, laeſi iniuria, veſtra ope poenas expetant: nos*

nos iniuriis affici apud vos. Quam coniecturam etſi praefero conuerſioni auctoris, (*ſi, cum veſtra quibusdam auctoritate poenae merito infligantur, nos vna inter eos cenſeamur*) tamen nihil mutare audeo. WOLFIVS.

1300. 8. Hic vir operoſe nihil agit. Reſtitue cum MSto *Veneto*, et Edit. *Morelii*, pro ὅτε, ουτες. *Inique nobiſcum agi contendo, ſi in numero* reorum *ſiſtar, atque inter eos, qui poenas* pendunt; *cum propter ius ciuitatis inter vos eſſe deberem* iudices, *eoſque, qui poenas* expoſcunt. Pro τῶν λαμβανόντων in *Bodl.* reperitur: ἴσως τινων λαμβ. ἢ, γενοιμεθα τῶν λαμβανόντων. Quod neque verum eſt, neque acutum. TAYL.

Ibid. Senſum huius loci videtur aliquatenus tradidiſſe *Wolfius*, quem tamen miror qua ratione exſculpere potuerit ex hac lectione. Quod ſi reſcribamus: εἰ τῶν λαμβανόντων δίκην οντες δικαίως μεθ' ὑμῶν, ἐν τοῖς διδȣσι γενοίμεθα, tum demum omnia plana ſunt. *Miſerrima omnium*, inquit, *res fuerit, ſi nos, qui vna cum vobis decreuimus poenas iuſte exigendas a ciuibus ſuppoſititiis, ipſi in eorum numero habeamur, quibus poenae dandae ſint.* Opponuntur nempe οἱ λαμβάνοντες, et οἱ διδόντες, δίκην. IVRIN.

11. ὀργήν.] An ορμην potius? TAYLOR.

23. ἀνυπευθύνῳ.] Cuſi olim vniuerſi mendoſiſſime αν υπευθυνῳ. Reformarunt *Bodl. Lambin. Wolfius.* TAYLOR.

24. εἰδὼς τȣς νόμȣς.] Vtrum: εἰδὼς τȣς νόμους καὶ μᾶλλον, ἢ προσῆκεν, τȣτέστιν ἐμπειρότερος τῶν νόμων τȣ δέοντος, τȣτέστιν, ἀκριβοδίκαιος, καὶ λίαν ἀκριβῶς ὁρῶν τȣτȣς, καὶ συκοφάντης γιγνόμενος, vt ait *Menander:* an: καὶ μᾶλλον ἀδίκως, ἀντὶ τȣ ἀδικώτερον, ἢ προσῆκεν? WOLFIVS.

Ibid. Forte: Επειδὴ τοίνυν ȣτος εἰδὼς τȣς νόμȣς, ἀδίκως καὶ πλεονεκτικῶς, καὶ μᾶλλον, ἢ προσῆκεν, τὴν κατηγορίαν πεποίηται. TAYLOR.

1301. 2. δυνήσεσθαι.] Legendum δυνησασθαι. Omnino. TAYLOR.

7. δι' ἣν.] Punge mecum ſalutariter: δι' ἣν, καλῶς ποιȣ̃ντες, caetera. TAYLOR.

17. ὅτι δὴ.] Vel fortean ὅτι δε. TAYLOR.

21. ἐξ ὧν ἐνεκάλει.] M. ἐκάλει. WOLFIVS.

Ibid. Atque ita typis dedit. Et recte, credo, licet quatuor priores editiones aliter ſentiant. *Vnde ius habuit populares ſuos vel municipes conuocandi, ad concilium cogendi.* Cum *Wolfio* eſt, qui *Bodleianum* exemplar notauerit. TAYLOR.

26. καὶ διεπράξατο τȣ̃το.] Margo Editionis *Pariſinae* hoc pacto, neglecta coniunctione: ἀλλ' ἐπιβȣλεύων ἐμοὶ, ὅπως ὡς ὀψιαίτατα ἡ διαψήφισις ἡ περὶ ἐμȣ̃ γένοιτο, διεπράξατο τȣ̃το. TAYLOR.

vlt. ἐκάλει.] εκαλειτο marg. *Benenati.* Fortaſſe ἡνίκα τȣ̀μὸν ὄνομα.εκαλειτο, σκοτος εἶναι. TAYLOR.

1302. 1. καὶ γὰρ ἦν περὶ ἑξηκοςόν.] Videtur aliqua dinumeratio horologii aut clepſydrae hic contineri. Niſi quis putat, iam ſexageſimum municipem citatum fuiſſe. Quod non placet, cum de 70 reſtitiſſe adhuc 15 tradat Auctor. WOLFIVS.

Ibid. Verte: *Ego enim eram circa ſexageſimum.* TAYLOR.

11. μάρτυρα κ. τ. λ.] Reſtitue, vt optimus *Pariſienſis* legit, μάρτυρα μεν, ὧν κατηγόρησεν ȣ̓δένα παρασχόμενος κ. τ. λ. TAYLOR.

19. ἀπολογίσασθαι.] Editi omnes et MSti απολογησασθαι, et culpam credo fuiſſe non *Wolfii*, ſed operarum, vt aliter hodie legeremus. TAYLOR.

21. ὅτι γνοίησαν.] Marg. *Benenati:* καὶ ὅτι, ἃ γνοίησαν περὶ ἐμȣ̃, τȣ́τοις — TAYLOR.

23. ψῆφον — ἐδίδȣ] Vide *Valeſ.* pag. 39. *Not. ad Harpocrat.* TAYLOR.

1302. pen.

1302. pen. παρὰ τούτων.] Omnino reſcribendum παρὰ τούτου, ab Eubulide ſcil. qui ſuffragiis ferendis praefuit. IVRIN.

Ibid. Ita in *Bodl.* adnotatur, et ego olim diuinabam. Pariter etiam vertit *Wolfius.* TAYLOR.

1303. 3. ἡ ψῆφος ἐν ἅπασι.] Malim ἡ ψῆφος ἅπασι. WOLFIVS. Ita etiam marg. *Pariſ.* TAYL.

Ibid. πλείους τε ἐγένοντο.] Sc. αἱ ψῆφοι. WOLF.

15. ἡμῖν.] Sc. nobis, a noſtra tribu, ab Alimuſiis. Male Wolfius: *veſtrum decretum exſecuti.* TAYL.

25. ἂν βούλησθε.] τότε, ἄν με βούλησθε λέγειν, ἐρῶ. WOLFIVS.

Ibid. τότε, ἂν βούλησθε ἀκούειν, ἐρῶ. Marg. *Pariſ.* et *Ven.* In eod. margine γρ. etiam, vt *Wolfius* ſcribi voluit, ἂν βούλησθε εμε λέγειν. TAYLOR.

1304. 2. ὑμᾶς δὲ ἀκούσαντας.] Sc. δίκαιον νομίζω. WOLFIVS.

7. Δεκελικόν.] Potius Δεκελεικὸν, vti in marg. *Benenati.* Ita exarari ſemper fere ſolet, et debet. De Decelico bello, praeter Scriptores iſtius argumenti, vide *Harpocr.* v. Δεκελεικὸς et Αρχιδάμιος πόλεμος, *Valeſium* pariter pag. 39. TAYLOR.

9. πολλοςῷ χρόνῳ.] μετὰ πολὺν χρόνον. WOLF.

13. Αθηναῖον.] μάλις' ἂν οἶμαι ὑμῖν εμαυτον Αθηναῖον ὄντα ἐπιδείξειν. Cod. *Venetus.* TAYLOR.

16. εἶτα.] Reſtitue cum *Pariſienſi:* εἶτα, ὅτι ουτε ἐν τοῖς δημόταις, οὔτ' ἐν τοῖς φράτορσιν etc. TAYL.

24. τοὺς ζῶντας ὑμῖν.] Potius τοὺς ζῶντας ημιν, ex marg. *Benenati.* TAYLOR.

pen. Λυσαρετῆς.] [Vt Editi.] Alias huiuſmodi compoſita penacuuntur, vt Ιππαρέτη. WOLFIVS.

Ibid. τῆς ἐμῆς τίτθης.] Auiam paternam hic intelligendam, non nutricem, aut materteram, aut matris matrem, Genealogia docet, cum Thucritides et Lyſarete, patre eodem nati, coniuges fuerint. WOLFIVS.

1304. 7.

1305. 7. ἐπίλαβε.] Alii ὑπόλαβε, ſed infeliciter. Vide adnotata ad *Lyſiam* pag. 737. pen. TAYL.

10. οἰκεῖον.] Cum in omnibus exemplaribus, tam manu exaratis, quam prelo excuſis, ea vox deſideraretur, neſcio, vnde adriperet, miror, quod adriperet tacitus, bonus noſter *Wolfius*. Id tamen certe neceſſarium, vel aliquid demum eiusmodi, quale eſt id, quod habet marg. *Paris.* διομνυμένων εἶναι πολίτην καὶ συγγενῆ. TAYLOR.

11. παραστησάμενος.] *Suidas* interpretatur, παραλαβὼν, ἑλὼν, καταστρεψάμενος. Sed hoc ad rem bellicam pertinet. In Orationibus Tutoriis eſt τοὺς παῖδας παραστήσασθαι, qua de re ſuo loco. Hic non videtur aliud ſignificare, quam *in conſpectu*, aut *adhibitis*. Reliqui enim populares Alimuſii non ignoraſſent periurium. Verti *productis iis*, ſed minus placet. WOLFIVS.

12. αὐτῷ.] Editio *Pariſina* legit αὑτῷ, quod melius. Proxime μαρτυροῦντα editi vniverſi ante *Wolfium*. *Ven.* vt debuit μαρτυροῦντι. TAYLOR.

18. κάλει δή μοι καὶ τοὺς φράτορας.] Sunt apud Athenienſes πολῖται καὶ πολίτιδες, ἀστοὶ καὶ ἀσταὶ, hoc eſt, πάντες οἱ συμπολιτευόμενοι. ἀστὸν enim et πολίτην differre, vt ἄστυ et πόλιν, etſi non eſt abſurdum, non tamen perpetuo obſeruatur. Horum alii ſunt πολιτικοὶ, ἢ πολιτευόμενοι, alii ἰδιῶται, ἰδιωτεύοντες, ἢ ἀπολίτευτοι. Sequuntur φυλέται, *Tribules*, δημόται, *Populares*, aut *Municipes*, (etſi non ignoro, *Ciceronem* Cimonis curiales Laciadas dicere) φράτορες, *Curiales*, γεννηταὶ, *Gentiles*. Quibus vocibus vti mihi vt liceat, impetratum velim ab aequis lectoribus. Ac caetera vocabula obſcura non ſunt: φράτορες autem et γεννηταὶ quod munus habuerint, tradit *Suidas* hoc modo. Φυλαὶ *Tribus* olim fuerunt quatuor, ad numerum anni temporum: harum ſingulae tribuebantur in

tres

tres φρατρίας, ἢ τριττῦς, id eſt *curias*, quae duodecim fuerunt imitatione duodecim menſium. Vnde φράτορες. Vnaquaeque φρατρία ἢ τριττὺς habuit γένη, id eſt, *gentes* triginta, pro numero dierum menſis. Vnde Γεννηταὶ dicti *Gentiles*, non quidem ratione cognationis, ſed propter familias ad hunc modum diſtributas. Vide γεννηταὶ et φράτορες. Etſi et ex Auctore noſtro pleraque huius generis perſpiciuntur, cuius accurata lectio, et index loca ſimilia demonſtrans, homini vigilanti commentarii loco erunt. WOLFIVS.

1305. 18. Vide *Harpocrat.* v. Γεννῆται, ea, quae diximus ad Orat. *c. Neaeram* p. 1365. 10. et ad *Lycurgum*. Notaui antea, legendum videri, vt quidam legunt, non γεννητὰς, ſed γενητας, quo modo et hic etiam exhibetur in marg. *Morelii*. Vide Orat. *Iſaei de Apollodori haereditate*, et *H. St.* adnotationes ad marg. TAYLOR.

vlt. εἰ δ' ἐν ἅπασιν — ἐξητασμένος.] ἅπαντα διεληλυθὼς, ἅπασι κεχρημένος. WOLFIVS.

1306. 1. καὶ νῦν κ. τ. λ.] καὶ νῦν ἐγὼ ο λεγων. WOLFIVS.

Ibid. Editiones ſuperiores ad vnam omnes, καὶ νῦν ἐγὼ λεγω. Fortaſſe recte. εἰ δ' ἐν ἅπασιν — ἐξητασμένος φαίνεται καὶ ζῶν ὁ πατὴρ, καὶ νῦν ἐγὼ, λεγω, φράτορσι, συγγενέσι κ. τ. λ. *ſi pater, dum vixit, et ego nunc, apud omnes eos probati ſumus, apud quos vnusquisque veſtrum*, nempe, *curiales* etc. TAYLOR.

7. λόγον εἶχεν.] ὐκ ἂν ἀλόγως ὑπωπτεύετο. WOLFIVS.

12. μετεδίδοσαν.] Margo *Benenati*: ὐ γὰρ ἂν δήπυ — τῦ γένυς μετεδίδοσαν, ἀλλ' ως ανοικειον και τυ τε γενὺς και της πολεως αλλοτριον της των χρηματων κοινωνιας απηξιωσαν· ἀλλ' ἦν κ. τ. λ. TAYLOR.

16. ὑμῖν.] υμων. IVRIN. Ita Cod. *Ven.* cum marg. *Pariſienſi*. TAYLOR.

1306. 17. *ξένον καὶ μὴ πολίτην.*] Forte *ξένον ὄντα, καὶ μὴ πολίτην.* Et [1307. 13.] *τιθέντας ἐάσαι,* pro *ἐάσειε,* tertia optatiui. Et [26.] *ἐπεὶ καὶ ταύτην.* Et [1308. 3.] *ἔνοχον εἶναι τῇ κακηγορίᾳ.* Infames tamen fuiſſe circumforaneos homines, ex Orat. *contra Neaeram* videmus. Et v. 9. *ὅτι οὐκ ἔξεστι.* WOLFIVS.

Ibid. Certe ſine vlla neceſſitate addidit iſtud *ὄντα Wolfius.* Neque agnoſcunt aut Editi, aut MSti. TAYLOR.

26. *περὶ τοῦ γένους.*] Dele otioſa iſta vocabula. Loquitur generaliter, *περὶ ὧν ἄν τις ζῶν αἰτίαν σχῇ, δίκαιον τοὺς παῖδας τὴν ἀπολογίαν παρέχειν.* Curioſus aliquis adnotator, nimium memor cauſae, quae in hac quaeſtione tractatur, iſta ingeminauit, quae ſane perturbant etiam conſtructionem. TAYLOR.

1307. 3. *πῶς οὐ δικαίως κ. τ. λ.*] Omittitur in verſione *τὸν τελευτήσαντα, qui diem ſuum obiit.* Malim etiam *κατ' ἐκεῖνον* reddi *eius iure,* vel *ſecundum illum,* quam, *propter illum.* IVRIN.

11. *καίτοι τίς.*] Marg. *Benenati, καίτοι τίς ἐστιν,* (ſine *ἂν*, atque etiam, *καίτοι τίς ἂν εἴη*) *ὅστις εἰς τὰ πατρῷα μνήματα τοὺς μηδὲν γένει προσήκοντας ἐντιθέναι ἐάσαι;* TAYLOR.

24. *ὥστε εἰ καὶ κατὰ θάτερα.*] Lambinus: *ὥστε εἰ καὶ μὴ κατὰ θάτερα.* Sed locum non intellexit, qui quidem bene a *Wolfio* redditur. *Ἀριστοφῶν δὲ ὁ ῥήτωρ, ὁ τὸν νόμον εἰσενεγκὼν ἐπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται νόθον εἶναι, αὐτὸς ἀπεδείχθη — ἐκ — τῆς ἑταίρας παιδοποιησάμενος.* Athen. l. XIII. p. m. 285. TAYLOR.

26. *ἐπεὶ.*] Deeſt *Ald. Man. Fel. περὶ δὲ τῆς μητρός· καὶ γὰρ καὶ ταύτην,* editio *Luteciana* cum MSto *Veneto.* TAYLOR.

1308. 1. *ψηφίσματα.*] Diſtingue: *οὐ μόνον παρὰ τὰ ψηφίσματα, τὰ περὶ τὴν ἀγορὰν διέβαλεν ἡμᾶς*

μᾶς Εὐβουλίδης, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὲς νόμους. TAYLOR.

1308. 3. *κατηγορίᾳ.*] Eruditiſſimus *Weſſelingius* ad *Petit. LL. Attic.* pag. 644. recte admonuit, reſcribendum eſſe *κακηγορια.* Vide ſupra ad 1306. 17. Vſu venit maximo, vt hae voces permiſcerentur. Dixi ad *Lyſiam* pag. 353. vlt. TAYLOR.

5. *ταινίας πωλεῖν.*] *Hermogenes* Cap. *περὶ Ἀφελείας.* Ἐτι ἀφελεῖς ἔννοιαι, καὶ αἱ πλησιάζειν πως δοκεσαι τῷ εὐτελεῖ. γίνονται δὲ αὗται, ὅταν περὶ εὐτελῶν καὶ τῶν τυχόντων πραγμάτων λέγῃ τις. ὡς ἐν τῷ κατὰ Στεφάνε ψευδομαρτυριῶν· ἢ τὰ καταχύσματά φησιν αὐτε κατέχεε. καὶ πάλιν, ἑτέρωθι τὴν ῥοδωνιὰν ἐκτίλλειν. καὶ ἐν τῇ πρὸς Εὐβελίδην ἐφέσει, τὸ λέγειν, ὅτι ταινίας ἐπίπρασκεν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἡ μήτηρ. Adi porro *Caſaub. ad Athen.* VII. 22. *Herald. Animadu.* Lib. II. Cap. II. §. 14. TAYLOR.

6. *βελόμεθα.*] Vel *εβουλομεθα* potius. TAYL.

9. *ἐξέσαι.*] Ita Editi conſtanter. Melius tamen *εξεστι*, vt *Wolfius* dedit, et vti nos quoque, neſcio tamen, qua fortuna impediti, dare voluimus. Vide ſupra ad 1306. 17. TAYLOR.

13. *ὑμῖν.*] Abeſt ab omnibus, tam cuſis, quam manu exaratis, priusquam *Wolfius* in impreſſione ſua dederit. Miror autem dediſſe, lectore de ea re non admonito. Fortaſſe, deleta rurſus ea voce, quae occulte videtur inrepſiſſe, ita legendum: *ὅτω γαρ — τετῳ* (i. e. Ariſtophonti) *ἔδοξεν ἐκεῖνος καλῶς καὶ δημοτικῶς νομοθετῆσαι, ὥστε ψηφίσασθαι πάλιν ἀνανεώσασθαι.* TAYLOR.

1309. 3. *αὐτὲς.*] Melius *αυτην* cum *Ven.* et marg. *Benenati.* TAYLOR.

5. *τὰ τέλη ἐξετάσαντας.*] *excutienda fuerunt vectigalia.* Wolfius. Male, vt arbitror. Ait Orator: *ſi allegauerint fuiſſe eam peregrinam, adducendi erant illi,*

qui

qui peregrinantium vectigalia exegerint; ſi ancillam, emtor. TAYLOR.

1309. pen. ἀλλ' ἀκέσαντες.] Ita arbitror locum hunc eſſe reformandum, literula vix immutata, verum ordine inſtaurato, ſc. ἀλλ' ἀκέσαντες, ἐὰν ὑμῖν ἐπιδεικνύω τῆς μητρὸς τοὺς οἰκείους, οἵους προσήκει εἶναι ἀνθρώπους ἐλευθέρους, καὶ οὓς ὑμεῖς φήσετε πιστοὺς εἶναι (ἐὰν καταιτιᾶται περὶ αὐτῆς ταύτας τὰς διαβολὰς) ἐξομνυμένους, καὶ μαρτυροῦντας αὐτὴν ἀστὴν οὖσαν εἰδέναι, δικαίαν ἡμῖν θέσθε τὴν ψῆφον. TAYLOR.

1310. 1. ἐὰν καταιτιᾶται.] αν ουτος καταιτιᾶται Cod. *Ven.* cum marg. *Paris.* Deinde v. 2. ἐξομνυομένους in eod. marg. et proxime v. 4. θέσθαι] *Lambinus.* TAYLOR.

12. Δεξίθεος.] Poſtea Εὐξίθεος. [p. 1311. 1.] δε et ευ ſaepe permutantur ob non diſſimiles ductus literarum. WOLFIVS.

Ibid. Hic Dexitheus non idem eſt cum illo Euxitheo, qui poſtea occurrit. Fallitur *Wolfius.* TAYL.

Ibid. καὶ ὁ μὲν Ἀμυθέων.] Male Wolfius: *ac Dexitheus ex eorum numero eſt* etc. cum id de *Amytheone* dicitur. TAYLOR.

16. μαρτυρήσεται.] μαρτυρηθήσεται Cod. *Ven.* et marg. *Benenati.* TAYLOR.

1312. 21. ψηφίσαιντο.] ψηφίσαιτο marg. *Morel.* Sed illud non vtique rem expedit. ψηφίσαισθε *Lambinus.* Melius ſane. Verum adhuc Grammaticae non ſatis conſulitur. Mentem ſcriptoris video. *Indigniſſimum eſſet, ſi, cum tot Ciues, quibus nemo vnquam peregrinitatem obiecit, me cognatum eſſe ſibi et familiarem teſtentur, vos decerneretis, me eſſe peregrinum.* TAYLOR.

vlt. ἠδικήκαμεν.] *Wolfius* haec non ſatis accurate. Verte: *Non enim, ſi pauperes fuiſſemus, rei ſumus, ſed, ſi peregrini.* Agitur enim hodie, vt ait ille

in ſequentibus, non de facultatibus, ſed de genere et ciuitate. TAYLOR.

1313. 2. δȣλικὰ.] δουλικα, inquit *Poll.* L. III. C. VIII. §. 81. παρὰ Δημοσθένει. Quod referunt, nec iniuria, ad hunc locum. TAYLOR.

16. κεκληρονομηκότα.] Forte καὶ κεκληρονομηκότα. Hunc locum aliter diſtinxi, atque diſtinxerat *Wolfius*, et, credo, melius. Iudicet aequus lector ex Verſione. TAYLOR.

23. ȣ̓κȣ̃ν.] οὐκουν *Lambinus*, retracto accentu. Illud autem, quoniam in ſuis exemplaribus haec interrogatiue pungerentur, v. 27. Ad quam legem ſententiam hanc reddidit *Wolfius*. Sed perinde erit, ſi tollas interrogationem, vti ego ſuſtuli. TAYLOR.

24. ὥσπερ προεκρίθην.] Sc. ἐν τῷ κληροῦσθαι. WOLFIVS.

Ibid. Minime omnium. Non προεκρίθη ἐν τῷ κληρȣ̃σθαι, ſed προεκρίθη εἰς τὸ κληρȣ̃σθαι. Municipes quosdam e ſuo demo praetulerunt, ſelegerunt, vt ex iis vnus forte Herculanum ſacerdotium ſortiretur. Aliter, vnde haec explicaret? εἰ μὲν ἔλαχον, ὥσπερ προεκρίθην, aut illud 1314. 2. ἱερωσύνην κληρȣ̃σθαι μεθ' ἑαυτȣ̃ προκριθέντα. De his rebus accuratiſſime *Deſid. Herald.* L. II. C. III. §. 3. TAYLOR.

Ibid. ἔδει ἂν με.] Opinor legendum δεῖν ἂν με. IVRIN.

25. καὶ τȣ̃τον.] [Ita Edit. *Lutec.*] Marg. *Paris.* καὶ τουτους. Veriſſime. IVRIN.

1314. 11. παρωξύνετο.] Malim παρώξυντο. WOLFIVS. Similiter habet MS. *Venetus*. TAYLOR.

13. συνειδότος αὐτῷ τἀληθῆ λέγειν.] Vſitatius dici videtur: τȣ̃ συνειδότος αὐτῷ τἀληθῆ λεγοντι. Alias etiam accuſatiuo iungitur, vt apud *Ariſtotelem*, συνειδότες ἑαυτοῖς ἄγνοιαν. WOLFIVS. Reſtitui autem αὑτῷ cum adſpiratione. TAYLOR.

1314. 16

1314. 16. ἀχθεσθῇ.] Editiones omnes, et membranae μηδεὶς — ἀχθεσθῇ, ει ἐμαυτὸν κ. τ. λ. TAYL.

25. ὃ γὰρ ξένην καὶ ξένον.] Sc. ὑπὸ τῶν ἀντιδίκων λεγόμενον. WOLFIVS.

vlt. ἐμαυτῷ.] εμαυτον *Bodl.* et marg. *Morelii.* Sc. vt concordia fieret cum verbo, quod ſequitur, μετέχειν. Rurſus in eod. margine, γρ. ἐμαυτῷ τῆς πόλεως μετεῖναι. Sed fortaſſe noſtra pungendi ratio omnem iſtam difficultatem eximet. TAYLOR.

1315. 2. ὠφελημένους.] *propter emolumenta*, Wolfius. Frigide. Lege οφειλομενους μοι, *falſum dicere teſtimonium in gratiam meam, propter aes alienum, quo mihi obſtringuntur.* TAYLOR.

8. κληρονόμους.] κληρονομοις *Ven.* Quod ſatius eſt. TAYLOR.

9. ἐν ψευδομαρτυρίαις.] Vel fortaſſe melius εκ ψευδομαρτυριας. TAYLOR.

11. μηδεμιᾶς ἐξωλείας ὑπόχους ἑαυτοὺς ποιεῖν.] ἀντὶ τοῦ ἐνόχους ἐξωλεία, δεῖν ὑπέχειν τιμωρίας τὴν ἐξώλειαν. Hanc vocem [ὑπόχους] alibi me legiſſe non recordor, nec in veteribus Lexicis reperio. WOLFIVS.

20. ἀστὸν ἐξ αὐτῆς ἐγγυητῆς.] Legendum eſſe ἐξ αστης ἐγγυητῆς, vel coecus viderit, et tamen hic nihil vident octo Codices, ac potius quindecim, *Auguſtano* etiam adnumerato. Nam et caeteri omnes in manifeſto errore conſentiunt. WOLFIVS.

Ibid. αὐτῆς quidem Editi omnes et Membranae. Cum *Wolfio* reſtituit etiam *Lambinus*. Caeterum et alio errore tenentur Editiones *Manutiana* et *Pariſienſis*. ſc. ἐξ αὐτῆς ἐγγυητῆς: quem ſane ſuſtulit margo: ἐξ αὐτῆς ἐγγυητῆς αὐτῷ, et ἐξ αὐτῆς τῆς ἐγγυητῆς. TAYLOR.

25. καθαρῶς — πολῖται.] Ita loquuntur puri et emendati ſcriptores. *Lucian.* in *Timone*, §. 52. Τύπτεις ἐλεύθερους, ὁ καθαρῶς ἐλεύθερος οὐδ' ἀστὸς ὤν.

 Liba-

Libanius in *vita Demoſth.* init. p. 2. 10. Τὸ μέντοι μητρῷον γένος τȣ͂ ῥήτορος ȣ̓κ ἦν, ὥς φασι, καθαρῶς Ἀττικόν. Inde optimo iure *Lyſiam* olim emendaui *c. Agoratum*, pag. 482. vlt. τȣ͂τον μέντοι, ὡς ȣ̔ καθαρῶς Ἀθηναῖον ὄντα, ἐβȣ́λοντό τινες βασανισθῆναι. Legebatur olim καλῶς, nulla gratia aut ſapore. TAYLOR.

1316. 12. ȣ̓δέν.] Lege ουδενα omnino; atque ita diuinauit *Wolfius* quoque. TAYLOR.

17. ὅ.] Atqui reſtitui velim ᾧ, *qua re.* Vti eſt in *Bodleiano.* TAYLOR.

1317. 9. τί ȣ͂ν κ. τ. λ.] *Wolfius* interpretatur haec iuxta ac ego edendum curaui: *quid autem eos priuatim non facturos putatis* —? Ille tamen, vti caeteri omnes, aliter Graeca diſtinxit: τί ȣ͂ν; ȣ̓κ ἂν οἴεσθε —; duplici interrogatione. Et profecto ex iſta pungendi ratione, et lectione, quam ſuppeditant Codd. *Luteciani*, belliſſima orietur ſententia: ſc. τί ȣ͂ν; ȣ̓κ ἂν οἴεσθε τȣ́τȣς ἰδίᾳ ποιῆσαι ταῦτα, ἃ κοινῇ ἐτόλμων; Et opinor, eam poſſe eſſe veram lectionem, cum vtique Codd. plures etiam ἃ pro οἳ retineant. TAYLOR.

20. περὶ αὐτῶν.] Lege περὶ αὑτῶν, *de ſeipſis, de ſtatu ſuorum*, qualis ſolebat eſſe διαψήφισις. TAYL.

21. κατεδέξατο τὸ δικαστήριον.] Ita infra v. 25. τȣ̀ς ὄντας πολίτας συνιστάμενοι ἐξέβαλον, ȣ̔̀ς τὸ δικαστήριον κατεδέξατο. Adludit ſc. ad iſtam prouocationem ad Curiam, quae legibus erat conceſſa. De qua nonnihil dixi ad initium huius orationis. Atque id potiſſimum videtur eſſe καταδέχεσθαι, ſolenniter dictum, cum quis vna ſententia damnatus, altera, ad quam adpellauerit, erit abſolutus. Ita *Aeſch. c. Timarch.* pag. 129. 6. μετὰ ταῦτα ὡς ἐπανῆλθεν ἡ βȣλὴ εἰς τὸ βȣλευτήριον, ἐξεφυλλοφόρησε μὲν αὐτὸν, ἐν δὲ τῇ ψήφῳ κατεδέξατο. *Secundis* nimirum *ſententiis.* Ἀντὶ τῆς ψήφȣ φύλλοις ἐχρῶντο — ὥσπερ ὀστράκῳ ἐπὶ τȣ͂ ὀστρακισμȣ͂. καὶ ἐλέγετο ἐπὶ τȣ́τῳ ἐκφυλλοφορῆσαι —.

Ἐξῆν

Ἐξῆν μέντοι ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐκφυλλοφορηθέντας, ὡς καὶ Δημοσθένης φησὶν ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. Etym. M. 325. 18. Vbi tamen id non dixit, ſi integra ad nos peruenerit ea Oratio. TAYLOR.

1317. pen. τῷ τοῦτο δῆλον; ὅτι ἁπάσαις ἔδοξε.] Forte τί τοῦτο δηλοῖ; ὅτι ἁπάσαις (ſc. ταῖς ψήφοις) τουτέστι, ὅτι οὐδὲ εἷς ἀντέλεγε τοῦ μὴ εἶναι δημότην αὐτόν. Et 1318. 10. ὅτε ἄνευ συστασεως. WOLFIVS.

Ibid. ἁπάσαις.] *Ven.* απασιν. TAYLOR.

1318. 5. ἐψηφίσαντο.] εφημισαντο Quatuor impreſſi. *Wolfius* lectionem excudit, quam repraeſentant margo *Benenati*, et *Venetus* noſter. TAYLOR.

10. ὅτι — ψηφισαμένους.] Ferri poteſt, ſi pro ὅτι [vt Editi] legas οτε. Sin ὅτι, recte ψηφισαμενοι ſubſtituitur. WOLFIVS. ψηφισαμενοι marg. *Paris.* TAYLOR.

Ibid. συστάσεως.] διστασεως Editi, et melius. Vide ſupra ad 1317. pen. TAYLOR.

Ibid. ἐψηφίσαντο] ἐψηφίσαντό μου *Ven.* TAYL.

13. δοκιμασία.] διαδικασια *Ald. Par.* MSS. *Fel.* et *Man.* δοκιμασια Editt. *Felic. Man.* Cod. *Ven.* et marg. *Pariſienſis.* TAYLOR.

Ibid. Poſſit et διαψηφισει legi. WOLFIVS.

24. ἐξήλειφαν.] εξηλειψαν *Bodl.* cum marg. *Benenati*, quod neceſſe eſt, niſi εξηλειφον legi malis. TAYLOR.

vlt. ἐκκολάψαντες.] εκκοψαντες marg. *Paris.* et MS. *Ven.* Quae lectio diu inueterauerat, vt liquet ex ſcholio ad hunc locum. Vide *contra Neaeram* 1378. 12. TAYLOR.

1319. 3. τῆς ἀπολογίας ἕνεκα ποιῆσαι.] συλῆσαι τὰ ὅπλα, καὶ ἐκκολάψαι τὸ ψήφισμα. Quod aduerſarii fecerint, id eos ſibi crimini dare queritur. WOLFIVS.

1319. 5. τηλικȣ́των ἕνεκεν — τεκμηρίων.] τηλικȣ́των. Forte, ἀντὶ τȣ̃ ȣ̃τω μικρῶν. Etſi me fateor non intelligere, quid ea res reo patrocinari potuerit. Ideoque abſurditate refutatur. WOLFIVS.

26. Ἀπόλλωνος πατρῴȣ καὶ Διὸς Ἑρκίȣ.] Ἐκαλεῖτο δέ τις Θεσμοθετῶν ἀνάκρισις· εἰ Ἀθηναῖοί εἰσιν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας, καὶ τὸν δῆμον πόθεν; καὶ εἰ Ἀπόλλων ἐςὶν αὐτοῖς πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ἕρκιος. Poll. L. VIII. C. IX. init. Ἑρκεῖος Ζεύς. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Μοσχίωνος. Εἰ Φράτορες αὐτῷ καὶ βωμοὶ Διὸς Ἑρκείȣ, καὶ Ἀπόλλωνος πατρῴȣ εἰσίν. Ἑρκεῖος Ζεὺς, ᾧ βωμοὶ ἐντὸς ἕρκȣς ἐν τῇ αὐλῇ ἵδρυνται. τὸν γὰρ περίβολον ἕρκος ἔλεγον. ὅτι δὲ τȣ́τοις μετῆν τῆς πολιτείας, οἷς εἴη Ζεὺς Ἑρκεῖος, δεδήλωκε καὶ Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ δημοποιητȣ̃, εἰ γνήσιος, καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς περὶ τὴν ἐν Ἀθήνησι νομοθεσίαν. Harpocr.* v. Ἑρκεῖος Ζεύς. Vide *Valeſium* ad locum, *Sigon. de Rep. Athen.* IV. 3. *Gyrald. Hiſtor. Deor.* col. 96. *Vlpian. ad Midianam* n. 368. Edit. Paris. *Petit. LL. Attic.* pag. 321. 322. Edit: Weſſelingii. σχ. *Euripid. Hecub.* v. 23. *Euſtath. ad Odyſſ.* X. 335. *Heinſ. ad Ouid. Heroid.* VII. 113. *Ioſ. Laurent. Var. Sac. Gentil.* C. VIII. TAYLOR.

27. εἶτα οἷς ἠρία ταὐτά.] In *Aldinis* poſt εἶτα οἱ caetera deerant in lacunula, quam Vir doctus his vocabulis ex coniectura ſua depromtis non bene ſuppleuit, ſc. εἶτα οἱ Φρατορες των οικειων. Vide *Kuhn. ad Poll.* L. VIII. C. IX. Not. 91. Ab iis, qui *Aldum* excipiebant, optime ex membranis reſtitutum οἷς τὰ ἠρία ταὐτά. *qui commune ius habent ſepulturae.* Vide *Schol.* ad hunc loc. *Herald. Animadu.* L. II. C. I. §. 15. Viros doctos ad *Lucian. Contemplant.* T. I. p. 518. *Harpocrat.* in v. et σχ. ad *Theocrit. Idyll. B.* 13.

Φαῖνε καλόν. τὶν γὰρ ποταείσομαι ἄσυχα, δαῖμον,
Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι,
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.

In iis

In iis tamen, qui iſti hiatui ſatisfecerunt, male vbique ταῦτα, non ταὐτά. Quod mendum eo libentius ſuſtulimus, propterea quod recte vertat *Wolfius*, licet incommode ediderit. TAYLOR.

1320. 6. ἀδελφιδῦ.] Ita Editi ad vnum omnes. Quod non bene vertitur. Neque profecto verum eſt, ſi locum ſuperiorem conſulas, vbi haec magis explicate traduntur. Non magis vera, quae ex MSto *Veneto* et marg. *Benenati* adducuntur pro varia lectione, πρῶτον μὲν ἀδελφιδοὶ δύο· εἶτα τῦ ἑτέρυ ἀδελφιδῦ υἱοὶ, vel υἱοὶ δυο. Vbi pro ἀδελφιδῦ *Wolfius* coniectauit ἀδελφῦ. TAYLOR.

11. ταῦτα.] Potius ταὐτὰ cum marg. *Benenati*. TAYLOR.

16. προσθέμενοι.] Recte, non, vt *Aldus* cum *Pariſienſibus*, προθέμενοι. TAYLOR.

18. τὺς ἐννέα ἄρχοντας.] Wolfius *ſexuiros*. Male. TAYLOR.

I. TAYLORI
PRAEFATIO
AD
ORATIONEM DEMOSTHENIS
CONTRA THEOCRINEM.

A plurimis iudicatur haec Oratio *contra Theocrinem* non a *Demoſthene*, verum a *Dinarcho* fuiſſe conſcripta. Vti vides in Argumento. *Harpocratio* in v. Ἀγραφίυ· — διδάσκυσι τῦθ᾽ ὕτως ἔχειν Δημοσθένης τε

νης τε καὶ Δείναρχος (Reſcribes Δημοσθένης τε, ἢ Δείναρχος) ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνȣ, κ. τ. λ. Iterumque in Θεοκρίνης. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος λοιδορȣ́μενος Αἰσχίνῃ φησὶ, τραγικὸς Θεοκρίνης. βȣ́λεται δὲ λέγειν αὐτὸν συκοφάντην, ἐπειδὴ ὁ Θεοκρίνης τοιȣ̃τος, ὥς ἐςι δῆλον ἐκ τȣ̃ κατὰ Θεοκρίνȣ, εἴτε Δημοσθένȣς ἐςιν, εἴτε Δεινάρχȣ, ȣ̃τος ὁ λόγος. Paria habet *Apoſtol. Proverb.* XIX. 49. Porro *Dionyſius Halicarnaſſenſis Dinarcho* diſerte adtribuit, Edit. Hudſon. p. 186. in eo diuerſus a *Callimacho*, qui a *Demoſthene* ſcribi contendit. Quod ſane excidiſſe *Callimacho* valde miror, cum nonnulla dicuntur infra, ad Auctorem noſtrum ſpectantia, quae nemo de ſe lubens audiret dici, nedum ipſe literis conſignaret.

Videtur nonnullis hic eſſe Theocrines, ad quem adludit *Demoſthenes*, *Aeſchinem* aduerſarium exagitans. π. ςεφ. p. 329. 26. λαμπροφωνότατος, μνημονικώτατος, ὑποκριτὴς ἄριςος, τραγικος Θεοκρινης. Sit ita ſane! Verum quod haec poſtrema in Prouerbium abiere, vt *Eraſmus* opinatus eſt, id vehementer dubito. *Hieronymus* certe non iis adagialibus vſus eſt, ſed, ſi emendatiſſimis exemplaribus credendum eſt, ita ſcripſit: *Vbicunque viderint Chriſtianum, ſtatim illud de triuio:* ο Γραικος, ο επιθετης. Epiſt. XLVII. *ad Furiam, de Viduitate ſeruanda.*

Huius Orationis Actor fuit Epichares quidam, poſt Olymp. CIX. 1. TAYLOR.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD LIBANII ARGVMENTVM.

Pag. 1321. 5. φάσεις.] παρὰ τὸ πέφασμαι, πέφανσαι, πέφανται. Vnde φάσμα, φάνσις, (pro quo ſaepe φάσις, et apud *Laertium*, συκόφασις, ἀντὶ συκο-

συκοφαντίας) vnde ἀπόφανσις, συκοφάντης, ἱεροφάντης, ἀποφαντικὸς λόγος. WOLFIVS.

1321. 8. μη εξειναι λεγειν.] Hic inſerenda eſt *ſecunda* Lex, cuiusmodi fuerit: και δεύτερος, τον αλοντα κλοπης ιερων χρηματων ατιμον ειναι· και τρίτος. κ. τ. λ. WOLFIVS.

Ibid. Alia via aggreditur *Petitus LL. Attic.* pag. 464. legitque και δευτερος, τοῖς ὀφείλουσι μὴ ἐξεῖναι λέγειν. Eam quidem eſſe *ſecundam* legem, cenſent Viri praeclariſſimi, *Saluin.* et *Duker.* ad iſtum *Petiti* locum; verum parum neceſſe eſſe exiſtimarunt, vt iſtae leges eo rigore atque diſtinctione recenſerentur. Certiſſimum eſt, hoc non longe abeſſe a vero, idque euincit redditio ſententiae, v. 11. ſeq. Verum iſtos viros eruditos conſule: nam rem recte expoſuerunt. TAYLOR.

11. ἔδειξε.] Forte: ενεδειξε τον Θεοκρίνην λεγειν, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ, ἐκ τριῶν τούτων νομων. WOLFIVS.

Ibid. ἔδειξε.] Nonne ενεδειξε? IVRIN.

15. εὐθύναις.] Forte εν εὐθύναις, et [v. 17.] εἰς ἐλευθερίαν. [Aberat enim ab omnibus.] WOLFIVS.

WOLFII ET TAYLORI
ANNOTATA
AD ORATIONEM IN THEOCRINEM.

Ενδειξις.] Suidas: Ενδεικνύναι τὸ καταγγέλλειν τινὰ κακουργοῦντα περὶ τὰ κοινὰ, τὸν κακῶς λέγοντα τοὺς τεθνεῶτας ἀδίκως. και Ενδειξις, δίκη, ἐάν τις ἄτιμος ὢν ἢ ὠφληκὼς τῷ δημοσίῳ, και μὴ ἐκτετικὼς ἄρχειν ἢ δικάζειν ἐπιχειροίη, ἢ ἀντιποιοῖτο πράξεων, ἢ τόπων ἀπηγορευμένων ἐν τοῖς νόμοις. οἷον ὁ ἡταιρηκὼς τῆς ἀγορᾶς και τοῦ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ. WOLFIVS.

1322. 6. ὑπολογισάμενος.] Lego υπολογισαμενον. TAYLOR.

1322. 10. διὰ τὸ τὸν πατέρα ζῆν.] Mortuo enim parente, filius fit haeres eius debiti, eoque inſoluto, ignominiae etiam, quae ſequitur. Infra 1326. vlt. ὀφείλοντος αὐτῷ τοῦ πάππου πάλαι, καὶ τοῦ νόμου κελεύοντος κληρονομεῖν τοῦτον τῶν ἐκείνου. Et 1340. 18. πότε γάρ με καὶ δεῖ βοηθεῖν αὐτῷ; οὐχ ὅταν ἡ μὲν τιμωρία κατὰ τοὺς νόμους ᾖ; Dixit *Demoſthenes c. Androt.* 603. pen. οὐκ ἐξὸν γέγραφας. κληρονόμον γάρ σε καθίστησιν ὁ νόμος τῆς ἀτιμίας τῆς τοῦ πατρός· ὄντι δ᾽ ἀτίμῳ σοι λέγειν οὐ προσῆκεν, οὐδὲ γράφειν. Legem diſertiſſime ſcriptam habes: Νόμος γὰρ ἦν, εἴ τις ὀφείλων πρὸ τῆς ἐκτίσεως τελευτήσει, τοὺς παῖδας ἀποδιδόναι τὸ ὄφλημα· εἰ δὲ μή, καὶ αὐτοὺς ἀτίμους εἶναι, ἕως ἂν ἀποδῶσι. Haec dedit *Vlpianus* ad illa *Demoſth. c. Timocrat.* 762. 26. μέλλων κληρονομήσειν τῆς ἀτιμίας, ἂν ἐκεῖνός τι πάθοι. TAYLOR.

1323. 13. Φασις.] Dele. Sedem hic habere nequit: infra autem 1324. 7. TAYLOR.

14. ἔτος.] Reſtitui eam vocem ex auctoritate Cod. *Aug.* et Edit. *Lutecianae.* TAYLOR.

24. τῷ φήναντι etc.] Forte: τῷ φήναντα (ἐπειδὴ ἔφηνε) Μίκωνα Κολλυτέα, μὴ ἐπεξελθεῖν. Sed cum Χολλίδης ſaepius occurrat, nihil eſt, quod in Κολλυτέα vertamus. WOLFIVS.

Ibid. Recte *Wolfius* in priori cauſa, inuitis omnibus libris cuſis. Auctoritatem ſuam addidit marg. *Morelii.* τῷ φήσαντι Cod. *Auguſt.* Quid hominem impulit ad poſteriorem illam, petulantem ſane, Criſin, ego prorſus diuinare nequeo. TAYLOR.

1324. 8. προσκαλεσάμενος.] In margine *Benenati* προκαλεσάμενος. Quas voces cum ſaepe miſceri video, id non vitio, aut ἀκυρολογίᾳ elegantiſſimae Gentis, quae ſermonem adcuratum ſemper adfectabat, tribuere ſoleo, verum librariorum imperitiae vel feſtinationi, qui eorum monumenta deſcripſere. Nonnulli ſunt,

li ſunt, et in iſto numero doctiſſimum *Budaeum* video, quos quaſi pertaeſos tantae ἀκριβείας omnem omnino diſtinctionem plane tollere velle ſentio. Sed non ita eſt: Non. Πρόσκλησις eſt *in Ius vocatio*, *Litis Denunciatio*, Actionis principium et fundamentum. Ita Romani ICti, *in ius ad Praetorem vocare*, *clamare.* Vid. l. 3. C. de annali except. *Ex quacunque cauſa* ad Praetorem, *vel alios*, *qui iurisdictioni praeſunt*, *in ius* vocatus *venire debet.* l. 2. D. Si quis in ius vocatus. Atque ita vulgus quoque noſtrum loqui ſolet. Πρόκλησις eſt quaedam quaſi *Conuentio*, Actus extraiudicialis, *Prouocatio* quaedam, ſiue *Inuitatio;* veluti ſolet fieri, vbi quis aduerſarium ſuum ad Arbitros potius inuitat, quam apud Iudicem ſiſtit, Ciuem ad teſtimonium dicendum, aut Seruum alienum ad quaeſtionem poſtulat. Ideoque *probantis* eſt potius, quam *in ius vocantis:* itaque προσεκάλεσαν ad litem inſtituendam, προεκάλεσαν autem ad finiendam, dirimendamue. Haec omnia exemplis probabo; Tu fac attento ſis animo. *Demoſth.* c. Pantaenet. p. 969. vlt. Προκαλουνται πρόκλησιν ἡμᾶς, ὡς ου δεξομενους, ἢ κομίσασθαι πάντα τὰ χρήματα παρ᾽ αὐτῶν καὶ ἀπελθεῖν, ἢ διαλῦσαι σφᾶς, ὑπὲρ ὧν ἐνεκάλουν. In arbitrio itaque litigantium, non in iure conſtitit. Pergo. *Demoſth.* c. Steph. ψευδομαρτ. 1106. 6. Οἶμαι γὰρ ἅπαντας ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι, ὅσα μη δυνατον προς υμας αγαγειν ἐστι τῶν πεπραγμένων, τούτων προκλησεις εὑρέθησαν· οἷον, βασανίζειν οὐκ ἔστιν ἐναντίον ὑμῶν· ἀνάγκη τούτου πρόκλησιν εἶναι. οἷον, εἴ τι πέπρακται καὶ γέγονεν ἔξω που τῆς χώρας, ἀνάγκη καὶ τούτου πρόκλησιν εἶναι, πλὴν ἢ βαδίζειν, οὗ τὸ πρᾶγμα ἐπράχθη, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. Suidas: Προσκλησεις, πρὸς ἃς καλεῖ τις εἰς δικαστήριον ἢ βουλὴν κλητῆρας ἔχων· Προκλησις δὲ χωρὶς τοῦ σ, καὶ προκαλεῖσθαι ἐπὶ διαιτητήν. Pollux L. VIII. C. VI. §. 62. Πρόσκλησις ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀμφισβη-

τούντων

τέντων — ὁ γὰρ ἀμφισβητῶν προσκαλεῖται τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν ἄρχοντα — Πρόκλησις δέ ἐστι λύσις τῆς δίκης ἐπί τινι ὡρισμένῳ, ὅρκῳ, ἢ μαρτυρίᾳ, ἢ βασάνῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ. Occurrit Formula Προκλήσεως in Orat. c. *Neaeram* iuxta finem, p. 1387. 13. Hi igitur ſint vocabulorum iſtorum termini ſacri; atque, hac oratione mea duce, reſcribes ſemper, vel volentibus, vel etiam inuitis MStis, prout haec legitima et perennis diſtinctio poſtulabit. Verbi gratia, παρακλήσει c. *Aphob.* p. 829. vlt. non erit cum Codd. προσκλήσει, ſed mecum προκλήσει. Viciſſim προσκαλοῦμαι c. *Aphob.* ψευδομαρτ. p. 850. 13. erit προκαλοῦμαι, opem ferentibus membranis. Et ſimiliter in locis innumeris. Haec autem fuſius perſequenda, vbi de Rep. Athenienſi liberius diſſeruero. TAYLOR. [v. Suid et Harpocr. v. πρόκλησις et πρόσκλησις. Salmaſ. ad Ius Attic. extrem. Idem ad Achill. Tat. Herald. Animadu. L. VI. c. pen. Petit. LL. Att. p. 440. 441. Pollux. Demoſth. pro Corona et contra Pantaenet. c. Neaeram ſaepius, n. 94. ed. Lutet. c. Theocr. n. 11. 17. 43. 48. 51. ed. Lut. c. Aphob. A. 75. c. Aphob. ψευδομ. 27. Wolf. ad Macart. p. 1368. col. 2. Index ad Lyſiam. Demoſth. c. Boeotum n. 22. c. Macart. n. 19. 20. 21. omnino 109. 121. c. Euerg. 36. 37. 64. c. Olymp. n. 39. adu. Callippum n. 24. 40. Valeſ. ad Harpocr. p. 161. 163. Dem. adu. Eubul. p. 1303. 5. pro Phorm. n. 5. 10. προκαλ. — κλητεύειν εἰς δίκην. π. Στεφ. n. 269. ed. Lutet. Not. ad Lycurgi §. 9. Lyſias bis wrong. TAYLOR in ſchedis.]

1324. 9. ἐπιμελητῶν.] De his conſule *Petitum LL. Attic.* pag. 511. *Valeſ.* ad *Harpocrat.* p. 70. *Meurſ.* in *Piraeo* C. V. et *Attic. Lect.* I. 19. TAYLOR.

12. διαγραφέντων.] [Nam vulgo ita editur] Lege διαγραφόντων. Τῶν ἀρχόντων διαγραφόντων, τουτέστιν ἀναιρούντων τὴν ἔνδειξιν, καὶ καλούντων αὐτὸν εἰς

τὴν

τὴν ἔνδειξιν, καὶ καλούντων αὐτὸν εἰς τὴν ἀνάκρισιν (quam ſecuta eſt, vt apparet, ἡ ἀναίρεσις) τῆς φάσεως. Suidas: Διαγραφὴ δίκης, ὅταν ἀπαλλαγῇ τȣ̃ ἐγκλήματος ὁ φεύγων, ἢ κατὰ συγχώρησιν τȣ̃ διώκοντος, ἢ κατὰ διάγνωσιν τῶν δικαςῶν, καὶ μηκέτι παρὰ μηδενὸς ἐγκαλῆται. Idem: Ανάκρισις, ἐξέτασις ὑφ' ἑκάςης ἀρχῆς γινομένη πρὸ τῶν δικῶν περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα· ἐξετάζȣσι δὲ καὶ εἰ ὅλως εἰσάγειν χρὴ ταύτας. Locus eſt ſane dubius. Verti: *recenſentibus praetoribus.* Pro quo reponas licet: *indicationem tollentibus.* WOLFIVS.

1324. 12. Lege cum MSto *Aug.* εἴασε διαγραφῆναι, καλȣ́ντων αὐτὸν εἰς τὴν ἀνάκρισιν τῶν ἀρχόντων. Iam locus *non* amplius erit *dubius*, et quae adduxit noſter *Wolfius* ad exponendum, quid ſit Διαγραφὴ, quid Ανάκρισις, locum habebunt optimum. *Iacuit diutius ante concilium ea Indicatio, donec ille argento accepto ſiuerit eam induci, antiquari, e rotulis expungi, vocantibus eum (ſed fruſtra) ad quaeſtionem de cauſa introducenda, ſiue conſiſtenda, Iudicibus, qui iſti rei praeerant.* Vide omnino *Valeſ.* ad *Harpocrat.* p. 10. et 41. infra ad v. 23. TAYLOR.

16. ἐγκειμένην.] Ita Editi nonnulli. Sed corrigendum eſt εκκειμενην, vt modo εξεκειτο, v. 10. et 22. Infra, p. 1330. 4. in loco parili, τῶν ἰδόντων εκκειμενην τὴν φάσιν. Noſter *c. Midiam*, 548. 2. ἵνα εκκεοιτο πρὸ τῶν Επωνύμων, καὶ πάντες ὁρῶεν, Εὐκτήμων Λȣσιεὺς ἐγράψατο Δημοσθένην Παιανιέα λειποταξίȣ. TAYLOR.

23. ἀνάκρισιν.] Recte *Budaeus* haec vertit: *ad iudicii conſtitutionem, cauſaeque exordium.* Vide ſupra ad v. 12. Ea mente ſcripſit *A. Gellius* V. 10. *Et cum ad iudices* coniiciendae conſiſtendaeque Cauſae *gratia veniſſent, tum Protagoras ſic exorſus eſt* etc. Non eſt Iudicium ipſum, ſed ipſius praeparatorium, vbi quaeritur περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα, vtrum cauſa inſtituen-

inſtituenda ſit, necne. Οὐ πάσας δίκας, inquit *Suidas*, κελεύουσιν οἱ νόμοι εἰσάγεσθαι, ἀλλ' ὁ φεύγων ἀντιλέγῃ, καὶ παραγράφηται, λέγων εἰσαγώγιμον μὴ εἶναι αὐτὴν, πρότερον ἐπὶ τούτῳ γίνεται κρίσις, ἥτις δίκης ανάκρισις λέγεται. TAYLOR.

1324. 24. ἐπῆλθεν.] Repone, Cod. *Aug.* fideiuſſore επεξῆλθεν. Ita in *Argumento*, p. 1321. 14. φῆναι μὲν αὐτὸν λέγει, οὐκ επεξελθεῖν δέ. Et, Oratione ineunte, 1323. 9. φαινόντων καὶ οὐκ επεξιόντων. Infra 1329. 26. ὅδε Θεοκρίνης οὑτοσὶ τὴν φάσιν οὐκ ἐπεξῆλθε. et 1333. 21. ἵνα Δημοσθένει μὴ επεξέλθῃ τὴν γραφὴν, ἣν ἐγράψατο αὐτόν. Verte autem: *eum non paruiſſe, neque litem intendiſſe.* TAYLOR.

1325. 4. ἀθώους εἶναι.] τοὺς ἀδικοῦντας τῶν ἐμπόρων τινὰ, ἀθώους εἶναι, marg. *Morelii.* Verum omnino extra id, quod res eſt. Et optime mentem Auctoris repraeſentauit eius fidiſſimus Interpres: *neque delinquentes eſſe indemnes, neque inſontes vexari.* TAYLOR.

Ibid. μήτε τοὺς ἄλλους.] Alii μήτε καὶ ἄλλους. Forte: μήτε τηναλλως πράγματ' ἔχειν, τουτέστι, μάτην ἐνοχλεῖσθαι. WOLFIVS.

Ibid. Reſtitue omnino antiquam lectionem, quam adeo inconſiderate exterminauit *Wolfius.* Miror, hominem, qui tam bene verterit, tam infeliciter hariolari. TAYLOR.

5. τοῖς τοιούτοις.] Forte τοὺς τοιούτους. ἁπλῶς ἀπεῖπε ſc. μὴ φαίνειν τοὺς τοιούτους. Et recte ſatis Interpres. TAYLOR.

6. τὰ γεγενημένα.] Forte ταῦτα γεγενημένα. Et [v. 20.] τοὺς ναυκλήρους, τὸν νόμον. Τὸ καὶ παρέλκει. WOLFIVS. Recte hoc quidem. TAYLOR.

9. ἔνδειξιν — ἀπαγωγήν.] Vide *Salmaſ. de M. V.* pag. 781. 782. *Herald. Animadu.* L. IV. C. IX. §. 9. ſeq. TAYLOR.

1325. 13. οὐκοῦν εἰ μέν τι πεποιηκότα τούτων, ὧν ἔγραψεν ἐν τῇ φάσει Θεοκρίνης πεποιηκέναι τὸν Μίκωνα, καθυφῆκε τὸ πρᾶγμα.] Vix ſanam crediderim conſtructionem, niſi et lectione et interpunctione hunc in modum correcta: οὐκοῦν εἰ μέν τι πεποιηκότος τούτων, ὧν ἔγραψεν ἐν τῇ φάσει Θεοκρίνης πεποιηκέναι, τοῦ Μίκωνος, καθυφῆκε τὸ πρᾶγμα. Nolim vero contendere, ſi velis retinere πεποιηκέναι τὸν Μίκωνα. IVRIN.

15. Μίκωνα.] Μίκωνα φήνας, καθυφῆκε κ. τ. λ. Imperfecta eſt enim alioquin conſtructio. *delato Micone praeuaricatus eſt.* WOLFIVS.

Ibid. Omnino erit aliquid iſtiusmodi. Labat enim Sententia. Diu ſuſpicabar, πεποιηκότα — τὸν Μίκωνα abſolute dici, vt ſolent aliquando Graeci Scriptores. TAYLOR.

21. καὶ τὸν νόμον.] Dele καί. IVRIN.

25. πράττοντα.] Ferri poteſt, ſed quia ſequitur διαλυσάμενος, quid ſi πράττων legas? WOLFIVS.

Ibid. Verte: *Quis, neglecto beneficio Legis, quae ei dimidium bonorum aſſignat recte peragenti, paruum lucellum malit rem tranſigendo?* Mox, v. 27. καὶ τοῦτο *Ald.* haud male. Et deinde, ibid. καταστήσας Cod. *Aug.* TAYLOR.

1326. 15. ὀλίγων.] Ita impreſſi omnes praeter *Morelianum*, qui clare habet ολιγον. Eam lectionem defendit Scholiaſtes: Ὀλίγον φροντίσειεν.] τοῦτ᾽ ἔστιν ὀλιγωρήσειεν. Et recte ſane. Delendum eſt ergo τὸ ἢ poſt φροντίσειεν, nempe, ἀνθρώπων τῶν τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου πλεόντων. *Curabit iſte ſcilicet eos homines, qui maximam aetatis partem in nauigando conterunt!* Inter quos et τοὺς παρόντας φυλέτας vtilis eſt diſtinctio. TAYLOR.

21. βιαζόμενος.] Repone τούτους βιαζόμενος, ad ſuſtentandam Grammaticam, quae viſa eſt laborare.

Aut

Aut hoc pacto demum: τȣ̀ς νόμȣς, ους ἀκριβῶς ᾔδει — βιαζόμενος. TAYLOR.

1327. 2. γράφεται.] Ita marg. *Benenati*. εγράφετο *Aug.* εγγραφεται Editi. Forte εἰ[γὰρ — προσῆκον αὐτῷ μηδὲ πάλαι γράφεσθαι, ετι[γραφεται. TAYLOR.

7. τοῖς βȣλομένοις.] Melius καὶ τοῖς βȣλομένοις, vt recte ſe habent Editiones ſuperiores. TAYLOR.

17. ἐπῄνεσατ'.] επαινεσαιτ'. IVRIN.

Ibid. ἢ τȣ̃τον.] Deeſſe aliquid poſt hanc vocem omnino arbitror: Πολὺ — Λεοντίδας — ἐπῄνεσατ' ἂν μᾶλλον, ἢ τȣ̃τον * * *. Vel fortaſſe poſt λαβεῖν ſupra v. 14. Nam quae ibi ſequuntur, ex abrupto omnino ſequi videntur. TAYLOR.

26. ὀφείλει.] Scribe, vt alii, ὡς ȣ̓δὲν μὲν ἧττον (οἶμαι) Θεοκρίνης ὀφείλει, vel, vt alii demum, ὡς ȣ̓δὲν μὲν ἧττον οἶμαι Θεοκρινην οφειλειν. TAYLOR.

1328. 4. αὐτȣ̀ς.] Lege αὑτȣ̀ς. i. e. *ſe inuicem*. In Oratione proxima, *c. Neaeram*, p. 1360. 20. ἐὰν δὲ καὶ ἄλλως πως αλληλȣς πείθωσι. TAYLOR.

19. ὁμολογήσειν.] Forte ὁμολογήσειν ὑμῖν ὀφείλειν. Υμῶν τῷ δημοσίῳ, aut ὑμῖν καὶ τῷ δημοσίῳ minus placent. WOLFIVS.

24. ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν.] Dele praepoſitionem. Ita *c. Ariſtogit.* 792. pen. οἱ τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς ἁλισκόμενοι. TAYLOR.

1329. 4. ὑπὸ λόγον.] υπολογον marg. *Benenati*. Et, melius adhuc, υπολοιπον, MS. *Auguſtanus*. TAYL.

22. τῶν αὐτῶν τȣ́των μετέχοντες.] Forte τῶν αὐτῶν τȣτω μ. WOLFIVS.

Ibid. Similiter ſcribit Cod. *Aug*. ſine dubio recte. Mox, v. 23. adde ex marg. *Benenati*, ἡμᾶς, τȣς κατὰ τȣ̀ς νόμȣς ὀμ. δικ. TAYLOR.

25. μεμαρτυρηκότος.] Verte haec: *Quid? Num poſtulatis, vt — nos — contra leges decernamus: Cum*

Mico

Mico teſtimonium perhibuit —? Cum Scriba confeſſus ſit —? Caetera. TAYLOR.

1329. 25. ἡμῖν.] Perperam haec *Wolfius*; nec enim haec accipienda ſunt, quaſi Orator iudices alloquatur, ſed quaſi iudices patronis Theocrinis reſpondeant. IVRIN.

27. πεποιηκότος αὐτὸν τέτοις ὑπόδικον.] πότερον τοῖς ὑπ' ἐμȣ̃ λεγομένοις, ἢ τοῖς δικαςαῖς; WOLFIVS.

Ibid. Magnus ſane eſt error, quem hic errauit *Wolfius*. Res ita ſe habet, contra ac ille opinatur. Quanquam improbauit maxime Iurisprudentia Attica *de auditione*, vt dicitur, *teſtimonium*, ȣ̓δὲ μαρτυρεῖν ἀκοὴν ἐῶσιν οἱ νόμοι, ait *Demoſthenes* in Orat. *c. Eubul.* p. 1300. 16. ȣ̓δ' ἐπὶ τοῖς φαύλοις πάνυ ἐγκλήμασι, verumtamen erat in ea Gente Ἐκμαρτυρία, quae diceretur. Id vocabuli expedient Grammatici. Nempe vbi ille, qui alicuius rei αὐτόπτης fuerit, vel 1) ſupremum diem obierit, vel 2) peregre abeſſet, vel 3) morbo ſontico laboraret, ibi aliena fide neceſſe erat agere; atque admiſſae Tabulae non *ſcientiae*, ſed *auditionis*. Admiſſae nempe, in quantum valere aut poterant, aut deberent. Pene erat, vt huiusmodi eſſet teſtimonium Miconis: qui, cum ad mercaturam animum adplicuit, pluſculum aetatis (1326. 16.) peregre contriuit. Id tamen eſt ſecus. Ille enim, dum forte fortuna aderat domi, ſciens prudensque teſtimonium dixit, iureiurando praeſens confirmauit, ſeque obnoxium iis actionibus fecit, quae in malae fidei teſtes inſtituuntur. TAYLOR. [v. Schol. ad Aeſchin. π. π. p. 30, 32. ed. Steph. TAYLOR in ſchedis.]

vlt. καὶ πεποιηκυίας.] Cod. *Auguſtanus* habet: καὶ πεποιηκοτος καὶ τουτου δια της μαρτυριας κ. τ. λ. Quo ſane admiſſo, iterum corrigas αὐτὸν ὑπόδικον. Sed vulgata arbitror ſatis bene ſe habere. TAYLOR.

1330. 6. ὀλίγον πρότερον.] ὀλιγου πρότερον. IVRIN.

17. ἐπιχειροτονιῶν.] Neglexit id *Wolfius* inter interpretandum. Nimirum commode vertendi ſpem omnem abiecit. Repone cum *Aug.* ἐπιχειροτονιῶν ουσων, *cum ſuffragia celebrarentur, in tempore ſuffragandi, die ſuffragationis.* TAYLOR.

19. καὶ ἱκετευόντων.] Reſtitui coniunctionem ex Editt. *Ald.* et *Lutec.* TAYLOR.

1331. 1. ὥςε ζητῆσαι.] *Aug.* ὡς ἀναζητησας etc. Recte hoc quidem. *Talem ſe erga fratrem praebuit modo funeratum, vt,* poſtquam *reos iſtius caedis* inueſtigauerit, *et tandem* explorauerit, *vbi eſſent, argento accepto dimiſerit.* TAYLOR.

8. προσκαλεῖσθαι.] Omnino. In Editt. *Ald.* et *Par.* erat προκαλεῖσθαι. Vide, quae modo adtulimus ad 1324. 8. TAYLOR.

15. δευτέρους etc.] *Se dicet, cum a domeſtica caritate receſſerit, neminem vobis habere cariorem.* WOLFIVS.

20. ἐπιβουλευόμενος.] Vel ἐπιβεβουλευμενος potius, quo modo ſcribitur in *Auguſtano* optimo. TAYLOR.

21. σίτησιν.] Haec explanabit *Valeſius* ad *Harpocrat.* pag. 171. TAYLOR.

1332. 13. τὴν πρώτην.] Non intelligo *primam* et *ſecundam* λῆξιν. Neque de iis verba faciunt, quibus hoc negotii datur. Forte cum Editis (nam vnde hanc lectionem adripuerit *Wolfius*, nondum inueſtigare potui) δίδωσι προς την λῆξιν, *dicam ei ſcribit, et Mneſarchidae dat, vt hominem compellaret in iudicium.* TAYLOR.

14. παρέδρῳ.] Forte προεδρῳ, *praeſidi.* WOLF.

Ibid. Inaniter. Πάρεδροι ſunt Aſſeſſores, iuris ſcientia imbuti, additique iis magiſtratibus, qui, forte delecti ad munus aliquod publicum adminiſtrandum, id propter imperitiam, aut aliud vitium, plene exſequi non poterant. Ita noſter infra c. Neaer. p. 1372.

24. διὰ

24. διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν ἀκακίαν τὴν ἑαυτȣ̃, τȣ̃τον πάρεδρον ποιήσαιτο, ἵνα διοικήσῃ τὴν ἀρχήν. Ita etiam *c. Midiam* pag. 572. 9. Ἑτέρος ἀδικεῖν ποτ᾽ ἔδοξεν — καὶ κατεχειροτονήσατ᾽ αὐτȣ̃ παρεδρεύοντος ἄρχοντι τῷ υἱεῖ. Harpocr. in v. Πολύ ἐςι τȣ̆νομα παρά τε τοῖς ῥήτορσι, καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ. Ἀριςοτέλης δ᾽ ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησί· λαμβάνȣσι δὲ παρέδρȣς ὅ τε Ἄρχων καὶ ὁ Πολέμαρχος, δύο ἑκάτεροι, ȣ̃ς ἂν βȣ́ληται· καὶ ȣ̃τοι δοκιμάζονται ἐν τῷ δικαςηρίῳ, πρὶν παρεδρεύειν, καὶ εὐθύνας διδόασιν, ἐπὰν παρεδρεύωσιν. Adde *Biſet.* ad *Ariſtoph. Au.* 1751. *Sigon. de Rep. Athen.* IV. 3. *Poll.* L. VIII. C. IX. §. 92. TAYLOR.

1332. vlt. ἀνείλετο.] Reſcribe: Ὅτι — Θεοκρίνης — τὴν γραφὴν αν ἀνείλετο. TAYLOR.

1333. 2. πολλὰς ἑτέρας.] Lege πολλους ετερους. Conſtare quidem potuit, ſi ſolummodo dixiſſet γραψάμενος, ſc. γραφάς: at cum προσκαλεσάμενος quoque adiecit, neceſſe eſt, vt *perſonas* intelligamus, quibus vtrumque congruit. TAYLOR.

11. τρὶ ἡμιμναῖα.] δύο μναῖ καὶ ἡμίσεια, vt in *Androtioniana*, [p. 598. 24.] πένθ᾽ ἡμιτάλαντα. WOLF.

Ibid. Falſa haec. Intellige omnino *vnam minam cum ſemiſſe.* Vide *Caſaubon. ad Theophraſt.* C. 6. et quae nos adnotauimus ad Orat. *c. Androt.* 598. 24. et ad *Marmor Sanduicenſe* pag. 32. TAYLOR.

17. ἀξιῶσαι.] Vel αξιωσειε. TAYLOR.

Ibid. τȣ̃τον.] Plenius et melius *Aug.* τȣ̃τον παρα τȣτων ἥδιςα λαμβάνειν. TAYLOR.

vlt. διότι etc.] ὅτι Θεοκρίνης ἐγράψατο ψήφισμα ὑπὲρ τȣ̃ ἀποκρȣ́σασθαι τὴν ἔνδειξιν. WOLFIVS.

1334. 7. τȣ̀ς γὰρ ἐνίȣς.] [Vti o. l. tam ſcripti, quam impreſſi] Apparet legendum τȣ̀ς γὰρ Τενεδίȣς. Sic et poſt [v. 15.] διδόναι τȣ̀ς Τενεδίȣς, ὅσην συνεχώρησαν. Supra enim [p. 1333. 13.] aperte ſcriptum eſt,

 ὑπὲρ

ὑπὲρ τȣ͂ ψηφίσματος, ὃ Αὐτομέδων ἔγραψε τοῖς Τενεδίοις. WOLFIVS.

1334. 7. Apparet quidem, lectionem vtrobique, tam hic, quam infra v. 15. eſſe deprauatam. Verum non protinus arbitror, reſcribi oportere, vti ille reſcripſit. Quod enim adduxit ex loco ſuperiori ad fidem faciendam, de alia prorſus re intelligi poteſt, et nihil adtinere ad praeſens inſtitutum. Aio, nihil videri eſſe commune inter decretum, quod ſcripſit Automedo in gratiam Tenediorum, et eam hiſtoriam, quae hoc commate continetur. Suſpicor potius, pro ενιȣς ſcribendum eſſe Αινιȣς. Nam cum iſta ciuitate rem habuerunt Athenienſes: et litera E cum diphthongo AI in noſtris Codd. ſaepiſſime commiſcetur. Neque aliter fieri potuit, cum per plurima ſaecula, in quibus enituit Calligraphia, ne ſono quidem diſtarent. Non diſſimulabo porro, exemplar *Auguſtanum* 1339. 21. pro Μηλιȣς exhibere Τηνιȣς. Quae forte vox vtroque loco admitti debet. Sed in re adeo incerta quidnam certi adferri poteſt? TAYLOR.

1335. 5. πλύνοντας.] Praeter Lexicographos et σχ. ad locum, conſule *Brodaeum Miſcell.* apud *Gruterum* IV. 32. Statim autem, emendabis αὐτȣ̀ς, *conuiciari ſe inuicem.* TAYLOR.

7. ἐνδικάζοντας.] *Harpocratio* et *Suidas* citantes hunc locum habent ἐνδεκάζοντας, ἐνεορτάζοντας, τὴν δεκάτην ἐν τῷ αὐτῷ ἄγοντας. Felicianus edidit συνενδεκατίζοντας. Vnde colligo, legendum συνενδεκατίζοντας. [Fortaſſe dicere voluit συνδεκατίζοντας] Τὸ σὺν mutatum eſt in εν, et δε in δι, et ſyllaba τι omiſſa, cum imperitus aliquis putaret, eos vel inter ſeſe patrocinari alios aliis, vel easdem cauſas defendere. Τὸ συνενδεκατίζειν, ἀντὶ τȣ͂ ὁμȣ͂ τῶν ἕνδεκα εἶναι, καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγειν, non placet. Itaque repudio illud, *collegas eosdem eſſe in XIuiratu.* WOLF.

1335. 7.

1335. 7. Ita nempe olim interpretatus eſt noſter in ea verſione, quam excudit *Oporinus.* Recte autem hic legit συνδεκατιζοντας, vti inter alias varias lectiones reperitur in marg. *Lutec.* adiecto etiam hoc ſcholiolo: τουτέστιν ἅμα τὴν δεκάτην ἑστιωμένους. Vide omnino Cel. *Kuſterum* ad *Suid.* v. Ενδεκάζοντας. TAYLOR.

10. τούτοις.] Vel potius ταύταις, vt recte Cod. *Aug.* nimirum προφάσεσι. Quae quidem vox non bene redditur a *Wolfio.* TAYLOR.

15. εἰ μὴ Δημ.] Vide, vt Demoſthenem Demoſthenes accuſat! WOLFIVS

27. τοῦθ᾽ ὅτ᾽ ἐστὶν ἀληθές.] Ita quatuor exemplaria typis cuſa. *Wolfius* incuria, conſilio enim non potuit, neglexit vocem ſecundam. TAYLOR.

1336. 2. ἀλλὰ μεῖζον.] Recte fortaſſe *Wolfius.* Vulgabatur enim in omnibus: οὐ μὴν ἔλαττόν γε τούτου σημεῖον ὑμῖν ἄλλο μεῖζον παρασχήσομαι. TAYLOR.

12. ἀνθυπωμόσατο.] Eſt iusiurandum, quod interponitur contra eum, qui dato ſacramento, ὑπωμοσία, cauſae dilationem impetrat, propter alicuius vel abſentiam, vel morbum ſonticum, etc. Ὑπωμοσία, τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην, προφάσει χρώμενον ἀποδημίας, ἢ νόσῳ, ἤ τινι τῶν παραπλησίων, μεθ᾽ ὅρκου, οὕτως ἐλέγετο· καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο, ὑπόμνυσθαι. Ita Grammatici, qui illud alterum negligunt, quod tamen ex hoc loco plene colligitur, vti et ex illo quoque *c. Olympiodorum*, 1174. 5. ἐπειδὴ δὲ ἐκάλει ὁ ἄρχων εἰς τὸ δικαστήριον ἅπαντας τοὺς ἀμφισβητοῦντας κατὰ τὸν νόμον, ὑπωμοσάμεθα ἡμεῖς τουτονὶ Ὀλυμπιόδωρον δημοσίᾳ ἀπεῖναι στρατευόμενον· ὑπομοθέντος δὲ τούτου, ἀνθυπωμόσαντο οἱ ἀντίδικοι, caetera. TAYLOR.

vlt. ἐπειδὰν εἴ τις.] Lego ἐπειδὰν τις. WOLFIVS. Ita marg. *Benenati:* atque etiam (quod ſane praeſtat) τοὺς τὰ παράνομα γράφοντας, εἴ τις ἐν τῷ δήμῳ etc. TAYLOR.

1337. 3. *γράφεσθαι, φαίνειν, ἐνδεικνύναι.*] *publice accuſare, deferre, indicare.* His verbis vti mihi potius vt liceat, impetratum velim ab aequis lectoribus, quam ea, quae abhorrent a formula Romanae conſuetudinis, praetermittere. Quo quid factu eſt facilius? Illud difficile, *Demoſthenis* et *Aeſchinis* orationes ita exprimere, virtutibus vtentem illorum omnibus, id eſt, ſententiis et earum figuris et rerum ordine, verba perſequentem eatenus, vt ea non abhorreant a more Romano: quae ſi e Graecis omnia conuerſa non erunt, tamen vt generis eiusdem ſint, elaborare. At *Ciceronem* haec praeſtitiſſe non dubito, aduerſarias orationes ſi conuertit: qui vero poſt *Aretinum* et me idem conati ſunt, hi eos ſe praebuiſſe videntur, vt nosmet noſtri poenitere minime debeat. WOLFIVS.

9. *κωλύειν ἂν τέλος κ. τ. λ.*] Corruptus haud dubie locus: qui quemadmodum ſit reſtituendus, viderit Apollo, aut Oedipus. Mihi coniectura mea non ſatisfacit, etiamſi legam: *ἵνα μὴ πάντες ταυτὸ ποιῶσι, ne omnes idem faciant.* Verti olim: *ne id decretum, quo ea poteſtas detur omnibus, ratum fieret.* Nec adhuc quicquam inuenio, non dico melius, (bonum enim hoc non eſt) ſed minus malum. WOLFIVS.

Ibid. Cod. quidem *Aug.* ita, vt homo diuinauit, *ἵνα μὴ πάντες* etc. Sed hoc locum nondum expedit. Mihi videor videre, ſcholion aliquod, vel lectionis varietatem, in textum irrepſiſſe, atque has dediſſe turbas: *ἑτέρου μὲν γράψαντος — γραφὴν ἀπενεγκόντα.* Et: *κωλύειν ἂν τέλος ἔχειν — κωλύειν τὸ πρᾶγμα.* Sententiam ſane Scriptoris, ſi verborum onere leuares, non admodum eſt difficile expiſcari. Sed in ea re ſilent Codices, quod in iis ſalebris nollem. TAYLOR.

1337. 11.

1337. 11. παραγραψάμενος.] [Vti impreſſi a *Felic. Manut.* et *Morelio.*] Lege παραγραψαμενον, vt ἀπενεγκόντα. WOLFIVS.

18. φροντίζειν — ἀξιῶν.] [Ita Editi] Διέξεισιν, ἀντὶ τοῦ διηγήσεται, non poteſt coniungi cum φροντίζειν. Quid ergo ſi legas: τῶν νόμων μηδὲν φροντίζει, ἀλλ᾽ ἀξιοῖ? WOLFIVS.

25. ἐπιγεγραμμένοι.] F. ἀναγεγραμμένοι, ἢ εγγεγραμμενοι. WOLFIVS.

Ibid. Recte hoc. Et ita nos quoque olim corrigendum eſſe duximus. Vide ad *Ariſtogitonianas*, 771. 6. TAYLOR.

vlt. ὀφείλῃ.] Lego οφλῃ, τουτέστι καταγνωσθῇ. Sic et paulo poſt, denuo [1338. 6. 14.] Etſi ab *Obſopoeo* ſaepe notatum eſt, legi in vetuſto Codice ὀφείλειν pro ὄφλειν. WOLFIVS.

Ibid. Pigra ſane emendatio, *mouere* et nihil *promouere:* cum de mulcta aeque dicatur ὀφείλειν ac ὄφλειν. Licet certe in his locis, vbi legimus, οφειλειν [*debere*] ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἀφ᾽ ἧς ἂν οφειλῃ [*cauſa cadat*], video eum colorem orationis, qui probatiorem Auctorem minime deceret. Sed id vitium non tollitur emendatione *Wolfiana.* Vide 1328. 12. TAYL.

1338. 6. οφειλῃ.] *debuerit*, Wolfius. Nollem poſt ea, quae modo adnotauerat. Verte: *damnatus fuerit.* Modo v. 8. ſcripſit Cod. *Aug.* οτι κελεύει. TAYL.

8. ὃς ἀπαλείφειν — ἐγγεγραμμένους ἀπαλείφουσιν.] ὃς κελεύει τοὺς ἐγγεγραμμένους ἀπαλείφειν ἀπὸ τοῦ ὀφλήματος, καθότι ἂν ἐκτίνῃ, Sub. τις, aut, καθ᾽ ἑτέρωσιν ἀριθμοῦ, καθότι ἂν ἐκτίνωσιν οἱ ἐγγεγραμμένοι. Hoc ſic intelligo, vt, verbi gratia, cum X talenta deberet Ariſtogito, duobus ſolutis, exactores, illo praeſente, VIII pro X reponerent. Sed id, quod ſequitur, πῶς ἀπὸ τούτου μη ἐγγεγραμμένους ἀπαλείφουσιν, [Ita *Ald.* μηδ᾽ *Aug.*] videtur corruptum, et legen-

legendum πῶς καὶ τοῦ μὴ ἐγγεγραμμένου ἀπαλείφουσι. WOLFIVS.

1338. 9. καθ' ὅ, τι ἂν ἐκτίνῃ.] Incogitanter Wolfius: *ſi mulcta ſoluta fuerit.* Potius: *delere, in quantum ſoluerit*, vt bene explicat, licet infeliciter interpretetur. TAYLOR.

10. πῶς ἀπὸ τούτου ἐγγεγραμμένους ἀπαλείφουσιν.] Reuoca lectionem Edit. *Aldinae*, quam immerito damnat *Wolfius*, aliam ex ingenio ſuo recudens. Nimirum πῶς ἀπὸ τούτου μὴ ἐγγεγραμμένους —. Reus argumentum inſtituit ab abſurdo. Ait enim: *Lex iubet, in quantum quis ſoluerit, in tantum expungatur eius debitum a tabulis publicis. Hoc autem quid ad me ſpectat, cuius nomen in tabulis iſtis non exſtat? quo modo delebor ex ea cera, quam nunquam impreſſi? Leges ergo Atticae de non inſcriptis nihil ſtatuunt.* Subiungit Orator: *Duae ſunt Leges: Haec quidem pertinet ad eos, quorum nomina inſcripta ſunt; illa autem ſuperior ad eos, quorum nomina in acropoli inſcripta non ſunt, nihilo minus debent tamen.* TAYLOR.

Ibid. Senſus poſtulat, vt reſcribamus πῶς ἀπὸ τούτου τοὺς μὴ ἐγγεγραμμένους ἀπαλείφουσιν, vel forte τοὺς οὐκ, quod omittendi cauſam dederit librario praecedens τούτου. IVRIN.

18. ἀγραφίου.] Ex hoc loco videtur iſta Actio competere aduerſus eos debitores, quorum nomina, aere non ſoluto, e cera publica delerentur: alia autem poſſe eos inuadi, quorum nomina nunquam erant inſcripta, ſc. Ἐνδείξει. Vide autem de hac re diſputantem, atque hunc *Demoſthenis* locum illuſtrantem, Cel. *Tib. Hemſterhuſ.* ad *Poll.* L. VIII. C. VI. §. 54. Conf. Suid. in v. TAYLOR.

27. ἀλλὰ σὺ τί.] *Lambinus* legit: ἀλλὰ τί σὺ caetera. TAYLOR.

pen. οὗς.] Idem *Lambinus* καθ' οὗς. TAYLOR.

1338.

1338. vlt. καθ' ὃν — τȢτον.] S. τρόπον. WOLFIVS.

Ibid. Μοιροκλῆς.] Vide plura de hoc homine apud *Valeſ.* ad *Harpocrat.* pag. 200. *Meurſ. Attic. Lect.* I. 13. *Suid.* in Αντίπατρος, et *Kuſter.* ad loc. Adiunge ingenioſiſſimum iuuenem, *Bartonum* ad *Plutarch.* in *vit. Demoſth.* pag. 28. TAYLOR.

1339. 11. διαφέρον.] Legerem lubens διαφέροι τι. Sed et illud commode ferri poteſt. TAYLOR.

12. Μακρὸν.] Apparet, Piratae celebris eſſe nomen, vt et Soſtratus fuit. Niſi forte legendum ſit μακρὸν πλοιον, quod ſequitur, τȢτέςι, πολεμικόν. WOLF.

Ibid. πλοιον quidem marg. *Benenati.* Sed legendum eſt: ἂν μακρὸν διαφυγόντες πλουν, Θεοκρίνῃ περιπέσωσιν. Ita enim emendatiſſimae membranae *Auguſtanae.* *Poſt confecta longiſſima Maris itinera.* Ita videntur Athenienſes nauigationem ad Pontum nominare. TAYLOR.

15. μακροῖς πλοίοις.] Loci huius Sententia ita ſe habere videtur: *Mercatores, dum per mare nauigant, ſub praeſidio ſunt Ducum, longarumque nauium praefectorum [the Conuoy]: hic autem ſub veſtro, Legumque.* TAYLOR.

20. ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις.] ἀντὶ τȢ τὰ γιγνόμενα. WOLFIVS.

27. ἐφ' Ȣ̔ς τριήρεις δεῖ πληρώσαντας, ἀναγκάσαι.] S. τȢτȢς. Πληρȣ̃ν τριήρεις ἐπί τινας recte legitur. Sed ſi τὸ ἐφ' abeſſet, planior eſſet conſtructio: Ȣ̔ς δεῖ (S. ἡμᾶς) πληρώσαντας τριήρεις, ἀναγκάσαι. WOLFIVS.

1340. 1. ἐπιθεῖναι δίκην, ἐᾶσαι.] Alii εασουσι. S. οἱ δικαςαί. Anteceſſit κωλύσομεν, p. 1339. 27. cui reſponderet εασομεν, ſed ſequitur, Ȣ̓κ ἄν γ' ἐσωφρονεῖτε, vt videatur legendum εασετε. Sed nec hoc cohaeret cum eo, quod anteceſſit, p. 1339. vlt. καθημένους

 μένους

μένους τουτουσὶ, cum ſubito perſona mutetur. WOLFIVS.

1340. 1. Totum hoc comma ita ordinandum eſt: Καὶ τὲς μὲν τὰς νήσες οἰκὲντας κωλύσομεν ἀδικεῖν, ἐφ' ὃς τριήρεις δεῖ υμας πληρώσαντας ἀναγκάσαι τὰ δίκαια ποιεῖν· τους δε μιαρὲς, οἷς αὐτὲ δεῖ καθημένους τετεσὶ κατὰ τὲς νόμες ἐπιθεῖναι δίκην εασομεν. *Abſurdum eſt vtique, tanto apparatu atque etiam impenſis inſulanos, eosque, qui longe diſtant, cogere ad officium praeſtandum: et interea homines ſceleſtos impunitos dimittere, quos in ordinem, legum auxilio, poſſimus redigere domi ſedentes.* Proxime vniuerſi habent: ἐκ ἂν γ' εσωφρονεῖτε. Quod miror *Wolfio* diſplicuiſſe. TAYLOR.

II. βεβελημένες.] Rectius *Aug.* με βουλομενους. TAYLOR.

pen. ἔλαττον ἰσχύει τὸ δίκαιον τῆς παῤῥησίας.] Quid ſi τῆς απεχθειας, aut ησυχιας? WOLFIVS.

1341. 16. σαφῶς.] Lege σοφως, *argute, ſcienter.* Vt ſolent ii, qui in iis artibus ſe exercebant. Nihil opus eſt iſta *perſpicuitate.* TAYLOR.

24. ἐδὲν.] Omnino reſcribes cum *Aug.* ἐδὲν εν τῷ δήμῳ λέγεσιν. Vides, vbi ea vocula obruebatur. Vides etiam, quam neceſſarium, vt reſtitueretur. TAYL.

Ibid. ἐκεῖθεν.] τὲς ἀπὸ τὲ δήμε, ἢ τὲς πολλούς. WOLFIVS.

1342. 7. τί γὰρ ἄν τις κ.τ.λ.] Vide *Victor. Var. Lect.* I. 12. TAYLOR.

14. ἵνα μὴ μόνον αὐτοῖς.] Vel αὑτοῖς potius, *ſibi ipſis.* TAYLOR.

18. τὲς δ' ἐνί γε τῳ τρόπῳ.] τὲς δ' ἔνεςι διασώσασθαι (S. ἑαυτὲς, ἢ διασωθῆναι) ἐνί γε τῳ τρόπῳ, φυλαξαμένες τὴν ἐπιβελὴν τῶν βελομένων ποιεῖν κακόν τι. WOLFIVS.

19. ἐνί γε τῳ τρόπῳ. *One way or other*, vt nos loquimur; τὲς μὲν φυλακὴν καταςήσαντας — τοὺς δ' ἔνδον

δ' ἔνδον μένοντας — τὰς δ' ἐνί γε τῳ (i. e. τινὶ) τρόπῳ φυλαξαμένας. TAYLOR.

1342. 20. τῶν κακῶν τι βελομένων ποιεῖν.] Legendum τῶν κακον τι βελομένων ποιεῖν, vt in margine *Pariſienſi*. IVRIN.

21. τὰς δὲ τοιέτες συκοφαντἕντας.] τὰς δὲ τοιέτες. S. τὰς συκοφαντἕντας. Videtur eſſe Scholion. Eſt ἀνακόλεθον. Sic certe melius cohaereret conſtructio: παρὰ δὲ τῶν συκοφαντέντων, ποῖ χρὴ πορευθέντας ἀδείας τυχεῖν; WOLFIVS.

vlt. Ολυμπιάσι νικήσας.] Ολυμπια νικήσας Cod. *Auguſt.* Quam ſcripturam commendat praeſtantiſſimus *Hemſterhuſius* ad *Luciani Timonem* pag. 106. Nou. Edit. Vtut illud ſit, legerem omnino νικήσας παῖδας σταδίῳ. Ferri quidem poteſt νικήσας παιδων ςάδιον. Et vtrumque probum eſt. TAYLOR.

1343. 1. ἡμετέροις.] Legendum υμετεροις. Ita Editorum nonnulli; et *Wolfius* ſcite interpretatur. TAYLOR.

Ibid. υμετεροις. IVRIN.

4. Αριςοκράτης ὁ Σκελλίε.] Vide *Ariſtoph. Au.* 126. et σχ. ad locum. TAYLOR.

8. κατασκάψας.] *Aug.* και κατασκάψας, et l. proxima υποδεχεσθαι, καθεῖλε μὲν τό τε γιγνομενον ἐπιτείχισμα. TAYLOR.

Ibid. τὴν Ηετιώνειαν.] ἡ ἑτέρα τε Πειραιέως ἄκρα ἀπὸ Ηετίωνος. Stephanus. WOLFIVS.

Ibid. Memoria lapſum eſſe *Demoſthenem*, ſiue quicunque fuerit Auctor huius Orationis, oſtendit doctiſſimus *Valeſius* IV. *Emendat.* 7. ex *Thucydide* VIII. 89. 90. et res geſtas ſub CCCC. per incogitantiam applicare ad dominatum XXXuiralem. TAYLOR.

13. δι' ὄν.] *Lambinus* hariolatur δι' ὧν, credo, quia ex maioribus duos adduxit bene meritos, *Epicharem* ſc. et *Ariſtocratem*. Non malo certe ingenio. Sed

Sed Grammaticae melius litaſſet, ſi cum *Auguſt.* emendaſſet δι᾽ ὃς εἰ καὶ Θεοκρίνῃ κ. τ. λ. Quod vnice verum eſt. TAYLOR.

1343. 16. ταῦτα.] ταὐτὰ marg. *Benenati.* TAYL.

25. δικασταὶ τῶν λεγομένων.] F. τῶν γενομενων. WOLFIVS.

vlt. πρὸς τῶν γονάτων.] *per genua.* Forte πρὸ, *ad genua prouolutus.* WOLFIVS.

1344. 3. ψηφίζεσθε.] F. ψηφίζεσθαι. WOLF.

I. TAYLORI
PRAEFATIO
AD
ORATIONEM DEMOSTHENIS
CONTRA NEAERAM.

Si auctoritati cedendum eſſet, nulla foret inter Orationes *Demoſthenicas*, quam tanta facilitate expungi ſinerem, quanta illam, quam iam tractare incipis. Pleni ſunt antiquorum Criticorum libri grauiſſimis de iſta cauſa ſuſpicionibus. Dolet interea, interceptum eſſe tractatulum, vbi, inter quasdam alias, hanc non eſſe genuinum *Demoſthenis* foetum oſtendebat Vir ingenio acerrimo praeditus, *Dionyſius Halicarnaſſenſis.* Vide π. Δημοσθ. δεινότ. verſus finem. Reſtant tamen alii, quos ſequor, et quos merito ſuo maximo maximi facio. *Phrynichus* pag. 112. Edit. nouiſſimae: Σὺ δὲ βασιλικὸς ἐπιστολεὺς ἐπιφανεὶς, ἀνάλογον τῇ σαυτοῦ παρασκευῇ, γενικώτατον ἡμῖν ἐκόμισας μάρτυρα, τὸν συγ-

γράψαντα τον κατα Νεαίρας· ὃς διά τε τὰ ἄλλα ὑπωπτεύθη μὴ εἶναι Δημοσθένους, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀδοκίμων ὀνομάτων. Athenaeus l. 13. Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λόγῳ, ει γνησιος, ὃν Απολλόδωρος εἴρηκε. Futiliter Interpres, vti ad *Lyſiam* admonui, *ſi modo germana eſt, vt Apollodorus cenſuit.* Intellige mecum: *Oratio, quam Demoſthenes ſcripſit, ſi tamen ſcripſit, Apollodorus autem perorauit.* Rurſus in eodem libro idem *Athenaeus:* ὁ τὸν κατὰ Νεαίρας λόγον γράψας, proinde quaſi leuis eſſet hominis, et in re critica mediocriter verſati, *Demoſthenem* citare iſtius opellae Scriptorem. Similiter *Photius* Cod. CCLXV. Καὶ τον κατα Νεαιρας δὲ λογον ὑπτιότητός τινες αἰτιώμενοι τῶν Δημοσθενικῶν ἀποκρίνουσι λόγων. His adiunge Argumenti Auctorem, ſiue *Libanius* ſit, ſiue quiſpiam alius, *Harpocrationem* item Lexicographum, qui eam eiusque auctoritatem nusquam fere, niſi cum ſuſpicione, allegat. Verum neque tantus Auctorum cumulus, neque ipſa res, quae loquitur, vti mihi videtur, diſertiſſime, *Obſopoeo* noſtro ſatisfecerunt, qui ita ſcribit: Διαγράφονταί τινες καὶ τοῦτον τὸν λόγον, ὡς οὐ γνήσιον, δηλονότι, ὕπτιον ὄντα, ὥς φησι Λιβάνιος, καὶ πολλαχῇ τῆς τοῦ ῥήτορος δυνάμεως ἐνδεέστερον. ἀλλ᾽ ἔμοιγε ἀξιώτατος εἶναι δοκεῖ τῆς ἀναγνώσεως, εἰδότι πλείστους ἄνδρας τῶν λογιωτάτων περὶ πλείστου τοῦτον ποιουμένους. Quos nominaſſet vtinam, vt nos quoque ſaperemus, eorum auctoritate permoti!

Me profecto non pudet dicere, opus eſſe putidiſſimum, nullius aut decoris, aut grauitatis: et praeter naeuos orationis, quibus paſſim ſcatet, nihil ibi dictum, quod Lectorem percellere, aut allicere, aut morari demum poteſt. Eſt autem Oratio ſatis antiqua, et videtur ad vſum forenſem fuiſſe conſcripta, non ad oſtentationem, aut ad imitationem concinnata. Paſſim inter adnotandum ſuſpicionibus meis auctoritatem addidi.

didi. Inde lector meus iudicium capere poterit, iurene, an iniuria agam, cum haec futilia non amplectar.

Adhaeſit olim *Demoſthenicis*, ſiue quod hic (ſtrictim licet) memoretur de *pecuniis theatralibus*, in qua cauſa tantum praecelluit *Demoſthenes;* ſiue quod infra Phrynionis cuiusdam res agatur, quem Oratori noſtro domo et familia coniunctum fuiſſe ſuſpicor; ſiue denique quod Demoſthenis (noſtrine, an alterius, parum intereſt) teſtimonium infra adducatur. Quam neceſſitudinem, tenuiſſimam licet, ſuperiorem illam orationem *c. Theocrinem*, noſtris adiunxiſſe arbitror. Norunt, qui haſce res tractant, quam leui conſuetudine deuincti Scriptores vetuſti quandoque ſimul conglutinari, et ſibi inuicem adhaerere conſueſcant; quorum vnus, qui excellit, caeterorum non ſolum famam et exiſtimationem, verum etiam nomen praegrauare ſolet.

Videri poteſt nonnullis aut lacunoſa eſſe, aut diuerſa ab ea, quam verſarunt antiqui, cum legerint iſta *Hermogenis*, Edit. Criſpin. p. 318. *τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τῷ κατὰ* Νεαίρας *ὠβελισμένον ὑπό τινων, τὸ ἀπὸ τριῶν τρυπημάτων τὴν ἐργασίαν πεποιῆσθαι* etc. deinde iſta *Etym. M.* 325. 18. *ἐξῆν μέντοι ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐκφυλλοφορηθέντας, ὡς καὶ Δημοσθένης φησὶν ἐν τῷ κατὰ* Νεαίρας. Adiunge *Suidam* in v. *Ἐκφυλλοφορῆσαι*. Nam de iis in hac Oratione, prout hodie ſcribunt membranae, nihil prorſus. Locus tamen iſte *Hermogenis* erit infra a me expendendus.

Viderint otioſiores, an ad hanc Bellatulam pertineat Inſcriptio adducta a *Laur. Pignorio*, *Symbol. Epiſtolic.* 25. pag. 93. et *Reineſ.* I. 126.

Ἐλευθε-

Ελευθεριας
Χαριστηρια τη Νεμεσει
Ραμνουντοθεν Νεαιρα
Αθηναια χαριτοβλεφαρος
Ανεθηκεν.

TAYLOR.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD LIBANII ARGVMENTVM.

Λιβανιου.] Nomen hoc Auctoris primus adiecit *Wolfius* contra conſenſum Codicum. TAYLOR.

1344. 8. νόμῳ συνοικȣ̃σαν.] Incredibile illud dictu, et ſine dubio mendoſum. Nam in Orationis contextu, 1349. 12. ἥκω ἐπιδείξων εἰς ὑμᾶς, ξένη μὲν γυναικὶ συνοικȣ̃ντα παρα τον νομον. Et recte ſane. Iterum 1350. 12. ὡς δ' ἐςὶ ξένη Νέαιρα, καὶ παρα τους νομους συνοικεῖ Στεφάνῳ, τȣ̃το ὑμῖν κ. τ. λ. Dele ergo in poſterum inutile iſtud vocabulum, νόμῳ. TAYL.

16. ἰδιότητος.] ἰδιότητα videtur appellare τὴν ὁρικὴν ςάσιν. WOLFIVS.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD ORATIONEM.

Κατα Νεαιρας] *Cicero*, ne quid *Demoſtheni* concederet, in oratione *Caeliana* Clodiam ſibi ſumſiſſe exagitandam videtur. WOLFIVS. v. Baſil. Fabr. in voce. TAYLOR.

1345. 4. εἰς κινδύνȣς τȣ̀ς ἐσχάτȣς κατέςημεν.] In breuiſſimo ambitu orationis haec ad nauſeam repetuntur:

tuntur: hac pag. ipſiſſima, v. 12. ὡς εἰς τὲς εσχατους κινδυνους κατεστημεν. Proxime 1347. 12. εἰς τὴν εσχατην απορ ιαν καταστησειε. Et, v. 22. εἰς τὴν εσχατην απορ ιαν καταστησεσθαι. Tanta inopia ſermonis Macedonem illum, credo, concutere non potuit. TAYLOR.

1345. 6. καὶ ἡ ἀδελφὴ] Omiſit has voces in interpretando *Wolfius*. Quod non debuit. TAYLOR.

Ibid. ὥς᾽ ἐχ ὑπάρχων κ. τ. λ.] Doctiſſimus *Gatakerus* noſter *Miſcell. Poſthum.* C. XII. cenſet hos eſſe duos Senarios, hoc modo digerendos:

Ως᾽ ἐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρέμενος
Αγωνιεμαι τον γ᾽ (vel τονδ᾽) ἀγῶνα τετονί.

Certe prior ille a Cothurno ſumitur, et variis attribuitur: ab *Athenaeo* diſerte *Ariſtarcho* tragico: Εγὼ δὲ, κατὰ τὸν Αρίςαρχον τὸν τραγικὸν ποιητὴν,

Τάδ᾽ ἐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρέμενος,

καταπαύσω τὸν πρὸς σὲ καὶ τὲς ἄλλες κύνας ἐνταῦθα λόγον. l. XIII. extrem. Adde *Caſaubon.* ad loc. *Suid.* in Υπάρχων et Ως ἐχ ὑπάρχων. Excidiſſe nimirum necopinanti ſcriptori numeroſam quandoque orationem, pedibusque apte ligatam, neque mirum eſſe debet, et id multi olim animaduerterunt. Vide, ſi vacat, *Barth. Aduerſar.* IV. 13. XI. 16. XLI. 22. eumque manipulum Auctorum, quem conſcripſit *Fabricius* in *Bibl. Lat.* T. II. L. II. C. XXI. *Incidere vero omnes [numeros] in orationem, etiam ex hoc intelligi poteſt, quod verſus ſaepe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vehementer eſt vitioſum: ſed non adtendimus, neque exaudimus nosmet ipſos. Senarios vero et Hipponacteos effugere vix poſſumus. Magnam enim partem ex Iambis noſtra conſtat oratio. Sed tamen eos verſus facile agnoſcit auditor. ſunt enim vſitatiſſimi. Inculcamus autem per imprudentiam ſaepe etiam minus vſitatos, ſed tamen verſus; vitioſum genus, et longa animi prouiſione fugiendum.* Cic. *Orat.* C. LVI.

LVI. Olim ſimilia deprehenderunt in ſcriptore noſtro *Scholiaſtes* ad *Hephaeſt. Enchirid.* pag. 76. et *Longinus* in Prolegomenis ad eundem Auctorem, cuius haec ſunt verba: διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν μέτρων συμβέβηκεν ἀποκρύπτεσθαι σιωπώμενα ἐν τῇ κατὰ πεζὸν ῥήσει· — εὕροι γοῦν ἄν τις παρὰ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι ςίχον ἡρωϊκὸν κεκρυμμένον, ὃς ἠδυνήθη λαθεῖν διὰ τὸ πεζὴν οὖσαν τὴν προφορὰν συναρπάσαι τῷ λόγῳ τὴν ἀκοήν. Φησὶ γοῦν·

Τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι᾽ ὃν εἰς Ἐλάτειαν
Ἦλθε Φίλιππος,

ςίχος ἐςὶν ἡρῷος, ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰωνικὸν [ἀπὸ μείζονος], ὅταν λέγῃ·

Πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ᾽ ὑμῖν.

Similiter in *Philip.* I. p. 42. 1. obſeruant eſſe purum Hexametrum:

καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις ἐθέλουσιν ἅπαντες.

In *Ariſtocratea* pag. 664. 18. ſqq. vna periodus duos iſtiusmodi verſus complectitur: ſc.

ἔςι γὰρ φίλων ἀγαθῶν οὐ τὰ τοιαῦτα χαρίζεσθαι
τοῖς εὔνοις, ἐξ ὧν κἀκείνοις καὶ σφίσιν αὐτοῖς
ἔςαι τις βλάβη, ἀλλ᾽ ὃ μὲν ἂν μέλλῃ συνοίσειν
ἀμφοῖν, συμπράττειν, ὃ δ᾽ ἂν αὐτὸς ἄμεινον ἐκείνου
προορᾷ, πρὸς τὸ καλῶς ἔχον τίθεσθαι.

In eadem porro Oratione plures inſunt. Ita 625. 1.

ὑμᾶς καὶ μόνον ἀνθρώπων ἂν ἔφη Χαρίδημον.

Et 636. 4.

ἁπλῶς ἄν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον ἀγέσθω.

Adde 644. 6. 658. 6. 665. pen. 668. 3. Haec autem leuiuſcula. Ego tamen arbitror, vix eſſe Demoſthenis, vt ad ſenſum non maximi ponderis expromendum, neque inſigni aliqua grauitate aut auctoritate nobilitatum, qualemque vel ex plebecula aliquando concipere ſolent, verba mutuo ſumere e ſcena, et numeroſos Iambos pedeſtri ſuae orationi temere immiſceret.

ſceret. Non ita ſolens eſt. TAYLOR. [Demoſth. p. 364. 24. ἐδ' ἄλλες πολλὲς. ἀλλ' ὅτι συμφέρον ἦν. Ibid. 27. ἢ ἄλλε τινὸς ἀνθρώπων, μετὰ τὲς παρὰ τὲ-τε. 365. 10. οἱ Φωκεῖς αὐτὲς ὑποποιήσωνται. ἐπειδὴ δ' ἧκεν εἰς Πύλας, οἱ Λακεδαιμόνιοι. 419. 16. βελομέ-νες εἰπεῖν διεκώλυσεν, ἐκ ἀναμνησθεὶς. 312. 9. τῆς ἀγαθῆς καὶ μεγάλης. καὶ πῶς ἔνι τἕτο γενέσθαι. Primus intellexit [Iſocrates] etiam in ſoluta oratione, *dum verſum effugeres*, modum tamen et numerum quendam oportere ſeruari. Cicero Bruto c. 8. v: Corrad. ad locum. Cic. III. de orat. Idem orat. Quintil. IX. 4. et vlt. Fortunat. l. 3. v. Not. ad Cornel. Nep. praefat. Barth. Adverſar. LIV. 22. Climax Rhomnus. Aquila Rhetor. Dionyſ. Halic. π. συνθέσεως ſaepe. Δημοσθέ-νης Δημοσθένες Παιανιεὺς. Plutarch. in vita. Ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν. Demoſth. pro Coron. p. 316. 6. TAYLOR in ſchedis.]

1345. 13. ἀτιμίας.] επιτιμιας *Bodl. Lambin.* TAYLOR.

14. τε̃ δήμε τῶν Ἀθηναίων.] Haec in aliis exemplaribus aliter ſcribuntur. Legerem lubens: ψηφισα-μένε γὰρ δήμε, Ἀθηναῖον εἶναι Πασίωνα. TAYLOR.

pen. καὶ κοινωνεῖν.] F. addendum χρῆναι. WOLF.

1346. 5. ἐν ᾧ ἦν.] Recte Codd. *Ven. Bar.* et *Ital.* ἐν ᾧ ἦν ἢ κρατήσασιν ὑμῖν — ἢ ὑςερήσασι κ. τ. λ. TAYL.

8. προεμένες.] *Lambinus* et *Bodl.* multo ſatius, προεμενοις. TAYLOR.

Ibid. ὑςερήσασι τῇ βοηθείᾳ, καὶ προεμένες τὲς συμμάχες.] Lege: καὶ προεμένοις. IVRIN.

11. ἀπίςες εἶναι δοκεῖν.] Magis Attice puto απι-ςοις. IVRIN.

16. διαχειροτονῆσαι.] Conſule *Valeſ.* ad *Harpocrat.* pag. 45. TAYLOR.

18. διοικήσεως.] Male Wolfius *vectigalium.* Dixi ſatis ad *Timocrateam* 708. 24. Hanc autem hiſtoriam Apollo-

Apollodori tangit *Vlpianus* ad 1. *Olynthiacam:* ἰςέον δὲ, ὅτι τὰ χρήματα ταῦτα τὰ δημόσια, θεωρικὰ ἐποίησεν ἐξ ἀρχῆς ὁ Περικλῆς — εἶτα ἐπιχειρήσαντος Απολλοδώρȣ τινὸς πάλιν αὐτὰ ποιήσειν ςρατιωτικὰ, βȣλόμενος Εὔβȣλος ὁ πολιτευόμενος, δημαγωγὸς ὢν, πλείονα εὔνοιαν ἐπισπάσασθαι τȣ̃ δήμȣ πρὸς ἑαυτὸν, ἔγραψε νόμον τὸν κελεύοντα, θανάτῳ ζημιȣ̃σθαι, εἴ τις ἐπιχειροίη μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ ςρατιωτικά. TAYLOR.

1346. 25. γενομένης.] In quibusdam exemplaribus ita olim inemendate legebatur: γενομένης γὰρ τῆς διαχειροτονιας, ȣ̓δεὶς ἀντέχει, ἀλλὰ καὶ νῦν ἔτι κ. τ. λ. Vbi pro ἀντέχει *Wolfius* coniecit αντελεγεν, Lambinus απεχειροτονησεν. In quibusdam Codd. αντεπεχειροτονησεν. TAYLOR.

1347. 7. φέρομεν.] Vel εφερομεν potius. TAYL.

1348. 6. ὡς ὦφλε τῷ δημοσίῳ.] Quid agant hoc loco iſta verba, ego plane non perſpicio. Agitur enim hic non de vllo debito, ſed de homicidio. Forte in alium locum reponenda ſunt, et ſcribendum v. 2. ὥςε καὶ δυνηθῆναι ἂν ἐκτίσαι μόλις, ὃ ὦφλε τῷ δημοσίῳ. IVRIN.

8. ἐπὶ δραπέτην αὐτȣ̃ ζητῶν.] Omnino legendum videtur vel τον δραπέτην αὐτȣ̃ ζητῶν, vt in *Pariſienſi* margine, vel ἐπὶ δραπέτην αὐτȣ̃ ζητειν. IVRIN.

10. παρακελευσάμενος.] Forte παρακαλεσαμενος, aut παρασκευασαμενος. WOLFIVS.

Ibid. παρασκευασαμενος Marg. *Benenati*, *Ven. Bar. Ital.* TAYLOR.

9. εἰρηκόσιν ἐνθάδε.] Exſtat oratio Periclis funebris τῇ β′ Thucydidis συγγραφῇ, et Menexenus Platonis, quem edicto iuſſum eſſe recitari quotannis publice Athenis ferunt, propter ſententiarum grauitatem, quibus ad virtutem, atque amorem patriae, defenſionemque ciues accenderentur: et Lyſiae ἐπιτάφιος τοῖς, τῶν Κορινθίων βοηθοῖς: cui multa non diſſimilia habet Iſocratis Panegyricus. Eiusdem generis eſt et eiusdem Iſocratis Euagoras: qui a ſtudioſis et vtiliter et iucunde inter ſe conferentur. Huius autem inſtituti primi autores fuerunt Aegyptii, autore Diodoro Siculo lib. I. quorum inſtitutum aemulatum Solonem ex Diogene Laërtio apparet, cuius haec verba ſunt: ἀπειρόκαλον ἐξαίρειν τὰς τῶν ἀθλητῶν τιμὰς, ἀλλὰ μόνων ἐκείνων τῶν ἐν πολέμοις τελευτησάντων, ὧν καὶ τὲς υἱὲς δημο-

σίᾳ

σία τρέφεσθαι καὶ παιδεύεσθαι· ὅθεν καὶ ἔζηλον καλοὶ κἀγαθοὶ γενέσθαι κατὰ πόλεμον.

1389. 18. τούτοις ᾠήθησαν.] S. οἱ τετελευτηκότες. αὐτοὺς pro ἑαυτοὺς, ſed quia praeceſſit ἡ πόλις, malim omnino legere ᾠήθη: idque in vertendo ſequi non dubitaui. tametſi ᾠήθη δεῖν minus belle ſonat.

24. φιλοτίμως.] praeclare, honeſte. φιλοτιμία enim ſtudium honoris et laudis ſignificat, rectum etiam et verum, nec ſemper eam, quae in vitio ponitur, ambitionem. Vnde φιλοτιμεῖσθαι ἐπί τινι, rem aliquam ſibi ducere laudi ſignificat.

1390. 3. τὴν ὑπάρχουσαν πατρίδα.] Laudes αὐτοχθόνων, quos indigenas verto, alii Aborigines dicere malunt, vide in Iſocratis panegyrico.

4. ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν.] actiuum pro paſſiuo ἐφύθησαν, vel a verbo, quod abſolute capitur, φῦμι: vnde ἔφυν potius, quam a φύω et ἔφυσα.

6. εἰς τὰς ἐπήλυτας.] ἐπήλυτον Heſychius προσήλυτον, ἔποικον, ὁ καὶ μέτοικος autore Suida, ἐπήλυδας, ξένους νεωστὶ ἀλλοθεν ἐλθόντας ἐπιλέκτους, ἢ οὐκ ἰθαγενεῖς, interpretatur, hoc eſt, aduenam, inquilinum, hoſpites nuper aliunde huc profectos, adſcitos, aut non indigenas. Eſt autem ἰθαγενὴς ὁ ἐνταῦθα γεννηθεὶς, αὐτόχθων, γνήσιος παῖς, ὁ ἀδιάστροφον ἔχων τὸ γένος, id eſt, hic natus, indigena, germanus filius, incorrupto genere ortus. Sed ad rem, ſi τὰς ἐπήλυτας πόλεις aduentitias vrbes exponas, ineptum fuerit: ſin ἐπηλυτὰς cum accentu in vltima paſſiue legas, quaſi aduentas vrbes, (ſi ita liceat dicere) vel in quas aduentum eſt ab aliis, hoc eſt, in quas alii aduenerunt, idem erit, quod ἀποικίαι, coloniae. Quod ſi durius videbitur, mutato verborum ordine, τοὺς μὲν ἐπήλυδας (ſic enim habet Aldinum exemplar per δ, non per τ) ἐλθόντας εἰς τὰς πόλεις. eos, qui aliunde in ciuitates venerunt. ſed ego Brucioli retineo lectionem,

tranſpoſito tantum accentu, *τȣ̀ς εἰς τὰς ἐπηλυτὰς πόλεις*, hoc eſt, *εἰς ἀποικίας*, qui profecti ſunt in colonias.

1390. 14. *πάντα γὰρ τὰ τίκτοντα.*] Sic Plutarchus *περὶ παίδων ἀγωγῆς*: Σοφὸν (F. *σοφῶς*), inquit, *ἄρα ἡ πρόνοια διττȣ̀ς ἐνέθηκε ταῖς γυναιξὶ τȣ̀ς μαςȣ̀ς, ἵνα καὶ, εἰ δίδυμα τέκοιεν, διττὰς ἔχοιεν τὰς τῆς τροφῆς πηγὰς*, hoc eſt, ſapienter certe prouidentia bina mulieribus indidit vbera, vt, ſi forte gemellos peperiſſent, geminos haberent alimoniae fontes.

22. *ζῆλον ἔχει πολὺν.*] quae admodum glorioſa ſunt. Sed quia ſequitur v. 23. *καὶ μῆκος λόγον ἄλυπον ἔχοντα*, quid ſi pro *ἔχει* legas *ζῆλόν ἐςι*, vt iungas, *ἐςὶν ἔχοντα*, *ἀντὶ τȣ̃ ἔχει*.

23. *ἐπὶ κεφαλαίων.*] id eſt, ſummatim et diſtincte.

26. *ὑπὸ τῶν ἐν γένει.*] a cognatis, ab his, qui ex eadem ſunt oriundi familia. intelligi autem debent non tam *οἱ δῆμοι καὶ αἱ φυλαὶ*, ſecundum quas Attici diſtinguebantur, quam gradus cognationum in linea, vt vocant, deſcendente: cuiusmodi ſunt: Tritauus, atauus, abauus, proauus, auus, pater, filius, nepos, pronepos, abnepos, etc.

27. *ἠδίκησαν μὲν ȣ̓δένα.*] *ῥᾴδιον ἐγκωμιάζειν Ἀθηναίȣς ἐν Ἀθηναίοις.*

vlt. *πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις καλοῖς, κἀγαθοῖς καὶ δικαιοτάτοις εἶναι.*] comma poſt *ἀγαθοῖς* delendum, ante *καλοῖς* ponendum eſt. Nam praeter caetera omnia, inſigni etiam bonitatis et iuſtitiae laude florebant.

1391. 4. *ἐκ τῆς οἰκείας.*] id eſt *τῆς Ἀττικῆς.* De his, ſiue fabulis, ſiue hiſtoriis, Iſocratem et Pauſaniam conſulito.

6. *οἱ πρὸ ἡμῶν οἰκȣ̃ντες πρὸς ἑσπέραν.*] *πρὸς δύσιν.* Eumolpum Thracem fuiſſe, et Amazones ad

Ther-

Thermodontem Themiſcyrae ſeu Cappadociae fluuium habitaſſe tradunt. Qua autem ratione verſus occaſum aut ſeptentrionem progreſſi ſint, et quos populos ſubegerint, noſtra nihil intereſt. Illud noſtra intereſt, cauere, ne Scythicae gentes toto Chriſtiano adhuc reliquo orbe, propter inteſtina bella noſtra, potiantur.

1391. 7. *πάντες ȣ̓δ'.*] pro *ȣ̓δένες.* Sic Iſocrates: *ȣ̔̀ς πάντες ȣ̓κ ἐτόλμων*, pro *ȣ̓δένες.* quanquam *πάντες ἐμφατικώτερον* eſt propter antitheſin, quaſi dicat: ſoli Athenienſes vicerunt eos, quibus alii vniuerſi reſiſtere non audebant.

8. *τῶν Ἡρακλέȣς.*] Ea de re exſtat elegans Euripidis tragoedia, Heraclidae.

13. *τȣ̀ς ζ ἐπὶ Θήβας.*] S. *ςρατεύσαντας. οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις* datiuo, vt ſubintelligas *ἀποθανόντες*, apud Aeſchylum inſcribitur Tragoedia. Vide *Ἱκέτιδας* et Phoeniſſas Euripidis, et Antigonen Sophoclis.

14. *τῶν εἰς μύθȣς ἀνηγμένων ἔργων.*] ab *ἀνάγομαι.* Alii *ἀνενηνεγμένων*, ab *ἀναφέρομαι.* Sic Iſocrates: *εἰ καὶ μυθώδης ὁ λόγος γέγονεν.*

17. *τȣ̀ς ἐμμέτρȣς καὶ τȣ̀ς τῶν ᾀδομένων ποιητάς.*] malim *τȣ̀ς ἐμμέτρȣς τȣ̀ς τῶν*, omiſſa *καὶ* coniunctione, cum *τὰ ᾀδόμενα* ſint fere *ἔμμετρα*, et *τὰ ᾀδόμενα* non tam pro cantatis, quam pro laudatiſſimis, accipio, *ἀντὶ τῶν φημιζομένων καὶ εὐφημȣμένων.* Nam *τὸ ᾄδειν* Varinus exponit *ψάλλειν, φημίζειν*, et poetice capi pro *ἀείδειν*, hoc eſt, *ἐμμέτρως καὶ ἐμμελῶς λέγειν*, cum certa menſura et modo dicere. Licet igitur, vt *ἐμμέτρȣς ποιητὰς* intelligas hoc loco eos, qui ligata oratione ſcripſerunt, *τȣ̀ς τῶν ᾀδομένων ποιητάς*, autores cantilenarum.

19. *τῆς αὐτῶν μȣσικῆς.*] eruditionis et eloquentiae ſuae, vt etiam ad *συγγραφέας*, id eſt, rerum geſtarum ſcriptores, referatur.

1391. 21. *ἔπω μεμυθολόγηται.*] nondum a poetis celebrata ſunt, quanquam inter Aeſchyli tragoedias eſt, quae *Πέρσαι* inſcribitur. Quod *μῦθον* eſſe aiunt *λόγον ψευδῆ, τὴν ἀλήθειαν εἰκονίζοντα*, huc non pertinet, ſicut nec eo, vbi dicit Iſocrates: *ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι καὶ πάντες πιστεύουσι.* vt poetae, vel arcanae literae, tradunt. Sed ibi plura de hoc vocabulo, quae conſulas licet.

24. *μόνοι δὶς ἠμύναντο.*] Pugna Marathonia et expeditio Xerxis vel pueris notae ſunt.

pen. *προείρηται μὲν ὃ μέλλω λέγειν ὑπ᾽ ἄλλων.*] Sic Iſocrates, in oratione ad Philippum, Herculem Agamemnoni praefert, in hanc (vt nos quidem vertimus) ſententiam: Suſceptaque aduerſus Troiam expeditione, quae tum in Aſia potentiſſima erat, tanto praeſtantior imperator fuit illis, qui poſt eandem oppugnarunt, vt, quam illi totius ſuffulti Graeciae viribus decimo demum anno vix expugnarunt, eam ipſe intra dies pauciores, quam illi annos, facile vi in poteſtatem ſuam redegerit. Paulo poſt v. vlt. lege *δεῖ δὲ μηδὲ νῦν.*

1392. 22. *τὰς φύσεις ἦσαν συγγενεῖς.*] Quomodo? vt maiores et poſteri. Nam ad Chaeroneam interfecti ab illis Perſarum victoribus oriundi fuerunt.

24. *κἀκείνοις καὶ μάλιστ᾽ ἀμφοτέροις.*] Neſcio, quomodo haec verba mihi non placent, et tamen nihil habeo melius. *κἀκείνοις* accipio, *τοῖς προγόνοις.* pro *μάλιστα* malim legere *μᾶλλον*, vel potius, atque adeo vtrisque.

1393. 8. *τοὐναντίον οὗ δεῖ.*] *ἐκείνου, ὃ δεῖ.*

10. *αὐτάρκεις ἔχει τὰς ὀνήσεις.*] vberes ſuis poſſeſſoribus fructus ſuppeditant, nec alienis adminiculis egent. *αὔταρκες*, ſeipſo contentum, quod ipſum ſibi ſatis eſt, quod nihil aliunde requirit ad ſe tuendum.

1393. 15. *ἐνέγκαι.*] malim cum Bruciolo *ἤνεγκε καὶ χάριν προσποιεῖ* legere. Eſt autem in his verbis, *ῥηθῇ, ὑπερβάλλῃ, προσέσῃ*, repetenda *ἡ τῶν λόγων πειθώ.*

16. *προσέσῃ τοῖς ἀκούουσι.*] aſſiſtit audientibus, id eſt, offendit audientes. de hac phraſi diximus in Iſocratis vita.

19. *προϊστάμενά μοι.*] id eſt, *ἐπιπολάζοντα*, eminentia, ingerentia ſeſe. *προΐστασθαι* cum genitiuo praeeſſe tuerique ſignificat. Vnde *προστάτης*, patronus, defenſor. *προΐστασθαι* cum genitiuo ſimiliter exponit Varinus: ſin datiuo iungatur, *ἐμποδίζειν, ἐναντιοῦσθαι*, id eſt, impedire et aduerſari. Fortaſſe *παριστάμενα, τουτέστιν, ἐπὶ νοῦν ἐρχόμενα*: vnde formula *ἐκ τοῦ παριστάμενου λέγειν.*

26. *ὥσπερ ἴχνη γνωρίζουσα.*] Memoria cognatorum eis, veſtigia recognoſcens, etc. S. *τῶν παιδευμάτων*, exercitationum. Si pro *τοιγαροῦν* legeretur *τούτων οὖν*, planior eſſet Latinis conſtructio, huiusmodi *ἐλλείψεων* inſuetis.

1394. 3. *ἔστι γὰρ, ἔστιν ἁπάσης.*] Cicero pro Seſtio: Hoc ſentire prudentiae eſt, facere fortitudinis: et de inuentione: Sapientia eſt moderatrix omnium rerum.

12. *ὅτ' ἐνῆν ταῦτα κωλύειν ἀσφαλῶς, τὰ μέν.*] cum liceret illa (*τὰ ἐπικίνδυνα*, pericula) ſine periculo prohibere, partim non proſpiceret, partim diſſimularet. *τὰ μὲν, τὰ δὲ*, aduerbialiter accipienda ſunt.

21. *οἱ τελευτῶντες ἑκατέρων ἐν τάξει.*] qui ex vtrisque, id eſt, vtrinque, in acie occumbunt, tam in victore, quam victo exercitu.

26. *τὴν εἱμαρμένην ἔσχε τῇ τύχῃ.*] Fatum habuit fortuna, id eſt, fortunae arbitrio naturae debitum exſoluit. Poteſt etiam poſt *ἔσχε* comma poni, et con-

iungi τῇ τύχῃ τὸ συμβαῖνον πέπονθε, id, quod accidit, Fortunae perpeſſus eſt arbitrio. Licet etiam (ſed id minus probo) πέπονθε τὸ συμβαῖνον, id paſſus eſt, quod fieri ſolet, id eſt, nihil ei noui accidit, multi fortiſſimi viri in acie ceciderunt: Mars fortiſſimum quemque pigneratur.

1395. 1. πρὸς τῇ τῶν ἐναντίων ἀγνωμοσύνῃ.] praeter hoſtium imprudentiam. Sic Poenus ille ad Hannibalem, cum poſt inſignem victoriam Roma abſtineret, Vincere, inquit, ſcis, Hannibal, vti victoria neſcis. ἀγνώμων, autoribus Heſychio et Suida, eſt incogitans, inconſideratus, inconſultus, ſtupidus, ingratus, diſſentiens, negligens, errans, indignus venia. quod addunt σύμψηφος, neſcio, quam bene τῷ ἐναντιογνώμων quadret. fortaſſis ἀσύμψηφος legendum, aut ἀγνώμων pro ἁμαγνώμων, vt ἀκόλουθος pro ἁμακέλευθος. εὐγνώμων eſt εὐχάριστος, εὔνους, ἀνθρώπινος, γνήσιος, εὐδιάθετος, id eſt, gratus, beneuolus, humanus, germanus, bene affectus. hinc εὐγνωμοσύνη, ἀγνωμοσύνη, ſubſtantiua, et aduerbia, εὐγνωμόνως, ἀγνωμόνως. Quod ad hiſtoriam attinet, Athenienſes in maxima fuiſſe trepidatione, ex Lycurgo et aliis Graecis oratoribus apparet, ne Philippus hoſtiliter in Atticam irrumperet, vt alibi annotauimus.

2. κατ' ἄνδρα.] Viritim enim experti.

7. δηλοῖ δ' οὐχ ἥκιστα.] Humanitas quidem Philippi in cauſa fuit, vt et Diodorus et Plutarchus teſtantur.

15. τοῦ προεστηκότος αὐτῶν.] Philippum acerrimus eius hoſtis, Demoſthenes, ſummis laudibus, etiam inter accuſandum, vehit. Quare neceſſe eſt, eum excellentem fuiſſe virum, tametſi callidior in gerendis rebus, quam in ſeruanda fide religioſior, fuiſſe perhibetur.

1395. 16.

1395. 16. τῇ παραδόξῳ καὶ χαλεπῇ.] S. τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι. admirabili et iniqua fortuna. Vnde Virgilius, ſiue quis alius, in eam non immerito inuehitur, his verſibus:

O FORTVNA potens,
Tantum iuris atrox quam tibi vendicas,
Euertisque bonos, euehis improbos,
Nec ſeruare potes muneribus fidem, etc.

Eadem pene Lucianus in encomio Demoſthenis.

18. ὅντιν' ἀντιποιήσεσθαι.] F. ὅστις ἀντιποιήσηται: vel, ὥστ' ἀντιποιήσασθαι, qui ſibi vendicet, adſcribat.

20. πάντας ἀφεῖσθαι κακίας.] Idem in horum epitaphio carmine, quod in oratione περὶ Στεφάνου citatur, hoc diſticho dicitur perquam eleganti:

Πάντα κατορθοῦν ἐστι θεῶν καὶ μηδὲν ἁμαρτεῖν
Εν βιοτῇ· μοῖραν δ' οὔ τι φυγεῖν ἔπορεν.
Dii bene perficiunt, quicquid voluere, nec vsquam
Errant: mortales fata maligna trahunt.

1396. 4. ὁ δὲ ἅπασιν.] malim τοῦτο δέ. et poſtea v. 5. γεγένηται φανερὸν ſine diſtinctione poſt γεγένηται. Hoc vero aeque omnibus, qui ſunt, hominibus cognitum eſt, totius Graeciae libertatem, etc.

15. ἐκ τοῦ καθεστηκότος.] Ex hoc, in quo viuimus, mundo. Cicero in Laelio: Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt, qua nihil a diis immortalibus melius habemus, nihil iucundius.

21. αἱ διὰ τῶν ὀλίγων δυναστεῖαι.] αἱ ὀλιγαρχίαι.

1397. 4. οὔτε ὁ μόνος τἀληθές.] malim μόνος ὁ τἀληθές, articulo transpoſito.

16. τὸν ἐπώνυμον αὐτῶν.] Eum heroem, a quo cognominati ſunt. ἐπώνυμοι dicuntur hi decem, qui hic enumerantur, qui tribubus nomina impoſuerunt.

17. Ἐρεχθέα.] Cum ab Eumolpo Thrace bello peteretur, reſponſum eſt a vatibus, fore ſuperiorem, ſi filias ſuas immolaſſet. Sic Codrus, ſic Macaria, Her-

 culis

culis filia, ſic apud Romanos Decii perierunt, mendacis illius et ſanguinarii inſidiis, qui hominum interitu delectatur.

1397. 18. ἃς Ὑακινθίδας.] Suidas aliter, τὰς Ὑακίνθου τοῦ Λακεδαιμονίου θυγατέρας ſic dici ſcribit.

24. ἰσηγορίαν.] aequalitatem, par et aequum ius, hoc eſt, democratiam.

27. φιλοψυχήσαντες.] formidine mortis, in vitae cupiditate.

pen. Πρόκνην.] Vide metamorphoſeos Ouidianae lib. 6.

1398. 5. τὰς Λεωκόρας.] De his Pauſanias in Atticis, et Suidas in voce Λεωκόριον.

7. οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς.] Turpis eſt enim exprobratio.

Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres.
Illaque virgo viri.

10. ἕνεκα τῆς μητρὸς.] Homerus Ἰλιάδος γ΄.

Οὐκ οἴη ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ᾽ ἕποντο
Αἴθρη Πιτθῆος θυγάτηρ Κλυμένη τε βοῶπις.

11. Φαίδρας.] Videtur ἁμάρτημα μνημονικόν. Aethra Acamantis auia fuit, Phaedra mater; quam Euripides in Hippolyto ſuo ſuſpendio periiſſe tradit. Εὐριπίδου εἰς Ἑκάβην σχολιαστής: Ἀκάμας καὶ Δημοφῶν, οἱ ἦσαν Ἀθηναῖοι τὸ γένος, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸ Ἴλιον, οὐχ ἡγούμενοί τινων. διὸ καὶ Ὅμηρος λέγει, τὸν Μενεσθέα μόνον ἡγεῖσθαι τῶν Ἀθηναίων. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν ἀπολύτρωσιν τῆς Αἴθρας τούτους ἐστρατευκέναι φασίν. Ἑλλανικὸς δὲ λέγει, διὰ τοῦτ᾽ αὐτοὺς ἀπελθεῖν ἐκεῖσε, ὅπως, εἰ μὲν ἕλοιεν Ἕλληνες τὴν Τροίαν, λάφυρον αὐτὴν καὶ γέρας λάβωσιν. εἰ δὲ μὴ, κἂν λυτρώσασθαι δώροις. ἡ δὲ Αἴθρα Θησέως μήτηρ, Ἀκάμαντος μάμμη, Αἰγέως γυνὴ, Πιτθέως θυγάτηρ. Homeri item ſcholiaſtes εἰς τὴν γ΄ τῆς Ἰλιάδος ῥαψῳδίαν: ὡς ἱστορεῖ Ἑλλανικὸς, Πειρίθους καὶ Θησεὺς, ὁ μὲν Διὸς ὢν, ὁ δὲ Ποσειδῶνος, συνέ-

συνέθεντο γαμῆσαι Διὸς θυγατέρας. καὶ ἁρπάσαντες τὴν Ἑλένην, κομιδῇ νέαν, παρακατατίθενται εἰς Ἄφιδναν τῆς Ἀττικῆς, Αἴθρᾳ, τῇ Πιτθέως μὲν θυγατρὶ, μητρὶ δὲ Θησέως. καὶ οὕτως εἰς ἅδου παραγίγνονται ἐπὶ τὴν Περσεφόνην. οἱ δὲ Διόσκουροι, μὴ ἀπολαμβάνοντες τὴν ἀδελφὴν, τὴν Ἀττικὴν σύμπασαν πορθοῦσιν, Αἴθραν δ᾽ αἰχμαλωτίζουσι.

1398. 15. *ὅτι Κάδμου μὲν Σεμέλη.*] M. *Κάδμου μὲν Σεμέλην*, vt ſibi conſtet conſtructio. aut v. 16. *τῆς δὲ υἱός ἐστιν.*

16. *τῆς δ᾽ υἱὸν ὄντα ὅν.*] Bacchum ſcilicet, quia pollui Dii ſuperi et immortales putabantur ea mentione: ſicut poſtea *τῶν Ἀλόπης γάμων* paucis meminit, quia inter nuptias et funus ſummum eſt diſſidium. Suidas Alopen Cercyonis filiam eſſe ſcribit, e qua Neptunus Hippothoontem procrearit, tribus Hippothoontiæ Eponymum.

19. *ἀμφοτέραις.*] Athenis et Thebis propter Bacchum ibi natum.

22. *λεγόμενος.*] M. *λεγόμενον.* Refertur enim ad *ἀρχηγόν. ος* pro *ον* ſaepe ſcribitur, ob confuſionem characterum.

vlt. *ᾤοντο δεῖν προσήκειν.*] Alterutrum abundat.

1399. 3. *ἠρήσατο.*] *ἡγήσατο* lego.

4. *ἄλλῳ.*] *Φιλίππῳ.*

12. *οἱ δὲ δαίμονες.*] lego cum Bruciolo *εὐδαίμονες.* Intelligendi autem ſunt in pugna interfecti.

24. *πολὺν καὶ τὸν ἅπαντα.*] Mendoſa videtur lectio, nec tamen occurrit, quo pacto ſit reſtituenda. Sententia quidem plana eſt, quam, neglectis verbis, in vertendo ſequendam duxi.

25. *πᾶσαν ὅσην.*] lego *πᾶσα*, omnis, quae appellari Graecia meretur. perſtringi videntur, qui a Philippi ſtetere partibus, tanquam Barbari.

vlt. *τοῖς προτέροις ἀγαθοῖς.*] vt Aeacus, de quo Iſocrates in Euagora, Minos, Rhadamanthus, etc.

1400. 1.

1400. 1. *ȣ γὰρ ἰδών τις.*] Tali occupatione perquam opportuna vtitur Iſocrates in Nicocle de Monarchia Iouis, et in oratione contra ſophiſtas, de Deorum apud Homerum deliberationibus.

3. *τῶν ἄνω τιμῶν.*] Honoribus apud ſuperos, id eſt, in terris. Nam, vt nobis Dii, ſic nos in Elyſio campo degentibus ſuperi ſumus.

25. *αἵρεσιν.*] M. *ἀρετὴν*, aut *προαίρεσιν.*

HIERONYMI WOLFII ANNOTATIONES IN ORATIONEM DEMOSTHENIS AMATORIAM.

Pag. 1401. 19. *δεκτικοῖς.*] lego cum Bruciolo *λεκτικοῖς*, etſi *λεκτοῖς* mallem. Vocat autem *λεκτȣ̀ς*, vt opinor, *λόγȣς*, auditoriis, aut etiam iudiciis, non lectioni, comparatos.

22. *ποιητικῶς καὶ περιττῶς.*] poëmati ſimiles et exquiſitum in modum confectas eſſe.

23. *τȣ̀ς μὲν γὰρ πιθανȣ̀ς, τȣ̀ς δ' ἐπιδεικτικȣ̀ς εἶναι προσήκει.*] *πιθανȣ̀ς*, S. *τȣ̀ς λεκτικȣ̀ς*, id eſt, *δικανικȣ́ς. ἐπιδεικτικȣ̀ς*, (nam *ἀποδεικτικȣ̀ς* praue legitur) S. *τȣ̀ς ἐγκωμιαστικȣ́ς.* Sic Iſocrates in Panegyrico praua de orationibus vulgi iudicia reprehendens: *καὶ τοσȣ̃τον*, inquit, *διημαρτήκασιν, ὥστε τȣ̀ς πρὸς ὑπερβολὴν πεπονημένȣς πρὸς τȣ̀ς ἀγῶνας τȣ̀ς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων σκοπȣ̃σιν, ὥσπερ ὁμοίως ἀμφοτέρȣς δέον ἔχειν, ἀλλ' ȣ̓ τȣ̀ς μὲν ἀσφαλῶς, τȣ̀ς δ' ἐπιδεικτικῶς.* id eſt: Ac in tanto errore verſantur, vt orationes ſummo ſtudio elaboratas cum forenſibus priuatarum rationum conflictatiunculis conferant: quaſi vero eas inter ſeſe oporteat eſſe ſimiles, ac non hae ſecuritati, illae oſtentationi ſeruire debeant.

1401. 25. *ἀπογινώσκω.*] *ἅπερ γινώσκω* lege cum Bruciolo.

1402. 1. *προσεχῶς.*] lege *πρόσεχε, ὡς.* et poſtea v. 2. pro *ὧν ἠβουλήθη* lege *ὃν ἠβουλήθην.* poſt *Ἐπικράτην* v. 3. interpungito.

11. *οὐ μόνον αὐτὸς.*] *αὐτοῖς.* et poſtea, v. 13. pro *ἐργάζεται, ἐργάζεσθαι.*

18. *μιᾷ γνώμῃ περὶ ἀμφοτέρων χρῆσθαι.*] hoc eſt, vel honeſtis vel turpibus de rebus iudicare ſine conſideratione circumſtantiarum. Sed haec ſententia de rebus mediis, quae Graeci *μέσα καὶ ἀδιάφορα* nominant, intelligenda eſt. Nam vt virtute male vti nemo poteſt, (cum primum enim a recto, id eſt, medio, deflexerit, deſinit eſſe virtus, vitiique ſortitur nomen) ſic nec vitio bene quisquam; at vino, coniugio, amore, bello, eruditione, eloquentia, et quae ſunt huius generis aliis rebus, quae ſunt *δυνάμεις, ὄργανα, τέχναι*, et recte vti et abuti queas. In hanc ſententiam Iſocrates in Panathenaico. Rerum ipſarum naturae, inquit, neque proſunt, neque obſunt nobis: ſed hominum vſus atque actiones cauſae nobis omnium eorum ſunt, quae a rebus proueniunt. Graeca ſic habent: *οὐχ αἱ φύσεις αἱ τῶν πραγμάτων οὔτ᾽ ὠφελοῦσιν, οὔτε βλάπτουσιν ἡμᾶς· ἀλλ᾽ αἱ τῶν ἀνθρώπων χρήσεις καὶ πράξεις ἁπάντων ἡμῖν αἴτιαι τῶν συμβαινόντων εἰσί.*

21. *οἷς μόνον ἴδιον ἦθος.*] quibus duntaxat peculiaris hic mos inſitus eſt, vt non omnes, ſed bona et honeſta ingenia ſibi concilient. Aldinum exemplar habet *ὃ μόνον* pro *οἷς.* Poteſt etiam ſic exponi: nec verbis, nec ſententia repugnante. quibus ſolis, nec iis tamen omnibus, ſed bonis et honeſtis duntaxat, proprius mos conciliari ſolet. *ἴδιον ἦθος*, S. *τῶν ἐρωμένων.* animi amaſiorum ſolis honeſtis amatoribus ita ſunt dediti, vt eorum proprii eſſe videantur. In quam ſenten-

ſententiam Aeſchines in Timarchum, et Lucianus in Amoribus, et alii paſſim plura diſſerunt, quam bonis moribus expedit.

1402. 24. *κατεγνωκόσιν αὐτῶν.*] qui, conſcii ſuae incontinentiae, ſe abſtinere a flagitio, data occaſione, non poſſe ſperant, de quibus illud vſurpari queat, *ὅτι προφάσεως δέεται μόνον ἡ πονηρία*: Improbitati nihil deeſſe praeter occaſionem. Sed prudenter Cyrus apud Xenophontem: *οὐδὲ σοὶ συμβουλεύω*, inquit, *ὦ Ἀράσπα, ἐν τοῖς καλοῖς τὴν ὄψιν ἐνδιατρίβειν. ὡς τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁπτομένους καίει, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄπωθεν θεωμένους ὑφάπτουσιν, ὥστε αἴθεσθαι τῷ ἔρωτι.* Tibi etiam, Araſpa, ſuadeo, ne in formoſa facie defigas oculos: Nam ignis tangentes vrit: ac formoſi etiam eos, qui eminus ſpectant, ita ſuccendunt, vt amore ardeant. Recte igitur Hebraeus ſapiens: Qui periculum amat, inquit, dignus eſt, qui in eo pereat.

1403. 1. *ὑποψίαν ἔχειν.*] *ὑπόπτους γενέσθαι*, ſuſpectos haberi de turpitudine.

6. *ἀνόητον.*] Lege *οὐκ ἀνόητον.*

12. *τὸν συμβουλεύειν μέλλοντα.*] malim cum Bruciolo *τὸ συμβουλεύειν, μέλλοντα αὐτὸν ὑπεύθυνον.* Suaſor obnoxius eſt conſultori ad praeſtandum conſilii euentum. Iniquiſſima certe lex, ſi transferatur et ad ea negotia, in quibus fortuna dominatur, morum quidem praecepta minus periculoſa ſunt.

21. *τὰ μετρίως.*] lege *οὐδὲ τὰ μετρίως.*

25. *μάλιστα κατειπεῖν.*] Lege *πρέπειν*, ac potius *καθήκειν.* Iſocrates in Euagora: *παῖς μὲν γὰρ ὢν, ἔσχε κάλλος καὶ ῥώμην καὶ σωφροσύνην, ἅπερ τῶν ἀγαθῶν πρεπωδέστατα τοῖς τηλικούτοις ἐστί.* Nam in puerili aetate forma floruit et robore et modeſtia, quae dotes eam aetatem in primis decent.

1404. 1.

1404. I. *παρὰ τὴν ἐπιμέλειαν εἰς τȣ̃το προαγαγὼν ἥκεις.*] pro *προήγαγες*: tua diligentia eo euexiſti. *ἥκεις*, pro quo alias *τυγχάνεις* dicunt.

4. *ȣ̓χ ὑπὸ μὲν τῶν θεῶν*, etc. *θαυμάζεσθαι*;] Si interrogationis notam verbo apponas, tolerari negatio poteſt, quam Bruciolus omiſit, fortaſſe quod *ἀγωνιστικώτερος ὁ λόγος διὰ τῆς ἐρωτήσεως* videretur. quanquam Iſocrates etiam interrogationibus in encomiis vtitur, praeſertim in concluſionibus aliquorum locorum.

Ibid. *ὑπὸ μὲν τῶν θεῶν.*] plerumque congruunt hominum iudicia cum fortunae fauore. Ac ita oportere fieri praecipit Manilius Aſtrologus, de fatali neceſſitate ſcribens ſapientiſſimis verſibus, quos adſcribere placet:

Nec tamen haec ratio facinus defendere pergit:
Virtutemue ſuis fraudare in praemia donis.
Nam neque mortiferas quisquam minus oderit herbas,
Quod non arbitrio veniunt, ſed ſemine certo:
Gratia nec leuior tribuetur dulcibus eſcis,
Quod natura dedit fruges, non vlla voluntas.
Sic hominum menti tanto ſit gloria maior,
Quod coelo gaudente venit: rurſusque nocentes
Oderimus magis in culpam poenamque creatos.
Nec refert, ſcelus vnde cadat, ſcelus eſſe fatendum.
Hoc quoque fatale eſt, ſic ipſum expendere fatum.

17. *θνητὸν, ὃν.*] *θνητῶν, ὅ.*

23. *πολλοῖς ἤδη.*] *πολλοῖς ἄλλοις ἤδη.*

24. *διὰ ῥαθυμίαν.*] propter ignauiam. Cogita, num potius legendum videatur *δι᾽ ἀῤῥυθμίαν*, propter indecora lineamenta malamque proportionem, aut etiam geſtus et motus corporis indecoros. *ῥυθμὸς, εὔρυθμος, εὐρυθμία, ἄῤῥυθμος, ἀῤῥυθμία.*

25. *συνέπραξαν.*] *συνετάραξαν.*

pen. *συνδιέβαλον αὐτῷ.*] id eſt, *διέβαλον σὺν τῷ ἀτυχήματι.*

1405. 8.

1405. 8. *κατεπάγονθ᾽.*] *κατεπείγονθ᾽*, neceſſaria, vrgentia, hoc eſt, oculi non videndi modo vſum tibi praebent.

9. *γιγνομένης.*] *γιγνωσκομένης τῆς ἀρετῆς.*

18. *τοσαύτας ὑπεναντιώσεις πρὸς ἄλληλα λαβοῦσα ἡ τύχη.*] id eſt, cum vitia virtutibus proxima ſint: vnde fit, vt locus reprehenſioni facillime detur. Hinc ſunt illa Ciceronis in partitionibus, de cauendis iis vitiis, quae virtutem videntur imitari. Nam et prudentiam (inquit) malitia, et temperantiam immunitas in voluptatibus aſpernandis, et magnitudinem animi ſuperbia in animis extollendis, et deſpicientia in contemnendis honoribus, et liberalitatem effuſio, et fortitudinem audacia imitatur, et patientiam duritia immanis, et iuſtitiam acerbitas, et religionem ſuperſtitio, et lenitatem mollitia animi, et verecundiam timiditas, et illam diſputandi prudentiam concertatio captatioque verborum, et hanc oratoriam vim inanis quaedam profluentia loquendi: Studiis autem bonis ſimilia videntur ea, quae ſunt in eodem genere nimia.

22. *ὡς εἴθιστό.*] F. *ὡς εἴθισται φύσιν συνιστᾶσα.*

pen. *τερθρευώμεθα.*] *τερθρεύειν* Heſychius *τηρεῖν, σκοπεῖν, λιπαρεῖν*, cuſtodire, conſiderare, orare. *τερθρεύεσθαι, ἀπατᾶσθαι*, ſeduci. *τερθρείαν καὶ τέρθρευμα, λογομαχίαν, φλημαφίαν, φλυαρίαν, ἀπάτην*, id eſt, controuerſiam verborum, nugas, impoſturam exponit.

1406. 11. *ἐξαμαρτάνει, προήρηται.*] lege in ſecunda perſona *ἐξαμαρτάνεις, προήρησαι.*

17. *οὕτω καλῶς προέστης τῶν τοιούτων.*] Vtrùm *τῶν ὁμιλιῶν, ἢ ἀνθρώπων*; ita tractas eos homines: an ita te geris in iis familiaritatibus? etſi eadem eſt vtrobique ſententia.

22. *ἢ γὰρ χάριν.*] *πρὸς χάριν.*

26. *συμπίπτει.*] *συμπίπτειν.*

1406. pen. τὸ τοῖς ἄλλων τρόποις.] M. τὸ τοῖς τῶν ἄλλων τρόποις: aut fortaſſe, τοῖς τῶν πολλῶν τρόποις.

1407. 3. τῆς δὲ πρὸς αὐτοὺς δυσχερείας.] Eam, quae aduerſus ipſos eſt, difficultatem: τὸ ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν ἐντυγχανόντων δυσχεραίνεσθαι, odium eorum, qui te ſalutant, et tuam conſuetudinem expetunt.

7. οὐδὲν ἂν προέλωνται.] οὐδ᾽ ὃν ἂν προέλωνται. Ne eum quidem, quem caeteris praetulerint.

12. ἥκει τούτων, οὐδ᾽.] ἥκει, τούτων οὐδ᾽. comma ponendum poſt ἥκει.

17. θηρωμένης.] θηρωμένων.

22. εὐήθης ἀναμαρτήτως.] εὐήθεια medium eſt vocabulum. alias τῇ πανουργίᾳ opponitur, alias τῇ φρονήσει. hoc loco ſimplicitas intelligitur.

24. οἷος ἄν τις ἐξ ἀρετῆς υἱὸς ἐρῶντι γένοιτο.] Qualis aliquis ex virtute filius amanti naſceretur, vel fieret. Ambiguum eſt, τὸ ἐξ ἀρετῆς, vtrum ad ἐρῶντι, an ad γένοιτο referatur? οἷος ἂν γένοιτο υἱὸς, talis, qualis fieri queat filius, hoc eſt, adoptari, ἐρῶντι ἐξ ἀρετῆς, ab amante propter virtutem. Sicut Pauli Aemilii filium, eum, qui poſtea Scipio Aemilianus, et Scipio minor cognominatus eſt, maioris Africani filius adoptauit. Sic intelligere malo, quam γένοιτο υἱὸς ἐξ ἀρετῆς. Si quis deam VIRTVTEM amaret, non alius ei filius ex ea naſceretur. Eſt enim ποιητικώτερον; etſi demonſtratiuum genus fateor eſſe liberius.

27. ἐχούσας ἐστι.] ἔτι.

1408. 6. τοιαύτην τὴν ἀγωνίαν.] M. ταύτην, vel τὴν τοιαύτην.

Ibid. ὡς καλῶς προείλου.] quam praeclare prae caeteris delegeris. τὸ ἱπποτροφεῖν τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργων εἶναι, id eſt, ſtudium equos alendi beatiſſimorum eſſe munus, in oratione περὶ ζεύγους teſtatur Iſocrates.

1408. 9. δι' ὧν ὀυδέτερον παραλιπεῖν.] Bruciolus δι' ὃ ὀυδέ. Malim ſic: δι' ὃ παραλιπεῖν ἄξιον ὀυδὲ τόν.

12. τοῦτ' ἀποβαίνειν.] M. τούτου δ' ἐπιβαίνειν, hoc certamen aggredi, amplecti.

15. γυμναζομένους ὀυδὲν, πρός.] γυμναζομένους, ὀυδὲν πρός. Comma ponendum ante ὀυδέν.

16. τοὺς τὴν πυγμήν.] lege τοὺς δὲ τήν.

20. ἐξελέγξω.] ἐξελέξω, ab ἐκλέγομαι, non ab ἐξελέγχω.

26. πρὸς γὰρ τοῖς τιθεμένοις.] Praeclara ſententia. Sic etiam philoſophiae ſtudioſi non tam malignas illas mercedes, quae ipſis hoc numerari tempore ſolent, in praemiis numerandas putabunt, quam ipſam et cognitionis ſuauitatem et honeſtatem exercitationis.

1409. 4. πεποίηκεν.] aut deeſt aliquid, aut certe ſubintelligendum, χρῆσθαι ταύτῃ τῇ ἀγωνίᾳ.

8. νομίζω δ' ὀυδὲν εἶναι προύργου.] Lego νομίζων δ'. ſequitur enim ἐψεύσω. cum autem putares.

20. ἑνὸς ἕν.] ἑνὸς δ' ἕν.

21. ταῦτα δηλώσω.] M. πάντας, vel πάντα τἄλλα.

22. Συμμετριώτερον.] M. μετριώτερον, aut συμμετρώτερον. et pro δυνάμει, quod antecedit, fortaſſe rectius συνέσει, aut εὐνοίᾳ, legeretur.

23. ἀφαιρεθέντων.] ſublatis. ἀφεθέντων, dimiſſis, cum Bruciolo legito.

24. τῶν μὲν προορμησάντων, τῶν δ' ὑφηνιοχουμένων.] cum quidem alii prouecti eſſent, alii ſubaurigarent. ὑφηνίοχον, aurigae miniſtrum, ὑφηνιοχεῖν, aurigae fungi officio, vulgata Lexica interpretantur. in ὑφηνιόχῳ praepoſitionem ὑπὸ redundare aſſerit Phauorinus, et Heſychius ὑφηνίοχον exponit ἡνίοχον. ἡνιοχεῖν aurigare eſt, quo verbo Suetonius et Plinius vtuntur. Varro etiam aurigor. ὑφηνιοχεῖσθαι autem vtrum pone ſequi ac regere currum, an contra ferri,

ἐναν-

ἐναντίον φέρεσθαι καὶ ὑφορμᾶν, ſignificet, ſtatuere non poſſum: niſi quod exiſtimo, currule hoc certamen fuiſſe potiſſimum celeritatis equorum, et aurigandi peritiae, non etiam conflictum virorum, vt in noſtris ludis equeſtribus, fieri ſolitum, cum quod Horatius canit:

Sunt, quos curriculo puluerem Olympicum
Collegiſſe iuuat, metaque feruidis
Euitata rotis:

tum quod ex Iſocratis oratione περὶ ζεύγους, vbi ζεύγη γὰρ, inquit, καθῆκε τοσαῦτα μὲν τὸν ἀριθμὸν, ὅσοις οὐδ' αἱ μέγισται τῶν ἄλλων πόλεων ἠγωνίσαντο, τοιαῦτα δὲ τὴν ἀρετὴν, ὥστε καὶ πρῶτος καὶ δεύτερος καὶ τρίτος γενέσθαι, et e Sophocle, vbi nullius conflictus mentio fit, aliter ſtatuere non poſſum. Quod autem ait, φερομένου γὰρ ἐναντίον μέν σοι τοῦ τῶν ἀντιπάλων ἅρματος, id ſic intelligo: τοῦ προορμήσαντος, id eſt, eius, qui anteuertiſſet, equos perterritos, conuerſos, et cum impetu in Epicratis currum eſſe illatos ἐξ ὑποστροφῆς, vt ait Sophocles. ὑφηνιοχουμένων igitur *pone ſequentibus* interpretatus ſum, vt antitheton τῶν προορμησάντων. Sed de re incerta pro ſuo quisque iudicio ſtatuat.

1409. vlt. τὸ σωθῆναι.] periculo non carere eius generis ludos, etiam his temporibus vidimus, et ex fictitio Oreſtis Sophoclei interitu intelligitur in Electra, e qua hos verſus adſcribendos duxi:

Ἔπειτα δ' Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι
Πῶλοι βίᾳ φέρουσιν. ἐκ δ' ὑποστροφῆς
Τελοῦντες ἕκτον ἕβδομόν τ' ἤδη δρόμον
Μέτωπα συμπταίουσι Βαρκαίοις ὄχοις
Κἀντεῦθεν ἄλλος ἄλλον ἐξ ἑνὸς κακοῦ
Ἔθραυε, κἀνέπιπτε, πᾶν δ' ἐπίμπλατο
Ναυαγίων Κρισσαῖον ἱππικῶν πέδον. *id eſt:*

Poſt autem Aenianis viri effrenes
Pulli vi ruunt: eque reuerſione (id eſt, conuerſi)
Abſoluentes ſextum ſeptimumque iam curſum
Frontes illidunt Barcaeis curriculis.
Exinde alius alium ex vno malo
Vulnerabat et delabebatur, omnisque complebatur
Naufragiis Criſſaeus equeſtribus campus.

Vide ibidem totam illam narrationem, e qua hunc locum rectius fortaſſis intelliges.

1410. 3. ὁρῶν αὐτῶν ἐνίους καὶ μηδενὸς δεινοῦ παρόντος ὑπερηγωνιακότας.] τὸ αὐτῶν neque ad ἵππους referri, neque ad ſpectatores, neque ad certatores, commode poteſt, cum nihil praeceſſerit. Quare expungendum cenſeo, et legendum γενικῶς, ὁρῶν ἐνίους: iis intellectis, qui extra periculum erant.

4. οὐχ ὅπως ἐξεπλάγης, ἀλλά.] non modo non perculſus es: adeo non, tantum abeſt, vt etc.

7. τοὺς διευτυχηκότας.] iam ab initio vsque proſpero curſu vſos, quibus nemo ſe contrarium, vt tibi, intulerat.

10. τὰ ναυαγοῦντα.] vocat etiam Sophocles euerſionem curruum ναυάγια.

15. καθέντι.] καθ' ἕν τι tria verba ſunt: in vno quopiam.

18. Ῥαδάμανθυν διὰ σωφροσύνην.] Vide, num potius legendum ſit δικαιοσύνην, ne ſit παρ' ἱστορίαν.

23. τῶν μὴ τὸν τρόπον τοῦτον διακειμένων.] hoc eſt, τῶν μὴ ἐπιθυμούντων τῆς σῆς φιλίας.

26. κυρίου καταστάντος.] Qui potitus eſt vniuerſis, videlicet, temperantia, fortitudine, iuſtitia, pulchritudine.

vlt. δηλοῦσθαι.] ζηλοῦσθαι, fortunatos iudicari.

1411. 2. σαυτὸν προκρίνας.] σαυτοῦ.

5. προσυνέστησε.] προσσυνέστησε.

8. τὰς δὲ τόν.] τῶν.

1411. 11. *καλὸν ποιῆσαι.*] *καλήν.*

Ibid. *εὐδαιμονίσαι.*] *εὐδαιμονῆσαι.* tuam naturam feciſſe formoſam, non vt ſeducerere, ſed vtilem, vt beatus eſſes: pro quo fortaſſis *εὐδοκιμῆσαι* commodius legeretur: vt laudarere.

14. *καθ' ὑπερβολὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.*] *ὥστε τοὺς ἐπαίνους ὑπερβάλλειν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν.*

16. *ὁρᾷ τοῖς.*] *ὁρατοῖς*, vel *οἷς μὲν ὁρᾷ τις*, adſpectabilibus, his, quae ſub adſpectum oculorum cadunt.

19. *συμβουλεύειν σε.*] malim *σοί.*

21. *καταστήσεις*] malim *καταστήσοις*, vel *καταστήσῃς*, optatiuo, vel ſubiunctiuo.

28. *καὶ γὰρ τοῖς μὲν ἀφανῆ.*] Similis in Iſocratica paraeneſi eſt ſententia: *τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν*, etc.

1412. 4. *ἐπὶ τῶν ἄλλων λόγων ψευσθέντες.*] qui in aliis deliberationibus falluntur.

6. *διαμαρτῶντες.*] *διαμαρτόντες*, qui aberrarunt, id eſt, caruerunt inſtitutione liberali. Poteſt etiam exponi, qui in errorem inducti ſunt, ſicut ſupra v. 4. *ψευσθέντες.*

21. *τὰ παντελῶς ἐπιπολῆς.*] Attice pro *ἐπ' ἐπιπολῆς. ἐπιπόλαια, ἢ ἐπιπολαῖα*, expedita, in extremitate, ſeu ſummitate, quam ſuperficiem vocant, haerentia.

23. *ἀνάλωτον πέφυκε.*] Similem ex Euripide, ni fallor, ſententiolam citat Plutarchus: *πᾶν ζητούμενον ἁλωτὸν, ἐκφεύγει δ' ἀμελούμενον.* Quicquid quaeritur, comprehendi poteſt, ſed quod negligitur, id effugit.

28. *τὴν δ' ἐπισταῦσαν*, etc. *ὅπως διακείσεται βέλτιον.*] *καλῶς διακεῖσθαι τὴν γνώμην* ſatis nota formula. Sic Iſocrates in Euagora: *θαυμάζων δὲ, ὅσοι τῆς μὲν ψυχῆς ἕνεκα τῶν ἄλλων ποιοῦνται τὴν ἐπιμέλειαν,*

λειαν, αὐτῆς δὲ μηδὲν τυγχάνουσι φροντίζοντες, ἔπειτα καὶ περὶ τῶν πραγμάτων τὴν αὐτὴν διάνοιαν εἶχεν. Demirans eos, qui vitae cauſa caeterarum rerum curam ſuſciperent, ipſam vero mentem, a qua vitae totius vniuerſa ratio pendet, omnino negligerent, in rebus deinde adminiſtrandis idem plane ſenſit ac tenuit.

1412. 28. *συνδιατελοῦσαν δὲ τοῖς ἔχουσι.*] Sic Cicero pro Archia: Haec ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium et ſolatium praebent, oblectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Quod Demoſthenes breuiter *τῇ διανοίᾳ* attribuit, id Cicero prolixiore paraphraſi ſtudiis adſcribit. *τοῖς ἔχουσι*, habentibus, id eſt, mente praeditis, hoc eſt, hominibus. Qui enim *διάνοιαν* non habet, bellua, non homo, eſt.

1413. 2. *ἐν τοῖς σπουδαιοτάτοις.*] S. *ἀνθρώποις*: admirationi eſſe inter praeſtantiſſimos viros. ſi ſubintelligas *πράγμασι*, propter res praeſtantiſſimas in admiratione, durius videbitur.

5. *τῆς μὲν γὰρ.*] S. *τύχης.*

6. *τῆς δὲ.*] *τῆς ἐπιμελείας.*

7. *ἐν ἀνδραγαθίᾳ.*] Praepoſitio *ἐν* haud ſcio an redundet. Nam verbum *διαφέρειν* datiuo ſimplici fere ac genitiuo iungitur, vt Iſocrates in Euagora: *τοσοῦτον δὲ καὶ τῷ σώματι τῶν ἄλλων καὶ τῇ ῥώμῃ διήνεγκεν, ὥστε* etc. Ibidem ſine genitiuo: *τυραννικὸς, τῷ πᾶσι τούτοις διαφέρειν.* Interdum praepoſitiones adduntur, vt paulo infra v. 26. *πρὸς τὸ φρονεῖν εὖ παρὰ τὴν ἐπιστήμην διαφέρομεν ἀλλήλων.* Iſocrates in Helenae encomio praepoſitionem *ἐπὶ* addit: *τῶν ἐπ᾽ ἀρετῇ διαφερόντων.* Legendum igitur et hic fortaſſe *ἐπ᾽ ἀνδραγαθίᾳ.* Eſt autem *ἀνδραγαθία* fortitudo militaris, virtus, tropaeum, praeclarum facinus. *ἀνδραγαθεῖν*

γαθεῖν et ἀνδραγαθίζεσθαι, viri ſungi officio, ἀνδρός τι ποιεῖν.

15. τὰς ἐφεστῶτας.] praefectos, praeſides, curatores. hi ſunt ipſi philoſophi.

18. τεταγμένοις.] τεταγμένης.

20. τί ποτ' ἂν βουληθείημεν μὴ ταύτην κατασχεῖν.] cur ea potiri nolimus?

23. τὰ μὲν διδακτὰ τέχνῃ.] Similes fere verſiculos citat Plutarchus:

Τὰ μὲν διδακτὰ μανθάνω, τὰ δ' εὑρετὰ
Ζητῶ, τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ᾐτησάμην.
Quae doceri poſſunt, diſco: quae inueniri,
Quaerito: optanda quae ſunt, a diis precor.

1414. 12. οὐδ' ἐπὶ τῶν καιρῶν μελετᾷν.] nec in re praeſenti meditari. Iſocrates in oratione ad Nicoclem praecipit ἐπὶ τῶν καιρῶν θεωρεῖν τοὺς συμβουλεύοντας, id eſt, in ſubitis arduisque negotiis. ſed ibi plura περὶ τῶν καιρῶν annotauimus.

16. τοὺς πολιτικοὺς λόγους.] Sic nominat etiam praecepta gerendae reipublicae, non tantum forenſem et ſenatoriam dictionem. Vide vitam Iſocratis et orationem κατὰ σοφιστῶν.

25. ἀκούσειν.] ἀκούσεις.

vlt. ὑπερηφάνως.] Vnde etiam ſuſpectus fuit affectati regni.

Ibid. τὰ δὲ ταπεινῶς.] Referendum hoc videtur ad familiaritates ſcurrarum et meretricum, et ingenii leuitatem: qui ſe omnium moribus accommodarit, nec tamen libidinibus ſuis modum fecerit. Vnde etiam apud Lacedaemonios ἡ αὐτὴ ἦν γυνή, vt ait Plutarchus.

1415. 1. ὑπερακράτως.] Luxus et libidines Alcibiadis nemo ignorat, qui hiſtoricos attigit.

10. καὶ κύριον αὐτῆς καταστήσαντα.] M. κύριον αὐτῆς καταστάντα, omiſſa coniunctione, et ἀορ. α in β'

in β′ mutato, qui paſſiue vſurpatur: eius imperio potitum, ſumma reipublicae ad eum delata. poſt v. 12. pro διενεγκεῖν lege διελθεῖν. et v. 14 pro ἀποβέβληκε ἀποβέβηκεν, et v. 15. pro πολὺν πολύ.

1415. 17. ἄνευ τέχνης ταύτης τῆς πραγματείας.] absque huius diſciplinae, id eſt, philoſophiae, arte. malim tamen cum Bruciolo καὶ τοιαύτης τῆς πραγματείας legere.

24. ἔτι τούτων.] σέ τι.

26. προῄρημαι τῶν πολλῶν.] M. πολιτικῶν, vt eſt in variis lectionibus annotatum: etſi τῶν καλῶν et τῶν ἄλλων non incommoda eſſet παρωνομασία.

pen. διαιροῦμαι.] Bruciolus annotauit δὴ αἱροῦμαι, ego malim διηγοῦμαι.

1416. 2. πραττείας.] πραγματείας ταύτης, id eſt, ἐκ τοῦ σοφιστεύειν.

6. τὸ πρὸς Μεγαρέας.] Vide Diogenem Laërtium in vita Solonis de ſimulata eius inſania recipiendae gratia Salaminos.

9. οἱ πλεῖστοι ἐπὶ Ἑλλήνων.] οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων.

11. τῶν ἑπτὰ σοφιστῶν.] Solonem etiam Iſocrates in oratione περὶ ἀντιδόσεως inter ſophiſtas recenſet. Malim tamen hic σοφῶν legere.

15. ὑφ᾽ ὧν οὖν σοί τε παραινῶ.] Lego cum Bruciolo: ἐγὼ μὲν οὖν ἔτ᾽ αὐτὸς ἄλλως γιγνώσκω, σοί τε παραινῶ φιλοσοφεῖν μεμνημένῳ.

17. διήλθομεν.] lego διῆλθον.

19. ἀνακτήσασθαι.] redire tecum in gratiam, quanquam hic καταχρηστικῶς accipi videtur, pro emereri fauorem tuum.

21. ἐὰν μὴ παρὰ μικρὸν ποιήσῃ.] S. τὰς παραινέσεις τὰς ἐμάς: ſi non parui feceris mea monita.

23. μὴ δ᾽ εἰ τῶν ἐντυγχανόντων.] Neque vero, ſi etc. Eſt prohibendi particula τὸ μὴ, non copulatiua.

1416. 26.

1416. 26. *προσέχοντα.*] *προέχοντα.*

1417. 9. *ἑτοίμως ἐν ἀγῶνι.*] bifariam intelligi poteſt, vel, me cupide ſpectaturum, quodnam de te ſpecimen praebeas: vel, ſtatim fore, qui mihi litem moueant, ſi te ſecus geſſeris: et ſic accipiendum probat id, quod ſtatim ſequitur.

11. *τῆς σῆς φιλίας ἀνεπιτίμητον.*] S. *ἕνεκα.* mihi tua amicitia non debet crimini dari, aut eſſe fraudi.

26. *τὸ μὲν ἓν ἐμὸν ἦν ἔργον.*] *ἦν* Bruciolus recte omiſit.

vlt. *ἐπιπολαίους.*] leues, parui momenti, non ſolidas, nec diu duraturas.

1418. 9. *ἕλοιτο, βουλόμενος φίλους.*] poſt *ἕλοιτο* interpungendum, comma ante *φίλους* delendum.

HIERONYMI WOLFII ANNOTATIONES IN DEMOSTHENIS EXORDIA CONCIONVM.

In I.

Initium huius exordii fere conuenit cum exordio primae Philippicae.

1418. 3. *οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων.*] Plurimi ſolitorum. Haec ſat commode reddi nequeunt. Nam et eandem breuitatem latinus ſermo reſpuit, et, ſi participio infinitiuum, qui ſubintelligitur, ſubiicias, moleſta eſt repetitio. Sed ego meum tenebo inſtitutum, vt non temere vllum verbum, cuius aliqua modo vis ſit, praetermittam, Lectorem orans, vt aſperitatem dictionis non tam oderit, quam veritatem interpretationis amet.

1418. 8. *κατὰ τȣ́τȣς.*] Secundum hos dicere, id eſt, illis aſſentiri. Legendum *μετὰ τȣ́τȣς*, vt ſit antitheton *τȣ͂ πρῶτος*, primus, poſt hos.

1419. 1. *ὡς ἐκ τοιȣ́των.*] Hoc eſt, *δυσκολίαν ἐχόντων πραγμάτων*: vt talium, hoc eſt, arduarum rerum natura patitur.

4. *ἐπὶ τȣ͂ πολεμεῖν ὄντες.*] Dum in bellando eſſetis. Sic Terentius: Cteſipho totus in amore eſt. *ὁ Κτησιφῶν ὅλος ἐπὶ τȣ͂ ἐρᾷν, ἢ, ἐπὶ τȣ͂ ἔρωτός ἐςι*: vel, *ἐν τῷ ἔρωτι.*

5. *εἰ γὰρ ἐκεῖνα.*] *τὰ ἐπὶ τȣ͂ πολεμεῖν.*

7. *βελτίω.*] Scilicet *τὰ πράγματα.*

8. *προςάττοι τȣ́των, ὀρθῶς.*] Lego *προςάττοι, τȣ͂τον ὀρθῶς λέγειν*, mandet, eum recte dicere.

12. *καὶ ζημιȣ́μενοι, ταῦτα λέγῃ.*] Ante *ταῦτα* comma ponendum. Eſt autem familiare Demoſtheni, relatiua priore, antecedentia poſteriore loco ponere, *ἃ ταῦτα.* Similis fere ſententia eſt in 2. Olynthiaca, et oratione *περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ.*

16. *ἂν ᾖ μὴ προσήκȣσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται.*] Sic diſtinguendus hic locus, vt interpungas ante *ἂν*, et poſt *προσήκȣσα.* Mox v. 19. *ἐθελοντὰς* lege, ab *ἐθελοντής.*

In II.

22. *παρίςαταί μοι.*] Aſſiſtit mihi, id eſt, *δύναμαι*, poſſum, in promtu mihi eſt. vt in Olynth. 3. annotauimus.

Ibid. *τό, τε τῆς πολιτείας ὄνομα ὑμῶν ἀκούσω.*] Ambiguum eſt, *ὑμῶν* vtro referatur, ad *πολιτείας*ne, an ad *ἀκȣ́σω.* malo tamen exponere: audito e vobis reipublicae nomine: quam, audito reipublicae veſtrae nomine. Sequitur enim v. 25. *τὴν πολιτείαν δημοκρατίαν ὀνομάζετε*, rempublicam democratiam nominatis.

27. *ἀκȣ́σαντας.*] Malim *ἀκȣ́οντας.*

1419. 27. ὃ καὶ θαυμάζω τίς ἡ πρόφασις.] Pro δι᾽ ὅ, τίς τούτου. eſt Graeca breuitas et ἔλλειψις: niſi forte legendum ſit οὗ.

pen. πότερον προῖκα.] Vtrum gratuito dicere illa ipſos putatis? perſtringit oratores aduerſae factionis, vt largitionibus corruptos.

1420. 1. καὶ πλείω σιωπῇ.] Plura etiam ſilentio potius darent, id eſt, tacentibus, quam dicentibus. et fortaſſe legendum σιωπῶσι. Hoc non ita intelligo, vt Demoſthenes in Harpali cauſa, Plutarcho autore, viginti talentis tacuit. Sed hoc dici puto, illos oratores non modo eſſe corruptos, ſed etiam ineptos, vt qui illis noceant, quos defenſos velint. Praeſtat autem taceri omnino, quam male agi cauſam.

7. τοῦτο τοίνυν φυλάττεσθε μὴ πάσχειν.] Sine interpunctione legendum, μὴ πάσχειν τοῦτο, ἀντὶ τοῦ μὴ οὕτω διακεῖσθαι τὴν ψυχήν.

10. ἡνίκα οὐδοτιοῦν ὑμῖν πλέον ἔσται.] Quando vobis nihilo plus erit, id eſt, ἡνίκα οὐδὲν ὠφελήσει, cum intellecto errore nihilo vobiſcum agetur melius. D. Baſilius huic formulae datiuum participii addit: ὅταν οὐδὲν ἔσται πλέον ἀνιωμένοις.

In III.

16. τὸ δὲ μηδοτιοῦν μεταλαμβάνειν τὸν δῆμον.] At rei prorſus nullius participem eſſe populum, id eſt, ſublatam eſſe populi autoritatem. Poteſt etiam exponi: Illud autem, quod populus nihil omnino mutat, nullum hiſce malis remedium quaerit, etc. Sic verbo μεταλαμβάνειν vſus eſt Iſocrates in Panathenaico: καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ με ταῦτ᾽ εἰρηκέναι περὶ ταύτης, ἣν ἀναγκασθέντες μετελάβομεν. Nec vero de ea me republica quiſquam dixiſſe haec exiſtimet, quam coacti pro altera ſumus amplexi. Dubitari tamen poteſt, an ibi legendum ſit potius μετεβάλομεν, a μεταβάλλειν,

non

non a *μεταλαμβάνειν*, quod Heſychius *μεταλαγχάνειν καὶ μετέχειν* exponit.

1420. 17. *τοὺς ἀντιπράττοντας περιεῖναι.*] S. *τῷ δήμῳ.* eos, qui populo aduerſantur, ſuperiores eſſe, vel ſuperſtites, non tolli e medio. Nam vtraque eſt verbi *περιεῖναι* ſignificatio.

In IV.

Ad verſ. 21. Hoc eſt primae Olynthiacae exordium, paucis duntaxat verbis mutatis. Lego et hic v. 24. *ἐθελοντὰς*, ὀξυτόνως. pro *αὐτοὺς* v. 25. fortaſſe legendum *ἁπάντων τῶν βουλομένων.*

In V.

1421. 3. *ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.*] Aldinus codex habet *ἔστι δὲ, ὦ.* Sic continuaretur cum quarto. Parum autem refert, ſiue nouum hic exordium facias, ſiue cum ſuperiore (quod quidem non inepte fieri poteſt) coniungas. Ego in iis, quae ſeparaui, particulas connectentes, *οὖν*, *δὲ*, et ſimiles, deleui.

5. *ἁπάντων ἀκοῦσαι.*] S. *τῶν βουλομένων συμβουλεύειν.*

Ibid. *καὶ γὰρ πολλάκις συμβαίνοι.*] M. *ἂν συμβαίνοι*, vel *συμβαίνει* per *ει.*

6. *ἕτερον δέ τι.*] S. *ὀρθῶς.*

7. *ἐκ μὲν οὖν τοῦ θορυβεῖν.*] Hoc eſt, *τῷ θορυβεῖν καὶ δυσχεραίνειν.* dum tumultuamini, et faſtiditis ea, quae dicuntur. Nihil opus eſt ſubtiliter diſputare, vtrum *τὸ θορυβεῖν* antecedat, et *τὸ δυσχεραίνειν* ſequatur, an *τὸ δυσχεραίνειν* cauſa ſit *τοῦ θορυβεῖν*, cum vtraque coniungi ſoleant.

10. *παραλήψετε.*] *παραλείψετε* legendum per *ει*, a *παραλείπω*, non per *η*, a *παραλαμβάνω*: quorum verborum tempora, quae *η* et *ει* habent, crebro permutantur.

In VI.

In VI.

1421. 14. ὁρῶν μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.] Videtur hic nouum eſſe exordium. Fel. legit ὁρῶν μὲν γὰρ, vt cum ſuperiori connectatur. Sed haud dubie legendum ὁρῶ. alioqui, cum ſequatur ȣ̓ μὴν ἀλλὰ, v. 17. eſſet ἀνανταπόδοτον.

16. ȣ̔̃ς τε ἂν ἀκȣ́σητε λόγȣς ἡδέως.] Atticum pro ὧν τε λόγων.

17. ἅ τις οἴεται χαριεῖσθαι.] Ea dicere, quibus te gratiam initurum putes.

19. ὑφίςασθαι περὶ ὧν.] περὶ ἐκείνων, ἅ. Suſtinere propter ea, quae prodeſſe putet, ſiue explodi, ſiue quid vobis aliud viſum fuerit.

21. κἂν ἄλλο τι βȣ́λησθ᾽ ὑμεῖς.] F. A ὑπομένειν.

25. χρήσεσθε τȣ́τῳ.] Malim χρῆσθε, vel χρήσησθε, propter particulam ἵνα.

pen. ἀηδὲς ȣ̓δὲν τοιȣ̃τον.] Malim τοσȣ̃τον. particulam ȣ̓δὲν non puto reiiciendam, tametſi ȣ̓δὲ negatio praeceſſit. Sed duriuſcule cohaerent τοσȣ̃τον ἢ εἰ. F. τοσȣ̃τον, etc. ὅσον εἰ.

1422. 3. ἄλλως τε καὶ συνειδότας.] Pro συνειδότων, ἐπειδὴ συνοίδατε, praeſertim cum noueritis.

4. μετεγνωκότας.] Mutaſſe ſententiam.

6. ἀντιλέγειν.] Lege ἄν τι λέγειν, tribus verbis.

In VII.

9. παρὰ πάντων τῶν συμβεβηκότων.] Ab his. M. περὶ, de his, quae acciderunt, vel de euentis. Sed legendum cenſeo συμβεβȣλευκότων.

10. ὄντας ἐγγυτέρω τȣ̃, τί πρακτέον, εὑρῆσθαι.] Eſſe propiores, vt, quid agi debeat, inuentum ſit, id eſt, nihilo propius acceſſiſſe ad inuentionem, vel aeque longe abeſſe ab eius inuentione, quod fieri conueniat, etc.

11. ἀναβῆναι.] Videtur idem eſſe, quod ἄνω βῆναι, adſcendiſſe. Vnde et Κύρȣ καὶ Ἀλεξάνδρȣ ἀνάβασις dicitur a Xenophonte et Arriano de-

no deſcripta expeditio contra Perſas: et Plutarchus in vita Demoſthenis: τῷ δ' ἄνωθεν ἐκ Σέσων καὶ Ἐκβατάνων ἐπιβατὸς χρυσίῳ γεγονώς. Vnde apparet, verbum ἀναβαίνειν de loco editiore proprie intelligi. Et Iſocrates in Panegyrico de Perſis loquens: Τοιγαροῦν, inquit, οἱ καταβαίνοντες αὐτῶν ἐπὶ θάλατταν, οὓς καλοῦσι σατράπας, οὐ καταισχύνουσι τὴν ἐκείνων παίδευσιν.

1422. 14. ἑαυτῶν κατηγοροῦσι.] Id eſt, ἀλλήλων. mutuo accuſant, vel, ſe inuicem.

22. ὅτι δὲ ὑμῖν.] Quia vero vobis non confert, ſcilicet, aures praebere vitilitigatoribus.

25. τῶν αὐτῶν τούτοις οὐδὲν.] nihil eorundem illis faciam, id eſt, eos minime imitabor.

In VIII.

1423. 1. Hoc eſt exordium orationis περὶ συμμοριῶν, verbo vno duntaxat atque altero mutato.

In IX.

22. Hoc eſt exordium orationis ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν.

1424. 2. τὸ τῇ φωνῇ λέγειν ἀττικιστὶ.] In oratione p. 202. 11. ἀττικῶς.

14. ὑπ' αὐτῶν.] S. τῶν τε τοῖς Λάκωσι καὶ τῶν τοῖς Ἀρκάσι συνειρηκότων. In oratione eſt ὑφ' ἁπάντων, p. 202. 22.

In X.

23. διὰ τοὺς καιροὺς ἐνίων ὑπεναντίων αὐταῖς.] Libet ad huius loci declarationem pauca ex epiſtola Ciceronis ad Lentulum adſcribere: Neque permanendum, inquit, in vna ſententia, conuerſis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis, ſed temporibus aſſentiendum. Nunquam enim praeſtantibus in Republica gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia perpetua permanſio. Sed vt in nauigando tempeſtati obſequi artis eſt, etiamſi portum tenere non queas, quum vero id

ro id

ro id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt, eum tenere cum periculo curſum, quem coeperis, potius, quam eo commutato, quo velis tandem peruenire: Sic, quum omnibus nobis in adminiſtranda republica propoſitum eſſe debeat (id quod a me ſaepiſſime dictum eſt) cum dignitate otium, non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare debemus.

In XI.

1425. 10. *ἁμάρτημα τὸ συμβουλεύειν προτιθέναι.*] Erratum fuerit, conuocare ſenatum, proponere deliberationem, dare conſulendi poteſtatem.

13. *ὡς δοκιμάσαι δέον.*] Quaſi probandum ſit.

14. *τοὺς βουλομένους λέγειν.*] Quae ſequuntur, v. 15. ſic legenda ſunt: *παρὰ μὲν γὰρ τῶν ὅλως ἀποστερεῖσθε ἐκ τοῦ τοῦτο ποιεῖν*, etc. et poſtea v. 18. pro *οἷόν τε* lege *οἴονται.*

In XII.

1426. 2. *κατηγορίας προέσθαι.*] Accuſationes abiicere. malim *ὑπερθέσθαι*, differre, in aliud tempus reiicere.

3. *καθ' ὅτου πέπεικεν.*] Contra quem. malim *καθ' ὅ, τι*, prout viſum fuerit.

6. *τοῖς πεπραγμένοις.*] Malim *τῶν τοῖς.*

In XIII.

15. *οὐ τό.*] *οὕτω.*

19. *τοῦ τοσοῦτον.*] *τοῦ* delendum.

26. *προσήκειν.*] *προσήκει.*

1427. 2. *ἀξιόχρεώς ἐστι.*] Sententia eſt, euerſionem legum rem eſſe tantam, vt nullo ſatis magno ſupplicio coërceri poſſit et vindicari, neque, etiamſi mulcta irrogetur delinquenti, propterea quicquam conſultum eſſe reipublicae.

In XIV.

7. *ὅτι μόνον.*] *ὅτι οὐ μόνον* lege.

1427. 8.

1427. 8. ἀλλ᾽ ἐδ᾽ ἐγγὺς εἶναι.] Sed nec prope eſſe recte ſentiendo, id eſt, multum abeſſe, vt recte ſentiant.

15. ὥσπερ ἐκ γένες.] Tanquam e familia vel genere, hoc eſt, haereditariam.

In XV.

17. βελοίμην τοίνυν ἄν.] τοίνυν recte videtur omitti, alioqui hoc erit cum ſuperiore coniungendum.

27. καὶ τὰ τῶν ἄλλων.] S. ἔργα τὰ προσήκοντα τοῖς ἄλλοις. Quid alii praeſtare debeant.

28. ἰδίᾳ.] καὶ ἰδίᾳ.

1428. 1. ἐπιτιμᾶν, εὐλαβεῖσθαι.] Malim ἐπιτιμᾷ, εὐλαβεῖται.

2. καθηκόντων ἅπαντες ἔσεσθε.] Cenſeo legendum καθηκόντων ἅπαντες διαπεπραγμένοι, vel πεποιηκότες ἔσεσθε.

4. ὃς εἴσω τῆς εἰρωνείας.] Quod intra iſtam diſſimulationem veniat, id eſt, interpellet, abiicere cogat.

6. προσάγοντα.] προσάγειν οἱ πολέμιοι dicuntur hoſtes, cum exercitum admouent. Legi etiam queat προσιόντα.

In XVI.

10. περὶ μὲν τῶν παρόντων.] Pleraque ſumta ex oratione περὶ συντάξεως.

15. ἐχ ὡς ἐ συνοισόντων, ὅταν τις λέγῃ.] παρὰ τὸ συμφέρειν. Non quaſi non vtilia dictu futura ſint. Sed malim συνησόντων, παρὰ τὸ συνιέναι. Non quin intellecturi ſitis. Ita enim ſententia poſtulat. Etiam 3. Olynth. tribuit Athenienſibus intelligendi acumen, ſed cum ignauia, hic vero cum peruerſitate coniunctum. Vides, vna litera permutata, οι ἀντὶ τε η, quantum diſcrimen faciat?

22. ἀλλὰ τὲς ὑςάτες.] Belle inter ſe reſpondent, αἰτίες, ὑςάτες, ὁμοιόπτωτα.

In XVII.

1429. 5. ταύτην τε ἀληθῆ.] Similem ſententiam in Panegyrico habet Iſocrates, cui Demoſthenes opportune hic illud peruulgatum adiungit, μισῶ σοφιϛὴν, ὅϛις ȣ̓χ αὑτῷ σοφός.

In XVIII.

13. περαίνειν.] Malo παραινεῖν.

14. τȣ̃τ᾽ ἀφέντας.] Lego: εἰ δὲ μὴ, τότ᾽ ἀφέντα. Sin minus, tum omiſſis.

19. μήπω τȣ́τȣ δεδωκότας πεῖραν.] De quibus id nondum compertum eſt. Sententia eſt, veteres magiſtratus emolumenta, nouitios gloriam habere propoſitam, neutros ſpectare vtilitatem publicam.

20. εὐδοξȣ̃σι.] Lego εὖ δοξȣ̃σι.

25. ἃ παραινῶ.] Quid ſi ἅπερ αἰνῶ, ea, quae probo, legas?

In XIX.

1430. 3. ἂν ὑμεῖς.] Quae ſequuntur, ſic legi et diſtingui velim: βραχύ τί μοι πεισθῆτε πάνυ.

9. τȣ̃ πρὸς.] Malim ἢ τȣ̃. aut certe ſubintelligitur haec particula: non minus, quam eius. Alioqui ſignificaret, non minus, quam is, etc. quod eſt ineptum.

12. ȣ̓ γὰρ αὐτὸς.] Lego ὁ αὐτός. Similis ſententia eſt in exordio Iſocraticae orationis περὶ εἰρήνης.

14. τί πρῶτον δοκεῖ συμφέρειν;] Si legas, καὶ τȣ̃ σκέψασθαί τι, πότερον δ. σ. vertes: et conſiderandi quippiam, vtrum id profuturum eſſe videatur?

In XX.

16. βȣλευόμενος.] M. βȣλευσόμενος. et v. 22. ὑπομείνατε.

In XXI.

1431. 13. ἐφ᾽ ἡσυχίας.] per otium.

15. περιέργȣς.] Superuacanea. παρέργους, praeter rem, aliena ab inſtituto.

1431. 17. ἐὰν ἄρα του.] Pro τινὸς. ſi alicuius rei mentionem fecero.

In XXII.

21. εἰ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον, ὦ ἄ. A. μηδενὶ συμπολιτευόμενοι.] Si ſine ſtudiis partium et factionibus curaſſemus rempublicam. συμπολιτεύεσθαι et ἀντιπολιτεύεσθαι contraria ſunt.

26. λόγου τυχεῖν.] Dicendi poteſtas datur.

pen. εἰ μὲν οὖν δεῖ ταῦτα πυνθάνεσθαι.] Corruptum eſſe hunc locum exiſtimo, nec habeo tamen in praeſentia, qui emendem. Diuinandum igitur hic potius, quam interpretandum fuit. Veneta Franciſci Brucioli editio hic tria fere magna folia, et exordia circiter quindecim, non quidem praetermiſit, ſed in alium locum tranſtulit, et cum hoc exordio, eius exordii, cuius initium eſt: Οὔ μοι δοκεῖτε, ὦ ἄ. A. περὶ ἧς οἴεσθε, etc. p. 1448. 10. haec verba ἐκ τῶν παρεληλυθότων χρόνων καθέλκειν τριήρεις, p. 1432. 1. continuauit: et poſtea hoc exordium ſubiecit: Οἶμαι πάντας ἂν ὑμᾶς, ὦ ἄ. A. ὁμολογῆσαι, etc. Quae editio, quia Io. Bernardi Feliciani, viri doctiſſimi, et de Demoſthene praeclare meriti, induſtria, infinitis prope locis longe eſt, quam aut Aldina, aut Heruagiana vetus, emendatior, operae pretium eſſe putaui, in hac poſtrema recognitione a mei exemplaris ordine recedere: ac Brucioli editionem, quam Heruagiana poſterior, a me cum annotatiunculis meis ad Oporinum miſſa, imitata eſt, ſequi. Habet autem hoc exordium lemmata quaedam Philippicarum orationum, in quibus haec corrigenda videntur.

Ibid. καὶ σκοπεῖν.] καὶ μὴ σκοπεῖν.

vlt. καὶ πάσχειν.] F. καὶ φάσκειν. et p. 1432. 16. περιέσται.

1432. 18. κρίνετε δ' ὧν.] κρινεῖτε δ' ὃ ἄν.

19. ἐγὼ δὲ βούλομαι.] M. ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἄν.

1432. 24. *μηδ' ἀναλαβεῖν.*] *μηδ' ἀναβάλλειν.*

In XXIII.

1433. 6. *ὅσην ὑπὲρ.*] M. *ὅσηνπερ.*

10. *εἰς οὓς ἂν ἥκωσιν.*] S. *αἱ πράξεις.* ad quos eae venerint. Res enim in eorum poteſtate ſunt, a quibus adminiſtrantur.

19. *παρὰ τὴν αὐτὴν γνώμην.*] Ob eandem ſententiam, id eſt, negant, alios ita eſſe defendendos, vt ipſi, neceſſe ſi ſit, defendi nos velimus. quid vero, ſi legas *καὶ παρὰ τὴν αὐτῶν*, contra ſui animi ſententiam?

In XXIV.

27. *φήσετε.*] Malim *φήσαιτε.*

pen. *τῶν ἐπιτιμώντων.*] Id eſt, *ἢ τοὺς ἐπιτιμῶντας.* Sic Ariſtoteles: *τοῖς εἰδόσιν ἡδίων ἡ διαγωγὴ τῶν ζητούντων*, id eſt, *ἢ τοῖς ζητοῦσι.*

1434. 3. *ὑποληπτέον εἶναι.*] Exiſtimandum eſſe. haec duo verba, vndecunque in contextum orationis irrepſerint, ſuperuacanea eſſe puto.

5. *καὶ μέχρι τοῦ.*] Et quo vſque tandem haec progredientur? *μιμητικῶς* haec accipienda ſunt.

In XXV.

19. *ὡς ἀτύχημα ἂν φαίη.*] Aut *φανείη*, aut *φαίη τις.*

21. *ὑπὲρ αὐτῶν μὴ ἔχειν.*] S. *εἰπεῖν.* At ſua facta non poſſe, vt cuiusque dignitas poſtulat, defendere.

pen. *πλεονεκτοῦσιν εὐηθείας.*] Veſtra bonitate fruuntur. hoc malo, quam *εὐηπίας*, quod Bruciolus habet.

1435. 1. *οἵοις οὐδ' ἔστιν ἂν τῶν ἄλλων.*] Bruciolus *οὐδέ τις ἄν.* Ego malim *οἵοις οὐδέσιν ἂν τῶν ἄλλων*, qualibus aliorum nullis vti queant. ac prope affirmarim, ita eſſe legendum. Nam et facilis lapſus eſt, *οὐδ' ἔστιν* pro *οὐδέσιν* ſcribere, et alioqui conſtructio non quadrat.

4. *τοὺς Ῥοδίων.*] F. *τὸν τῶν Ῥοδίων.*

20. *καταδουλοῦσθαι βουλόμενοι τοὺς αὐτῶν πολίτας, διαβάλλουσιν ἡμᾶς.*] Qui ſuos ciues opprimere

 ſerui-

ſeruitute ſtudeant, calumniari nos. comma non poſt βελόμενοι, ſed ante διαβάλλεσι ponendum. praepoſitionem πρὸς redundare puto. nam verbum διαβάλλειν e ſuperioribus liquet ad Athenienſes pertinere.

In XXVI.

1435. 25. πράξασιν.] Id eſt, εἰ ἂν ἐπράξατε, ſi felix eſſet euentus.

Ibid. λέγειν γὰρ εὐφήμως πάντα δεῖ.] omnia enim placide ſunt dicenda, id eſt, non eſt vtendum verbis aſperioribus, aut vocibus mali ominis. Hac parentheſi rationem reddit, cur dicat potius εὐτυχῶς καὶ καλῶς: quod alterum membrum hac de cauſa praetermiſit.

26. τὰ τῆς αἰτίας.] *Cauſa* hic potius, vt de rebus proſperis, quam *crimen.*

vlt. ἐξαπατᾶν ὑμᾶς αὐτὸς.] Ab eis ſeduci vos.

1436. 3. ὡς ἄνθρωπος (non ἀνθρώποις) καὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν.] Vt homo et coram vobis auditoribus.

7. προσυποσχεῖν.] S. λόγον. Fortunam quoque praeſtare. Sic Cicero: Nihil eſt ſapientis praeſtare praeter culpam.

13. ὡς εὔνους.] S. ἐστὶ. ſe eſſe beneuolum, bene velle.

14. εὔχομαι δὲ.] Alii δὴ.

18. ἐσπεδακότας.] ἐσπουδακότος in genitiuo.

In XXVII.

20. εἴη εἶναι.] Id eſt, δύναιντο εἶναι. Fieri queat, vt eadem et probentur nobis, et vtiliſſima ſint.

22. καὶ ὄντων ἀληθῶς.] ὄντων pro imperatiuo accipio, ὑποθετικῶς. Eſto ſane, reuera ita ſit. Quid vero, ſi pro καὶ ὄντων legas κρινόντων, ſcilicet ὑμῶν, ſi vere iudicetis? Aut, ταῦτα, καὶ δοκεῖν τὰ βέλτισθ' ὑμῖν, καὶ εἶναι ἀληθῶς.

1436. 23.

1436. 23. δεῖ μέντοι.] Iam conceſſioni correctionem ſubiicit.

24. βȣλομένȣς καὶ κοινῶς.] βȣλευομένȣς καὶ κοινῶν, ſcilicet πραγμάτων. Sin κοινῶς ad verbum ἀκȣ́ειν referes, particulam καὶ omiſſam velim. Mox v. pen. τῶν αὐτῶν τȣ́των τῶν πεπραγμένων, addito articulo.

vlt. νομίζω δὲ καὶ ὑμᾶς.] S. εἰδέναι.

1437. 5. ἐςι δὲ τοῖς μάλιςα πεπεικόσιν ὑμᾶς ταῦτα, ἐφ᾽ ὧν νῦν ἐςε, τȣ́τοις καὶ μάλιςα συμφέρον, τὸ λόγȣ τυχεῖν τȣ̀ς ἀντιλέγοντας.] Eſt autem, qui iſta, in quibus nunc eſtis, maxime perſuaſerunt, his vel maxime vtile, vt, qui contrarium ſentiunt, audiantur. τȣ́τοις pleonaſmus elegans. καὶ μάλιςα, vel maxime, ȣ̓χ ἥκιςα. Similis ſententia eſt in fine orationis περὶ συμμοριῶν, p. 189. 27. κἂν ταῦτα ποιῆτε, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς καὶ τοῖς τἀναντία πείθȣσι τὰ συμφέροντα πράξετε· ȣ̓ γὰρ ὀργισθήσεσθε αὐτοῖς ὕςερον, νῦν ἁμαρτόντες.

9. τȣ̃το πράξαντες.] Id eſt, ἀντιλέξαντες.

Ibid. ἀθώȣς τȣ̀ς κινδύνȣς.] Innoxia pericula, id eſt, vel non accuſabuntur, vel abſoluentur ſententiis iudicum.

10. ποιήσȣσιν αὐτοῖς.] τοῖς ὑμᾶς πείθȣσι.

11. ȣ̓κȣ̃ν γε ἕξȣσιν.] Saltem non poterunt.

12. ἦν ἔργων.] ἔργον. Audire, quaecunque hominis officium fuerit: fortaſſis ἠκȣ̃σθαι, vt auditi ſunt. Nam audire licuit omnibus, perorare non item.

In XXVIII.

16. οἶμαι δεῖν ὑμᾶς.] Eſt exordium orationis de libertate Rhodiis reſtituenda.

In XXIX.

1438. 5. ἄνευ λογισμοῦ τι πεπονθέναι.] Quibus ſine ratione vulgus nonnihil eſſe affectum, vel motum, ἐν πάθει γεγονέναι.

7. μοὶ καὶ μετὰ.] Lege μὴ.

1438. 11. *τῶν ἐπιθυμιῶν κρείττω.*] Affectus rationi obedientes praebendi. et Cato:

Pauca voluptati debentur, plura ſaluti.

13. *ἐν ἡδονῇ πράττειν ὄνθ'.*] *ἡδέα εἶναι*, eſſe voluptati.

18. *δοκιμάζοντες.*] *τῷ δοκιμάζειν*, non inopia iudicii, ſed prauitate ingenii. Mox v. 21. lege *καὶ μεταπεισθείητε.*

22. *ὁ μὲν ἀγνοεῖν ὑμᾶς τὸ συμφέρον, ὁ δ'.*] Sic legendum puto, pro *οἱ μὲν, οἱ δὲ.* Sin minus, alius vos dicet in ignoratione verſari, alius, quod aliquis voluerit, id dicet: id eſt: Erunt, qui vos reprehendant, erunt etiam, qui vobis blandiantur et aſſententur.

In XXX.

26. *εἴ τινες.*] *οἵτινες* lege.

1439. 7. *ἀκέσετε.*] Lego *ἀκέσαιτε.*

11. *πάσχοντες.*] Lego *παρασχόντες.*

In XXXI.

14. *ἐγὼ μὲν δή.*] Videtur cum ſuperiore poſſe coniungi, ſed parum refert.

15. *αὐτοῖς εἰπεῖν.*] Aut his, qui a me diſſentiunt, aut pro *ὑμῖν* poſitum, aut (quod maxime probo) aliunde irrepſit particula *αὐτοῖς.* niſi forte placeat *αὐτὸς εἰπεῖν*, vt ipſe dicam.

In XXXII.

21. *εἰ δ' ἄρα μὴ πρόδηλος ἦν.*] Scilicet *ὁ πόλεμος.*

22. *ἐβουλεύεσθε· ὑπὲρ αὐτοῦ.*] Ante *ὑπὲρ* colon ponendum. *τότε* per pleonaſmum quendam emphaticum accedit, vt ſupra de pronomine *οὗτος* admonui.

24. *ἃς λελυμάνθαι.*] Quas perdidiſſe, quaſi eſſet *ταύτας δέ.* pro *λελυμασμένοι ὦσι*, perdiderint.

25. *τοῦθ' ὑμῶν.*] Veſtram iſtam excuſationem accipiet nemo. Vel, iſtud a vobis accipiet nemo. *ὑμῶν* non

non iungendum eſt nomini *ὐδεὶς*, ſed vel pronomini *τὔτο*, vel verbo *ἀποδέξεται*.

1440. 5. *ὅσηνπερ ἐκ τῶν ἄνωθεν χρόνων ἀμελείας.*] Aut *ἀμέλειαν*, aut *ὅσονπερ ἀμελείας*.

6. *ἐκ πολλῦ.*] S. *χρόνυ*, hoc eſt, *μετὰ πολὺν χρόνον*, longo poſt tempore.

7. *ἑλεῖν.*] Verbum *δυνηθῆναι* addit Bruciolus. quod ſine et ſententiae et conſtructionis incommodo vel adeſſe vel abeſſe poteſt: niſi quod id abeſſe magis Demoſthenicum videtur.

In XXXIII.

21. *ἂν εἶναι βελτίυς.*] Pro *ἔσεσθαι*.

23. *μὴ στασιάζειν.*] M. *μὴ συστασιάζειν*.

24. *ἃ ἕτεροι.*] Lego *οἱ ἕτεροι*, vel *ἅτεροι*, alterutri.

vlt. *τὸ γὰρ καταρᾶσασθαι συμβυλεύοντι.*] Id eſt, *ὅπως ὁ συμβυλεύων καταράσηται*. Non decuerit conſiliarium deuouere quenquam, vel, diris perſequi. Magna fuit religio veterum, ne qua vel in auſpicandis nouis rebus ominoſa, vel alioqui propoſitae rei minus congrua vox audiretur. Vnde in epitaphio noſter autor Bacchum nominare, nuptiarum item prolixius meminiſſe, nefas ducit.

In XXXIV.

1441. 1. *αἰτιασαίμην μὲν ὖν.*] Lego pro *ὖν*, *οὐδένα*. Sequitur enim v. 2. *ἀλλ᾽ ἢ*, nec aliter ſententia conſtabit.

In XXXV.

8. *εὐδοξῦσι.*] Et hic *εὖ δόξυσιν*. *εὐδοξεῖν* (ſed *εὐδοκιμεῖν* vſitatius) eſt florere gloria, cuius contrarium *ἀδοξεῖν*, vel in obſcuro eſſe, vel etiam, male audire.

20. *ὐδ᾽ ἐπὶ τῷ.*] Neque hoſtium infirmitate fretos eſſe, ſed, etiamſi potentes illi ſint, tamen ſperari victoriam debere: *ἐπὶ τῷ κρατῆσαι*, v. 21. coniunge. et poſtea, ibid. *κἂν δύνωνται*, S. *οἱ ἐχθροί*.

1441. pen. *καίπερ ὁρῶν ἡγȣμένȣς ὑμᾶς.*] tametſi vos duci video. *ἡγȣ̃μαι* nunquam paſſiua ſignificatione legi. quare *κηλȣμένȣς* legendum cenſeo, id eſt, demulceri: vel *πειθομένȣς*, perſuaderi, vel potius (quod eſt et ſcripturae et pronunciationi propius) *ἡδομένȣς τȣ́τοις*, (S. *τοῖς ἐξαπατῶσι τῶν ῥητόρων*, vel *τούτοις τοῖς λόγοις*: quod perinde eſt) delectari. Inter enim dictandum librarius facile *ἡγȣ* pro *ἡδο* accipere potuit. et ex ea re, cum vel anagnoſtes obſcurius locutus eſt, vel librarius ſurdaſter fuit, conſentaneum eſt, multos bonos autores male eſſe deprauatos.

1442. 1. *λόγον καταδεῖσαι.*] pertimeſcere orationem, id eſt, diffidere orationi, ſi ſis meliora dicturus. Obſerua et hoc, *λόγον τὸν μέλλοντα λέγειν*, orationem dicturam: etſi fortaſſe verba ſic ordinanda ſunt: *εὔηθες, τὸν μέλλοντα λέγειν λόγον βελτίω*, etc. *καταδεῖσαι*: vt is ſibi metuat, qui meliorem et vtiliorem habiturus eſt orationem.

In XXXVI.

14. *εἰ δ᾽ ἄρα.*] Quod ſi alibi vſpiam, vel alia quapiam ratione eueniret. Satis obſcurum eſt, quid ſibi velit. Sententiam eſſe puto: ſi id minus perſuaderi vobis poſſet, ego tamen rectum conſilium nihilo minus mihi laudi ducerem.

15. *ἄλλῃ πῃ.*] Quod ſi alio quopiam modo, hoc eſt, ſi ſecus eueniret, ſi malus euentus eſſet conſilii. *ἐμαυτῷ γ᾽ ἂν εἰρῆσθαι*, pro *ὑπ᾽ ἐμαυτȣ̃ εἰρῆσθαι*, a me eſſe dictum: ſententia erit abſurda. Quis enim autor infelicis eſſe conſilii velit? coactius etiam illud eſt, ſi *ἐμαυτῷ γ᾽ ἂν εἰρῆσθαι*, cum mea pernicie eſſe dictum, mihi id nocere potius, quam reipublicae. Puto igitur, addendam eſſe negationem *ἐμαυτῷ γ᾽ ἂν ȣ̓κ εἰρῆσθαι*, a me certe non eſſe dictum illud, rebus omnibus anteferrem. *ἄλλῃ πῃ* pro *ἄλλον τινὰ τρόπον* accipio, tametſi et localiter ſignificet.

1442. 20.

1442. 20. ἐφ' ὧν ἐςι.] lego ἐφ' ὧν ἐςε, in quibus eſtis, quae tractatis.

21. ἐπιεικὴς.] Vir bonus, quam clarus orator, habere malit.

22. ὅτω τί μοι ἀγαθὸν γένοιτο.] Sic aliquid mihi bonum fiat, ita me Dii bene ament, ſic mihi feliciter eueniat.

23. ἐπειδὴ ἐπείη μοι.] Cum in animum induxiſſem. ab ἔπειμι, id eſt, ἐπέρχομαι, vnde ἐπελθεῖν, in exordio τῆ α΄ Ὀλυνθ. p. 9. γ.

26. πολλὰ εἰπεῖν καὶ ἑώρων.] multa poſſe dici et videbam et video. Verbum εἰπεῖν accipio pro οἷόν τε εἶναι εἰπεῖν, vt ſi latine dicas, dicenda videbam.

vlt. ποιήσαντα.] aut ποιήσαντ' ἄν, aut ποιήσοντα.

Ibid. δεῖ δὲ.] Cum, vt orator alicuius ſuaſor negotii ſit, requiratur. Vide, ne te ordo verborum turbet.

1443. 5. τὲς συναιρεμένες.] vos, qui adiuuetis, pro τῆ συναίρεσθαι, vt adiuuetis. niſi forte τὲς συνερεμένες per ε eſt legendum, pro οἷς ἂν συνεροῖ τις, eis, quorum cauſam agas.

In XXXVII.

9. ἐκ ἄδηλον ἦν.] Videtur nouum exordium.

12. ἔροιεν.] F. ἐροῖεν, ab ἐρέω.

14. τοῖς τότε δόξασιν συνειπεῖν.] M. ἀντειπεῖν. Nam ſi eadem probarunt, cur contradicant poſtea?

15. πάλιν ταῦτα.] S. quae nunc audire detrectatis.

In XXXVIII.

19. εἰ μήτε.] Sententia eſt: ſi neque decreta veſtra irrita videbuntur, neque vos ea, quae profutura ſint, ſic egeritis, vt vtilia omittatis, neque certis quibusdam oratoribus, tanquam hiſtrionibus in ſcena regnantibus, addicti fueritis, et res veſtrae meliore in loco futurae ſunt, et vos habebimini prudentiores. Mul-

titudo negationum perturbat minus attentos, quae ſi in affirmationes conuertantur, omnia erunt planiora, ad hunc modum: ὀυδαμῶς χείρω, id eſt, πολλῷ βελτίω, ὀυκ ἀτοπώτεροι, id eſt, φρονιμώτεροι, μὴ μηδὲν πέρας ἔχειν, id eſt, πέρας τι ἔχειν, μηδ᾽ ἀφέντες, id eſt, καὶ φυλάξαντες, εἴητε δὲ, id eſt, καὶ μὴ εἴητε. hic enim negatio repetenda eſt e ſuperiore membro μηδ᾽ ἀφέντες. Sic nullus, opinor, ſcrupulus reſtabit. Nam in ſequenti exordio ἀλυσιτελέστατον eſſe dicit τὸ πέρας μηδὲν ἔχειν τῶν τοῖς Ἀθηναίοις δοξάντων, p. 1444. 14. et in fine huius ipſius exordii monet Athenienſes, ne rectam ſibi extorqueri ſinant, et oratorum improbitatem accuſat.

1443. 20. μηδ᾽ ἀφέντες, ἃ συμφέρει, τῶν πρὸ ὁδοῦ τι περαίνοιτε.] τὰ πρὸ ὁδοῦ ſunt τὰ λυσιτελοῦντα, ea, quae adiuuant et expediunt rem. Videtur ſignificare, alias vtilitates ſic amplectendas, vt aliae non negligantur. Sed argutior eſſet ſententia, ſi τῶν πρὸ ὁδοῦ τι ἀντὶ τοῦ τῶν τυχόντων τι liceret interpretari.

21. εἴητε δ᾽ ὥσπερ.] repetenda eſt, vt dixi, negatio μὴ, niſi forte legendum εἴητε δ᾽ οὐχ ὥσπερ. οἱ τὰ θέατρα καταλαμβάνοντες videntur eſſe comoedi et tragoedi. Qui, quamuis explodi nonnunquam ſolent, tamen illis ſolis vacant et oculi et aures auditorum, praeſertim, cum praeclare ſe gerunt, et nunc riſum, nunc fletum, nunc indignationem, nunc miſericordiam mouent, denique ſpectatores, tanquam tyranni, in quemuis affectum traducunt. Sic intelligere malo, quam τὸ κατέχειν τὸ θέατρον pro θέαν καταλαμβάνειν. Quod ſi cui placeat, ſententia fuerit: in theatro, quem quisque locum occupat, eum tenet: ſed apud vos ita fieri non debet, vt primo cuique ſententiam dicenti pareatis, excluſis poſterioribus. et quidem videntur verba quaedam deeſſe, vt εἴητε δ᾽ ἐνίων τῶν λεγόντων, ὥσπερ: vel εἴητε δὲ τῶν πρώτων εἰπόντων, ὥσπερ.

ὥσπερ. Locus mendo vacare non videtur: ſequatur quisque, quod videbitur.

1443. 23. ποιήσαντες τὸν πόνον.] F. πονήσαντες, quod magis atticum videtur. et v. pen. βέλτιόν τι τῶν.

1444. 8. συμφέροντας.] συμφέροντα.

9. τυγχάνετε.] τυγχάνητε malim.

In XXXIX.

15. ἔχειν κατεγινώσκετε.] Durior conſtructio, praecedente infinitiuo, ſubiungi per coniunctionem indicatiuum. Quare niſi autores interdum et hoc et alia indulgere ſibi ſcirem, legere malim: παρανοίας θ' ὑμᾶς καταγινώσκειν ὑμῶν αὐτῶν μεταβελευόμενοι: vel, ὅτι μήτε πέρας μηδὲν ἔχει, etc. ſed ſententia plana eſt.

20. ἐξ ὧν παραινεῖν.] Legendum haud dubie ἐξὸν παραινεῖν, cum liceret monere. eadem ſententia grauiter vrgetur in oratione περὶ ςεφάνε actorum Demoſthenis et conſiliorum calumniator Aeſchines.

23. καὶ μηδεμιᾶς.] (Neque vero velim, id, quod dicam, exſiſtere iurgii principium.)

25. ἐπαινῦντας.] ἐπαινῦντες. et v. 26. ἄγασθαι.

pen. μέχρι μὲν τῦ δόξαι.] eo vsque, dum ſtatuatur, id eſt, antequam vel tantiſper, dum decreta fiant.

vlt. ἐπειδὰν δ' ἐπικυρωθῇ.] S. ἡ γνώμη. cum aliqua ſententia comprobata et decreta fuerit.

1445. 1. ταῦτα ἅπαντας.] malim ταὐτὰ, eadem.

Ibid. ἐπαινεῖν, καὶ.] eadem laudare omnes, rerumque gerendarum eſſe adiutores illos etiam, qui aduerſati fuerant.

2. πολλοὶ μὲν ὄντες, ὀ πολλοὶ περιγίνονται.] Suſpecta mihi lectio eſt, nec tamen venit in mentem certius aliquid. Interim ſic expono: quamuis multi ſint, non multi tamen vincunt: id eſt, Maior pars non vincit meliorem, vt Liuius loquitur. Quod ſi transpoſita negatione legas: τοιγάρτοι ὀ πολλοὶ μὲν ὄν-

τες,

τες, πολλῶν περιγίγνονται, id eſt, cum multi non ſint, multos vincunt: ſententia erit, eos prudentia et concordia potius, quam numero, caeteris eſſe Graecis ſuperiores. Praeclarum ſane inſtitutum Laconum: SENTENTIAS DICERE LIBERAS; CONCILII LIBERI DECRETA CONCORDITER TVERI.

1445. 6. *παραινεῖν.*] legendum *περαίνειν.*

In XL.

20. *εὔξεσθε.*] legendum *εὔξαισθε*, in optatiuo, per *αι*.

25. *εἰ μὴ φιλαπεχθήμων εἶ.*] lego *φιλαπέχθημον ᾖ*, niſi eſſet odioſum.

26. *τοῦ φενακίζεσθαι.*] non poteſt paſſiue ſat exprimi commode: decipiendi veſtri tempus, id eſt, vt vos decipiamini: ſi quam minimum illis ſpatium decipiendi vos dederitis.

In XLI.

1446. 2. *οἴομαι λόγον ἔχειν.*] Fortaſſe *λέγειν ἔχειν, τουτέστιν, εἰπεῖν δύνασθαι*; ſed et *λόγον* nihil habet incommodi.

Ibid. *βραχὺς δ᾽ ὁ χρόνος.*] S. *τοῦ ἀκούειν.* Quid ſi *ὁ λόγος.*

In XLII.

4. *καὶ βραχεῖαν.*] Nouum exordium.

5. *καὶ οὐδὲ τὰ πάντα ἐρῶ.*] Neque omnia dicam. Suſpecta mihi lectio eſt, ſed nihil habeo melius.

7. *ὑμεῖς τρόπον τοὺς ἀκούοντας καὶ.*] Lego *ὑμᾶς τρόπον τοὺς ἀκούοντας προσάγηται καὶ.* Omnino enim tale aliquod verbum deeſt.

8. *συγκρύψητε.*] Lego *συγκρύψηται.*

In XLIII.

20. *πρῶτον μὲν.*] Nouum exordium.

pen. *πρὸς τὸν.*] *τό.*

vlt. *χαλεπωτέρους.*] *χαλεπωτέρως*, difficilius.

In XLIV.

In XLIV.

1447. 2. τὸ μὲν οὖν ὀργίλως ὑμᾶς.] Particula οὖν ablata, ſtatuo hic nouum exordium.

6. τῶν αἴτιοι τῶν.] Prius τῶν delendum.

In XLV.

20. τὸ δὲ ταῦτ' ἐπανορθοῦν αὐτοὺς, ἡγεῖσθαι προσῆκον. τῆς.] αὐτοὺς ἐπανορθοῦν, id eſt, ἵν' αὐτοὶ ἐπανορθῶτε. vel, τὸ δὲ ἐπανορθοῦν, αὐτοῖς ἡγεῖσθαι προσῆκον· τῆς etc. deleto v. 22. καὶ, ante τῆς ὑμ. et ibid. χρὴ δὲ τοὺς ὄντας, οἷοι φήσαιτ' ἄν.

26. καίτοι δαιμόνιον τοῦτ' ἀπέκειτο ὥσπερ πέπρακται.] Sic lege et diſtingue: καίτοι δαιμόνιον τοῦτ' ἀπέκειτο· ὥσπερ etc. et hoc fato quodam inſtiterat. quanquam pro ἀπέκειτο etiam ἐπέκειτο, vrgebat, legi poteſt.

1448. 7. ἐὰν τοῦτο πρὸς.] κἂν τοῦτο legendum: etiam hoc a vobis fuerit, id eſt, profuerit vobis.

In XLVI.

14. καὶ τοὺς τῶν αὐτῶν.] καὶ ἑαυτοὺς τῶν αὐτῶν lege.

17. ἐβουλευόμενοι.] βουλευόμενοι, aut certe βεβουλευμένοι.

18. πραγμάτων, ἁπάντων.] Lego πραγμάτων ἁπάντων, ἐστί. Atque harum rerum omnium caput ſunt duces, quorum plerique ex his, qui claſſe hinc ſoluunt.

20. τοὺς ὑμετέρους φίλους, οὓς etc. τούτους οἴονται.] τούτους per pleonaſmum accedit.

24. τοὺς αὐτῶν.] malim αὐτοῦ, quanquam propter nomen ἕκαστος etiam αὐτῶν legi poteſt.

26. ἐχθροτέρους.] ſequitur v. eod. μᾶλλον ἐχθρούς. tolerari poteſt haec lectio: Neque enim inimiciores, neque

neque quos vobis magis inimicos eſſe neceſſe ſit, inuenietis. Vt haec ſit ſententia: et inimici ſunt vobis, et neceſſario ſunt inimici, S. οἱ ϛρατηγοί. Sic et Philippum neceſſario Athenienſibus inimicum eſſe, alibi dicit. Si igitur ipſi duces inimici ſunt, eorum aſſentatores amici qui ſunt habendi? Sed pro ἐχθροτέρους fieri poteſt, vt aliud nomen ſcriptum a Demoſthene fuerit.

In XLVII.

Cuius initium eſt: οὐδένα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

1449. 10. ὅπως μὴ ταῦτα.] Lego ταὐτά.

Ibid. πείσησθε.] hic finitur periodi πρότασις.

11. νῦν γεγενημένων.] Lego ὑπὲρ τῶν νῦν, vel, νῦν ὑπὲρ τῶν.

17. τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν.] τοῦ λυπεῖσθαι ἡμᾶς τοῖς γεγενημένοις. quaedam huc translata ſunt e prima Olynthiaca, et oratione Cherſoneſitana.

vlt. τοὺς ἐχθροὺς ἀνέχει.] nobis deſertis inimicos euehit.

1450. 3. ἄνευ μεγάλου τινὸς ϛήσεται.] S. κακοῦ. Fieri nequit, vt haec ſine magno malo conſiſtant, id eſt, profecto in magnum aliquod malum erumpent. Sententia eadem exſtat 4. Philipp.

In XLVIII.

5. οὐδὲν ἐϛιν, ὦ ἄνδρες.] Videtur nouum exordium. aut certe legendum οὐδὲν δ' ἐϛίν.

21. ἀναμένειν παθόντες αἰσθέσθαι.] Exſpectare, dum veſtropte malo ſentiatis.

In XLIX.

23. ἐξήτησεν.] παρὰ τὸ ἐξαιτέω. legendum ἐζήτησεν.

1450. 26.

1450. 26. ἀλλ' ὅτι.] Fortaſſis ἢ ὅτι.

pen. τοὺς δὲ πλησίον.] Eos vero, qui prope peccata ſunt, id eſt, qui animaduertunt errata ſua. ſic intelligere malo, quam, qui nuper deliquerunt. aut forte ἀτυχημάτων pro ἁμαρτημάτων legendum: qui non ita pridem cladem acceperunt.

1451. 1. σώφρονας παρέχει.] S. τὸ κακῶς πράττειν. Ille ipſe malorum ſenſus ſobrios et moderatos eos facit. Simile eſt exordium Areopagitici Iſocratis.

In L.

18. ταῦτα, οὔτ' ἂν ἐμοὶ τὰ δέοντα ἐδοκεῖτε.] Lego ταὐτά. Si in eadem ſententia eſſetis omnes. Sed τὸ ὅταν ᾖ τοὐναντίον, cum contrarium fuerit, vel, ſi contra res ſeſe haberet, quo referendum ſit, quidue ſibi velit, neſcio. Totus hic locus confuſione interpunctionum obſcuratus, ſic diſtinguendus videtur: εἰ μὲν οὖν ἅπαντες ἐγινώσκετε ταὐτά. οὔτ' ἂν (pro ἐὰν) ἐμοὶ τὰ δέοντα ἐδοκεῖτε προαιρεῖσθαι, οὐκ (pro οὔτ') ἂν παρῆλθον. περίεργον ἡγούμενος, τοῖς ἀφ' αὑτῶν, ἃ χρὴ, ποιοῦσι, λέγειν. οὔθ' ὅταν ἦν τοὐναντίον, id eſt, κἂν μὴ τὰ δέοντα ἐδοκεῖτέ μοι προαιρεῖσθαι, vel addenda negatio, οὔτ' ὅταν μὴ, S. τὰ δέοντα προαιρεῖσθαι. Hanc lectionem retinebo tantiſper, dum melior offeretur. Nec etiam ita ſum (cognita praeſertim librariorum incuria et imperitia, ſaepe etiam temeritate ac petulantia) religioſus, (quanquam licentiam interpretum minime probo) quin audendum potius aliquid exiſtimem, (admonito lectore tamen inprimis) quam ea vertere, quae peruerſa eſſe omnibus appareat, quaeque a nemine intelligi poſſint.

24. μετὰ τούτων.] S. τῶν ταὐτά ἐμοι γιγνωσκόντων, cum his, qui mecum faciunt.

1451. 25.

1451. 25. *τȣ̀ς ἑτέρȣς.*] diuerſum ſentientes.

vlt. *δοκῶ μὲν.*] Legendum vno verbo *δοκῶμεν*, Scil. *ἐγώ τε καὶ οἱ ἐμοὶ σύμψηφοι.* Poſtea poſt 1452. 1. *ἔσεσθε πεπεισμένοι* colon ponendum, et, *ἂν ἐφ᾽ οἷς τι.* Niſi malis, *ἂν γὰρ ἐφ᾽ οἷς*, nouam ordiri periodum. Alioqui legendum. v. 3. *φανῇ· καὶ μετ᾽ ἐλέγχȣ.* Eſt autem *μετ᾽ ἐλέγχȣ δεδογμένον*, conſilium non fortuitum ac temerarium, ſed nixum ſuis rationibus, et munitum. Sic apud Iſocratem in Panathenaico: *τὰ μὴ μετ᾽ ἐλέγχȣ εἰρημένα* ſunt verba temere fuſa, nullis fulta probationibus.

In LI.

1452. 8. *ὑμῖν τε ἀγαθὸν βȣ́λομαι ἂν γενέσθαι.*] M. *ὑμῖν τε ἀγαθὰ βȣλοίμην ἂν γενέσθαι.*

10. *μὴ κεχωρισμένον ᾖ.*] ne ſeparatum ſit: id eſt, ne non ſimul et ſalutaria dici, et iucunda poſſint. *λόγον εἰπεῖν εὖ* eſt diſerta oratio, quae vulgo tum maxime probatur, cum aſſentatur. Separat igitur hic Demoſthenes eloquentiam a ſapientia, et quidem, ſi vera fateri volumus, nihil prohibet, quo minus etiam falſa et pernicioſa ita fucentur, vt hominibus inertibus et imperitis, non audientibus modo, ſed ipſis etiam dicentibus, ſane quam egregia videantur. Stultis enim et improbis non minus ſuppetunt ſuae rationes commentitiae atque falſae, quam ſapientibus et bonis viris verae atque firmae. Nam et Cicerone autore 2. de diuinatione, Paucis eſt bona ratio, mala plurimis.

15. *τῶν γὰρ εἰθισμένων.*] S. *λέγειν.* Eorum id munus eſt, qui vſu dicendi exercitati ſunt.

18. *τȣ̃τ᾽ ἐμποιȣ̃σι.*] S. *τὸ νȣ̃ν ἔχειν.* Prudentiam parit experientia et multa vidiſſe. pro quo ego poſui, multarumque rerum vſus, quod ſententiae per hanc libertatem nihil decedat, et oratio ſit latinior.

1452. 19.

1452. 19. *ἐν τῷ παρόντι νῦν.*] Videtur pleonaſmus.

26. *τȣ̃ ῥήματος τȣ́τȣ.*] S. *τȣ̃ μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἀδικȣ̃σι.*

vlt. *πρό τε τȣ̃ λέγειν.*] ante orationem et ante rerum adminiſtrationem, id eſt, orationes et res ipſae non pari labore conſtant.

1453. 4. *ἐπειδὴ τέως ἠμελεῖτε τȣ̃ διαγωνίζεσθαι.*] quoniam cum id factum oportuit, proelium committere neglexiſtis. *τέως* exponit Heſychius *ἕως*, donec, *μέχρι*, vsque, *πρὸς τὸ παρὸν*, in praeſentia, vel hactenus, *ὅμως*, tamen, *τότε καὶ τηνικαῦτα*, tunc, *ἐν τοιȣ́τῳ*, tali ſtatu rerum, vel tali tempore, interea, *πρότερον*, prius.

In LII.

7. *ὅσην μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.*] Nouum hoc exordium eſt.

9. *πλὴν γὰρ ȣ̓κ ἔχω τίνος εἴπω, τἄλλα πάντα.*] Excepto enim vno neſcio quo, caetera vobis omnia accepta referre ſtuduerunt. Praeter enim (ſcilicet, vnum quiddam) non habeo, quod dicam (id eſt, neſcio quid) caetera, etc. eſt graeca breuitas.

11. *ἔχετε εἰκότως.*] *εἴχετε* legendum.

14. *παραβαίνοντες.*] malim *ὑπερβαίνοντες*, praetereuntes. nam illud de violatione foederum legumque ſaepius vſurpatur.

In LIII.

25. *τὰ μὴ προσόντα αὐτοῖς.*] Malim *τὰ προσόντα αὐτοῖς.* Alii, dum admonentur, vera ſua probra tam aequis animis non accipiunt, quam vos ea, quae falſo in vos congeruntur. Hanc lectionem in vertendo ſum ſecutus. Quae ſi diſplicet, *τὰ μὴ προσόντα* expo-

exponas licet, aliena delicta, quae inter admonendum exempli gratia proponantur. Sed *φάρμακον* hoc *σοφώτερον, ἢ ἀληθέστερον, εἶναι* mihi videtur.

1453. pen. *δεινότατοι ἀκούειν.*] facillime audire, id eſt, minime aegre ferre, aequiſſimis animis accipere. *δεινότατοι ἐστὲ* pro *μάλιστα δύνασθε καὶ εἴθισθε.* Sed plura de hoc verbo in paraeneſi Iſocratis diximus.

1454. 2. *τοῦτ᾽ ἂν εἴη.*] S. *δίκην διδόναι*, facilitatis noſtrae ſupplicium id fuerit, audire probra noſtrae ciuitatis.

3. *εἴ τι δίκαιον*, ſi quid aequum ſit, id eſt, ea, quae aequa ſint.

In LIV.

6. *βουλοίμην δ᾽ ἄν.*] Haec periodus non male cum ſuperioribus cohaeret, ſed cum ſequentia nihil ad rem facere videantur, omiſſa particula *δ᾽* nouum exordium ſtatuo.

8. *προσῆχθαι τοὺς λόγους ἐπαινέσαι τούτων.*] Lego *προῆχθαι τοὺς λόγους ἐπαινέσαι, περὶ τούτων.* Vellem, vos non propterea, quod impulſi eſtis ad orationes laudandas, de eis inter vos litigare: ſcilicet, qui orator omnium optime diſſeruerit. Sed et illa retineri lectio poteſt: *τοὺς λόγους ἐπαινέσαι τούτων, φιλονεικεῖν*, vt *τοὺς λόγους τούτων*, S. *τῶν εἰπόντων*, coniungantur, verbo *φιλονεικεῖν* abſolute poſito. Notatur vulgi ſtultitia, verba magis in audiendis conſiliis, quam rem ipſam intuentis: id quod etiam Solon hoc diſticho Athenienſibus exprobrat.

Εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπος αἰόλον ἀνδρός
Εἰς ἔργον δ᾽ οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.

Callida verba viri linguaeque volubile plectrum
Reſpicitis: ſed res vos minus ipſa mouet.

In LV.

In LV.

1454. 15. *μὴ κατ' αὐτὸ.*] F. *κατὰ ταὐτὸ*, eodem modo. Similis ſententia eſt Iſocratis in oratione de pace, vbi *ταῖς δόξαις διαφέρειν ἀλλήλων*, nihil aliud eſt, quam *μὴ κατὰ ταὐτὸ κεκρίσθαι παρὰ πᾶσι τὸ βέλτιςον.* *κατ' αὐτὸ*, per ſe, *ἀντὶ τῦ καθ' αὑτό.*

17. *τὸς ὑπειληφότας συμφέρειν.*] S. *λέγειν*: eſſe operae pretium, vt ſententiae dicantur.

26. *παράντα, δυνηθέντας*] Lego *παρόντα, δυνηθέντος.*

1455. 2. *παρ' ὑμῖν αὐτοῖς τι πεπεισμένος.*] Sic legendum, non *πεπειρασμένος*, apud vosipſos aliquid perſuaſum habere: ſententiam domo vobiscum attuliſſe.

In LVI.

1455. 8. *ἀλλ' οἱ μὴ πειθόμενοι*] Sic et Euripides feſtiue admodum *τοῖς μισογυνείας* crimen in Hippolyto coronifero eludit.

Ibid. *τοῖς ἡμετέροις.*] *ὑμετέροις*, veſtris, legendum. ſequitur enim *ἃ ὑμεῖς προσετάξατε.*

11. *ὐδ', εἰ τὸ δεύτερον, αὖθις.*] neque, ſi ſecundo feciſſent, rurſus, id eſt, tertio, fuiſſet opus verba facere.

12. *τὰ προσήκονθ' ὑμῖν.*] F. *ἡμῖν.* ea, quae nos decent. quanquam vtrumque abeſſe poſſet.

15. *ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι.*] Citantur et in oratione *περὶ ςεφάνυ* Sophoclis in hanc ſententiam elegantes verſiculi, quos in ipſo autore ſtudioſi requirant.

18. *ἀλλ' ὐδὲ τὸ μικρότατον.*] *τὸ ἀλλ'* redundare puto.

19. *ὅπως δὲ λήψονται. εἰ μὲν ὖν.*] poſſunt haec *κατ' ἀποσιώπησιν* excuſari, ſed eius figurae nullam video

deo cauſam. addendum igitur, τȣ̃το μόνον σπȣδάζȣσι, μελετῶσι, σκοπȣ̃σι, vel ſimile quippiam.

1455. 20. ἔπληξεν.] ἐπέπληξεν.

23. δεῖ, προσθήσειν αὐτοῖς.] me ipſis additurum, id eſt, largiturum aliquid vltra debitum reipublicae munus: vel potius plura facturum, quam debeam.

In LVII.

1456. 4. ȣ̓δὲν γὰρ πλέον (S. ἐςὶ.) εἶναι τόν.] nihil proficitur, ſi ſit.

6. ὃς ἄν τις.] Lego, ὅσα ἄν τις, aut cum Apoſtropho, ὅσ᾽ ἄν τις.

9. ὑμῶν αὐτῶν ὄντες.] ἑαυτȣ̃ εἶναι, ſui iuris, liberum, nemini addictum eſſe. ἑαυτȣ̃ γενέσθαι, ſeſe vult in libertatem aſſerere. Contrarium τὸ ἑτέρȣ εἶναι ἢ γενέσθαι, ἀντὶ τȣ̃ δȣλεύειν.

12. ἔλεγχον δεδωκότα.] comperta et comprobata.

15. ἀνάγκη πράττειν, ἢ εἰ καὶ.] Puto ſic legendum, ἀνάγκη πράττειν εἴη, καὶ, etc. neceſſe fuerit agere: neque iterum ex iis, quae reſtant, mutare conſilium licuerit.

In LVIII.

17. τὴν ἀειλογίαν προτεινομένȣς.] Non eſt, nihil aliud in ore habere, aut ſubinde gloriari ſolere: ſed ad rationes reddendas perpetuo ſe paratum profiteri.

19. περὶ ὧν ἡμάρτετε.] Tale argumentum eſt, ductum e loco contrariorum: Ipſi recte facta ſibi laudi ducunt: peccant igitur, cum vos praecipitatione conſiliorum in delicta impellere ſt .dent.

21. τῆς μετὰ τȣ̃ χρόνȣ βασάνȣ.] diuturna probatione, ea probatione, quam temporis longinquitas affert. Recte Publius:

Ad poe-

Ad poenitendum properat, qui cito iudicat.

1456. 22. τὴν μὲν τȣ́των σπȣδήν.] Ac quid iſti quaerant, ſtudeant, propoſitum habeant, venentur.

In LIX.

1457. 8. παντὸς ἀξία.] omni re digna, quantiuis pretii.

13. οἶδα ἀκȣ́σας.] ſcio, me audiſſe apud vos: memini audire, μέμνημαι ἀκȣ́σας.

17. μὴ τὰ ἢ τά.] ne haec vel illa, ſed haec: hoc eſt, conſilia imperatoris non eſſe debere temeraria, fortuita, incerta: ſed vnum habere ſcopum propoſita, nempe ſine clade victoriam. De Iphicrate conſule Aemilium Probum, ſcriptorem non improbandum.

23. πανταχῶς.] F. πανταχόσε, vel πανταχόθεν, ab omni parte, legendum.

Ibid. μελλȣσῶν ἕνεκ᾽ ἐλπίδων.] propter futuram, hoc eſt, ambiguam et incertam ſpem.

26. ȣ̓δέν᾽ ἄν.] pro ȣ̓δένα ἄν. Caue legas ȣ̓δὲν neutro genere. Mox, v. vlt. τȣ̀ς τȣ́των αἰτίȣς μᾶλλον εὐδοκιμεῖν. Poſt, 1458. 6. fortaſſe legendum: αἰτιᾶσθαι, τί ὑμᾶς τȣ̀ς ἐξηπατηκότας ἡμᾶς τηνικαῦτα λέγωμεν;

In LXI.

1458. 8. τὴν ἴσην ἔχειν.] legendum τὴν ἴσην εἶναι, vel ὑπάρχειν.

18. ὑπηρεσίαι.] miniſteria, S. τῶν προδοτῶν.

In LXII.

26. ȣ̓χ ȣ̔́τω τȣ́τοις, etc. ἀλλ᾽ ὑμῖν.] ἀντὶ τȣ̃ ὥσπερ ὑμῖν.

1459. 4. *ὡς ἂν ἀλλήλους.*] lego *ἃς.*
6. *οὐδεὶς αὐτῶν θάτερος θατέρῳ.*] F. *ἅτερος θἀτέρῳ.*
9. *φασι ποιοῦντα.*] pro *ποιεῖν.*
Ibid. *ἂν δέῃ δεινότατ᾽ ἀνθρώπων ποιεῖν.*] Si oporteat atrociſſima hominum facere, id eſt; etiamſi ſummum ſcelus admittendum ſit.
14. *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι;*] Cenſeo cum puncto interrogatiuo legendum, vt *οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν* v. 15. per ſubiectionem dictum accipiatur. alioqui perturbatior eſt ordo verborum.
25. *κυρίως.*] conſtanter, quod in reipublicae poteſtate et ſit et maneat.
26. *τῆς λίαν ἀῤῥωστίας ἀπηλλάγητε.*] M. *ἀπαλλαγείητε.*
pen. *οὐδ᾽ ὁρῶντες ἀνέξεσθε.*] pro *ὁρᾷν* Latino more. Similis locus eſt in oratione Iſocratis *περὶ εἰρήνης.*
vlt. *καὶ χοῇ.*] *χοὴ* libamen ſignificat et inferias. Sed hic legendum puto *χοῖ*, a *χοῦς*, quod et *χοεὺς* pro certa vini menſura. Similia habentur et in Olynthiaca 3.

In LXIII.

1460. 8. *ὅπερ ὑμεῖς εἰώθατε, καὶ ἡμᾶς προνοεῖν.*] vt id, quod vos ſoletis nos quoque prouideamus, curemus.
16. *τυθέντα.*] pro *θυθέντα*, quia binae craſſae in binis ſyllabis coniungi rarius ſolent. Vnde etiam in reduplicationibus tenues aſpiratarum loco repetuntur. Sed in multis verbis hoc non obſeruatur, vt *κατωρθώθην, κατορθωθήσομαι.*

In LXIV.

1460. 26. *ἀλλ᾽ ὅραμα.*] viſionem, ſpectaculum. fortaſſis *εὕρημα.* Erat id populi inuentum praeclarum: ac po-

ac potius: populus in praeclaro lucro id deputabat, *ἕρμαιον εἶναι ἐνόμιζεν.*

1460. 26. *αὐτῶ.*] F. *ἑαυτῷ.*

pen. *οἵ τε γὰρ συνεχεῖς οἵδε.*] Nam et hi continui. fortaſſe legendum *συνοχεῖς*, a nominatiuo *συνοχεὺς*, qui equum iugalem ſignificet, *παρὰ τὸ σὺν καὶ ἔχειν*, ab vna vehendo, quod eidem currui cum aliis equis ſit iunctus: atque ita eſſe legendum, teſtatur participium *παραζευγνύμενοι.*

vlt. *σφίσιν.*] pro *αὐτοῖς τοῖς τὰ κοινὰ καρποῦσθαι βουλομένοις.*

Ibid. *ἐξ ἰδίων.*] F. *ἐξ ἀνθρώπων σπουδαίων.*

1461. 1. *εὐλαβεστέρους αὐτοὺς.*] Infinitis locis *αὐτοῦ* pro *αὑτοῦ* vel *ἑαυτοῦ* legitur. hic autem *αὐτοὺς* legendum, ſ. *τοὺς πονηρούς.*

3. *μὴ πάνυ δ' οἷοί τε.*] qui ſe impudenter ingerere et ambire ſuffragia minus poſſunt.

5. *ὅνπερ τοὺς ἱερεῖς.*] *ἱερωσύνην* otioſam et non difficilem fuiſſe functionem ex Nicocle Iſocratis apparet: ſed quae fuerit ſacerdotes eligendi apud Athenienſes ratio, amplius quaerendum cenſeo: niſi quod ſortito illos fuiſſe delectos ex oratione contra Neaeram apparet.

8. *περιῆτε.*] ſuperſitis, vincatis. malim *περιίητε*, obambuletis, circumeatis.

11. *ἀστυνομήσῃ.*] praefectum vrbis egerit. populare eſt hoc exordium. Fuit *ἀστυνομία* plebeius quispiam magiſtratus: ſicut Auguſtae vrbis magiſter dicitur, *der Stettmeiſter*, qui purgandis plateis praeeſt: ſecus, quam Argentinae, vbi honorifica eſt ea appellatio. *ἀγορανόμος* rebus venalibus praefuit.

15. *χώραν ἀτέλεστον.*] Locum inanem, infinitum, imperfectum, immunem. Suidas: *ἀτέλεστος, ἀμύητος, βέβηλος, ἀνοργίαστος, τὰς τελετὰς μὴ πεποιημένος.* Varinus addit: *τελεσθῆναι μὴ δυνάμενος,*

ἀμέτοχος. Puto hic *ἀντὶ τοῦ ἀτελῆ χώραν* poni. Habere et nomen et dignitatem publici muneris, nec operae quicquam nauare.

1461. 15. *αὐτοὶ, τετελεσμένη.*] F. *αὕτη.* ea vero perfecta ſtultitia eſt. Captauit *παρωνομασίαν.*

16. *ἀλλὰ καὶ ὑμῶν αὐτῶν.*] S. *τινὰς*, vel *ἐξ ὑμῶν.*

Ibid. *προσάγειν.*] S. *ἐπὶ τὰς ἀρχάς.*

17. *ὡσπερεὶ ζυγὸν.*] tanquam trutinam ſtatueritis, id eſt, ſi virtutis ratio habebitur, vltro apparebunt boni viri, et improbis praeponderabunt.

18. *τοῦ μετὰ ταῦτα.*] Dignus eo, quod ſequitur, id eſt, magiſtratu, qui illi eſt mandandus.

In LXV.

23. *πείσεσθαι.*] M. *πείθεσθαι.* et v. pen. *τὸν παριόντα λέγειν.* et, p. 1462. 1. *ἄλλως τε ἴσων ὥσπερ.* et, v. 10. *καὶ πότερα.*

HIERONYMI WOLFII ANNOTATIONES IN DEMOSTHENIS EPISTOLAS.

IN PRECATIONEM DEMOSTHENIS.

Pag. 1462. pen. *τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις.*] Diis deabusque omnibus. eadem verba ſunt in orationis *περὶ στεφάνου* principio. *θεὸς* genere communi Deus et Dea. quanquam et *θεὰ* peculiari terminatione dicitur: *θέα παροξυτόνως*, ſpectaculum.

In I.

In I.

Hanc epiſtolam, vt et caeteras fere omnes, apparet in exilio ſcriptam, de quo vide vitam eius a Plutarcho deſcriptam.

1463. 15. *ἐξ ἐπιςολῆς ἐμμεῖναι συμβȣλῇ.*] Id eſt, per literas datum conſilium probare iudicio concionis. Non diſſimilem collationem orationis ſcriptae, et ab ipſo oratore pronunciatae, vide in Iſocratis Philippica, et epiſtola prima.

16. *πολλοῖς γάρ.*] Id eſt, multa prius refutatis, quam ea ſatis cognoueritis. Meliore conditione ſunt noſtri concionatores, qui pro imperio, quicquid vel in buccam venit, proclamant.

21. *καὶ σὺν θεοῖς.*] *τὸ καὶ* redundare puto, Diis propitiis, diis approbantibus.

26. *ὅ, τι ἂν τύχωσιν.*] Vel, quicquid oblatum fuerit, id eſt, quacunque de re, vel quicquid in mentem vel buccam venerit. Fortaſſe Demadem notat.

1464. 1. *τοῖς προῃρημένοις λέγειν.*] His, qui dicere in publico decreuerunt. *προῃ* a verbo *προαιρȣ͂μαι*, non *προει*, a *προερέω*, ſcribendum in ſecunda ſyllaba.

10. *τὸ μηδὲν μηδ᾽ ἁπλῶς.*] Id eſt, prorſus nihil. negatio Graeco more geminata eſt. F. A. *τὸ μηδὲν προθύμως*, aut *βεβαίως*, *μηδ᾽ ἁπλῶς*. et v. 17. *μήτε τῶν ἐν ἑκάςῃ τῶν πόλεων συνηγωνισμένων τοῖς καθεςηκόσι μηδενὶ*, *μήτε*. et v. 20. *ὡς ἀναγκαίοις ȣ͂σι τοῖς.*

1465. 9. *γεγενῆσθαι δὲ τὴν χρείαν πρὸς τὰ συμβάντ᾽ ἀπὸ τῶν θεῶν.*] Verbum verbo: Factum autem eſſe vſum, indigentiam, vtilitatem, vel neceſſitatem, ſecundum ea, quae euenerunt a diis. Quid ſit *τὸ τὴν χρείαν γεγενῆσθαι*, me non ſatis intelligere fateor. Verti quidem: id praelatum eſſe conſilium, quod cum

Deorum voluntate congruerit: hoc eſt, diuinitus eſſe factum, vt vel hoc, vel illud conſilium auditores amplecterentur; prout eos dii vel perire, vel incolumes eſſe voluerint. Videtur certe culpam a ſuaſoribus transferre in fati neceſſitatem: vt Cicero in oratione pro M. Marcello. χρείαν Suidas interpretatur, ὑπόθεσιν, πρόνοιαν, Heſychius ἔνδειαν, χρέος.

1465. 15. ἢ κομιδῆ τινὰς αὐτοὺς αἰτίους ὄντας καταλειφθῆναι.] Aut admodum quosdam ipſos autores relictos eſſe. Nec, quid haec ſibi velint, aſſequor. Verti: aut omnino aliqui in culpa eſſe ipſi videantur: quaſi ſcriptum eſſet καταληφθῆναι, a καταλαμβάνομαι, non καταλειφθῆναι, a καταλείπομαι. Sed ipſi mihi nec hoc ſatis placet.

17. καὶ τῶν ἰδίων μέμνησθε.] καὶ τῶν ἰδιωτῶν. Nam de rei familiaris curatione Athenienſes admonere, et alienum huic loco, et ſuperuacaneum fuerit. Illud vult, ciuium, non tantum vniuerſorum, ſed etiam ſingulorum, eſſe curam ſuſcipiendam: in quo numero ſui quoque rationem habendam eſſe admonet.

20. προποθεὶς.] *Propinatus.* Vehementius eſt, quam προδοθεὶς, *proditus*, *deſertus*, et frequens Demoſtheni.

24. ταῦτ᾽ αὐτὸς οἴομαι δεῖν πρῶτον ποιεῖν.] M. πρῶτος.

27. σχεδὸν εἴρηταί μοι.] Sic legere malo, quam εἴρηνται.

1466. 8. εὐτυχῆ τὸν Ἀλέξανδρον.] Hac de re exſtat egregia Plutarchi declamatio περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης, ἢ ἀρετῆς.

16. πρὸς αὐτὸν εἰπάτω.] Ad ſemetipſum dicat. Fortaſſe πρὸς αὐτοὺς, ſcilicet τοὺς ἡγεμόνας. Id apud duces profiteatur.

1466. 24.

1466. 24. *μηδὲ ποιήσητε τȣ̃το μηδέν.*] Non aſſequor, quid haec verba ſibi velint. Verti: Ne vero tale quippiam committite: quaſi ſcriptum eſſet: *μὴ δὴ ποιήσητε τοιȣ̃το* (vel *τȣ́των*) *μηδέν.*

1467. 1. *κατὰ τῶν νικητηρίων εὐξάμενοι.*] Et hic ſententiam potius, quam verba ſecutus, verti: votis pro victoria nuncupatis.

In II.

4. *ἐπειδὴ δὲ ȣ̓́πω γέγονεν.*] Quando autem nondum factum eſt. Lego *ȣ̔́τω.* quando ita accidit.

6. *πρὸς τὰ ταύτης ἀπόῤῥητα.*] Significat, opinor, ab Areopagitis, conſpiratione quadam facta, falſis indiciis circumueniri et opprimi inſontes. Neque veterem in illo concilio ſanctitatem illa aetate fuiſſe, vel ex Iſocratis Areopagitico apparet, etiam improbos et caeteris in rebus intolerabiles, in eum ordinem admitti ſolitos, confitentis. Quod autem addit, eosdem illius loci inſtitutis potius, quam improbitati ſuae, parere, id nihil fortaſſe vetat, inter paradoxa Stoicorum numerare.

8. *ϛέργειν ἡγȣ̃μαι.*] F. A. *δεῖν.* aut *ϛέργειν εἱλόμην.*

1468. 9. *ἀνάξια ἐκείνων.*] *τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων.*

13. *ἐμοὶ δ' ἐλπίδα προσδοκᾶσθαι.*] Pro *ὑπ' ἐμȣ̃,* a me. Beneficia Demoſthenis in oratione *περὶ ϛεφάνȣ* copioſius explicantur.

1469. 18. *πρὸς Πύθωνα.*] Vide *περὶ ϛεφάνȣ*, et Plutarchum in vita, et Lucianum in encomio Demoſthenis.

1470. 5. *ἕτερος.*] S. *ἢ γέγονα.* ſi fuiſſem alius, quam fui.

pen. *τῶν σεσωκότων τȣ̀ς ἄλλȣς.*] Quae ſaluti fuerat aliis.

1471. 1. *οὐ γάρ ἐϛιν οὐδείς.*] Non quisquam eſt, qui iuſtiorem defenſionem habere poſſit.

1471. 8.

1471. 8. ὑμᾶς οὐδένα.] Vos nullis in rebus. Malim legere οὐδὲν, vel ὑμῶν οὐδένα.

11. τῆς ἀνεγκλήτου.] Sine actione, vel accuſatione. Atqui hoc παρ' ἱστορίαν καὶ ψεῦδος ἀναίσχυντον. Eſt enim et a Stratocle et a Dinarcho, et fortaſſis ab aliis accuſatus. Neque dici poteſt, ei cauſae dicendae poteſtatem non eſſe factam, cum paulo ante dixerit, ſe innocentiam ſuam in iudicio declaraſſe (in concione quidem obturbatum illi fuit.) Lego igitur τῆς ἀνεξελέγκτου, non euicti, non probati et demonſtrati criminis. Neque enim placet ἀνέγκλητον αἰτίαν ἀντὶ τῆς ψευδοῦς accipere.

1472. 4. τῇ κατ' ἐμὲ ἀγνοίᾳ.] ἐπὶ τῇ ἀγνωμοσύνῃ ὑμῶν κατ' ἐμοῦ. F. τῇ τῶν κατ' ἐμὲ ἀγνοίᾳ, hoc eſt, ἀγνοοῦντες τὴν διάνοιάν μου, ignari animi mei.

8. τὴν δὲ εἰς τὸ παρὸν δύναμιν.] ἐν τῷ παρόντι. Sed quid ſi ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν παροῦσαν ἐμοὶ συμφοράν; ad hunc caſum ſubleuandum, ad defendendam ſalutem meam contra inimicorum potentiam.

25. μὴ αὖ.] Malim ἄν.

vlt. ἄκυρος ἐμοῦ.] οὐ κυρία ἐμοῦ, in me poteſtatem non haberet.

1473. 2. παρ' ὧν γὰρ ἁπάντων καλῶν.] Sic illa Bacchis in Hecyra: Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda aequum eſt ferre.

12. τοῖς μάλισθ' (ſcilicet εὔνοις) ὁμοίως.] Bene velle multitudini vt qui maxime.

19. ἃ χρῆται.] Pro ὅπως χρῆται.

Ibid. ἐμοὶ δὲ.] τὸ δὲ propter emphaſim, nulla conſtructionis neceſſitate, additur.

pen. ἔστω δι' ὑμᾶς αὐτοῖς πεπρᾶχθαι.] Hoc eſt, συγχωρῶ, καὶ οὐκ ἀντιλέγω, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐκεῖνα ἔπραξαν, ὑμῶν χειροτονησάντων, καὶ κελευσάντων, ἐμοῦ κατηγορήσαντες.

In III.

1474. 5. *πρὸς φιλονεικίαν.*] *φιλονείκως*, contentioſe, aduerſandi ſtudio.

8. *τȣ̃ Λυκȣ́ργου.*] Malim *τȣ̀ς*. Huius bene meriti de republica viri vitam vide apud Plutarchum. Liberos eius miſſos eſſe factos, aere alieno condonato, ſcribit Aeſchines epiſtola vltima.

13. *περὶ τὴν διοίκησιν.*] Fuit enim quaeſtor aerarius.

1475. vlt. *ἐν τῷ φῆσαι.*] Fortaſſis *ἐκ τȣ̃ φῆσαι*, ex affirmatione Lycurgi. Quale fuit illud Pythagoreorum *αὐτὸς ἔφα*. Hunc honorem et Xenocrati ab Athenienſibus habitum tradit Laertius, vt iniurato liceret dicere teſtimonium: etſi is, ob non ſolutum ex inopia inquilinorum vectigal, ab iisdem venundatus, a Demetrio Phalereo redemtus aliquando fuiſſet. Is Fortunae ludus eſt: ea temporum viciſſitudo.

1476. 1. *ȣ̓ γὰρ ἂν καὶ τοιȣ̃τον, μὴ δοκȣ̃ν ὑμῖν.*] Nec enim talem, niſi viſum vobis fuiſſet. mutila eſt lectio. Itaque diuinare coactus ſum, hoc modo: Id quod minime feciſſetis, niſi vobis viſus fuiſſet vir integerrimus.

1477. 5. *ὃ λόγῳ.*] Malim *ὃ δὲ λόγῳ*. Id vero, quod per calumniam et ex inuidia factum eſt, (ſcilicet captiuitatem liberorum Lycurgi) quo nomine appellem neſcio, vel, de eo quid ſtatuam, etc.

14. *ἀνȣθέτητος ὢν εἰκότως.*] At praeceptorem Lyſidem Pythagoricum, et condiſcipulum Epaminondam, omnis officii exemplum, habuit: nec ignorauit, quibus rationibus, vel odia Graecorum mitiganda, vel ſtudia allicienda eſſent.

17. *ȣ̓κ ἐτόλμησε δηλῶσαι.*] Non auſus fuit prodere, cum quidem et quorum, et qui eſſent, exploraſſet. *ἐξετάσας*, v. 18. licet exponere, *καίτοι ἐξητάκει*.

τάκει, quamuis noſſet: et, ἐξετάσαι καὶ δηλῶσαι: non auſus fuit, hoc eſt, verecundatus eſt, inquirere et prodere.

1477. 19. ἔοικεν, ὁμοίως.] M. οὐχ ὁμοίως. Nam Demoſthenis aduerſarii volebant vtilitatis ſine dignitate rationem haberi.

26. εἶτα τὸ ταῦτα ποιεῖν.] Ineptam ſimilitudinem exagitat. Sententia eſt, vt opinor, cuiusmodi apud Terentium in Adelphis exſtat his verbis:

— Multa in homine Demea

Signa inſunt, ex quibus coniectura facile ſit:

Duo cum idem faciunt, ſaepe vt poſſis dicere:

Hoc licet impune facere huic, illi non licet.

Non quo diſſimilis res ſit, ſed quod is, qui facit.

Negat eſſe iudicandum ex euentu: ſed animum cuiusque ſpectandum et merita in rempublicam.

1478. 11. τοῖς παισὶ τὴν ἔχθραν.] Liberis inimicitias tradent, easque ad poſteros propagabunt.

13. παρόντος.] Malim παρόντι: vt ſit, μέχρι τοῦ χρῆσθαι παρόντι, ἕως πάρεστι.

22. εἰ δὲ μὴ φήσει τότε ἄρχειν οὐδὲ λέγειν ἔκ τε τῶν νόμων αὐτῷ προσήκει ὥστε.] Ex his verbis certi nihil colligere potui, diuinare vtcunque coactus, quaſi ſcriptum fuiſſet: τότε ἄρχειν μὲν, οὐχὶ δὲ λέγειν, ἔκ τε τῶν νόμων αὐτῷ προσήκειν, ſcilicet τὸ ἄρχειν. Praeſentia poſita ſunt loco praeteritorum.

1479. 4. τὴν ἐναντίαν δόξαν ἔχειν, ἥνπερ.] Malim ἧπερ: vt compleas, ταύτῃ, ἥνπερ, aut, ἣ περὶ ζῶντος. et v. 7. ἐάσω. παρὰ πᾶσι γάρ. et v. 9. πατρικάς.

1479. 10. *ἡδέως ἂν ἴδοιμοι ὑμᾶς καὶ πολλῶν ἑτέρων ἀπογόνοις.*] Videntur duo verba aut ſubintelligi, aut abeſſe: *τοσούτοις ἡδέως*, et v. 11. *ἀπογόνοις ἀποδοῦναι.* et v. 13. *προκαλεῖσθε* per ε in fine, ſecunda perſona.

1480. 15. *καλῶς ποιοῦντι.*] Vt illius merita poſtulabant: vt merebatur: quod equidem gaudeo, quod minime improbo.

24. *ἀλλὰ καὶ τοὺς βίους.*] Sed et vitas conſeruabatis eorum hominum, qui leges conſtituerunt. Quae horum verborum ſententia ſit, non video. Verti, quaſi eſſet *τὰς βουλήσεις.*

1481. 12. *τῶν δὲ τοῖς θεοῖς ἀποδεδειγμένων.*] Vtcunque verba ſint, ſignificat, *ὅτι αἱ χάριτες ἀπεθεώθησαν.*

14. *μέχρι τῆς παρόδου.*] Vsque ad progreſſum in concionem, id eſt, in concionibus, ſimulabat ac prae ſe ferebat populi ſtudium.

18. *ξενίας.*] Peregrinitatis: quod non eſſet ciuis germanus.

22. *μέχρι φθόης.*] Hoc eſt, libidine ſic exhauſerunt et macerarunt, vt contabuerit. Caueant macilenti et effoeti philoſophi exemplum infelicis oratoris, vel potius amatoris.

24. *ἀνέξεσθαι.*] Malim *ἀνείχετο*: et v. 27. *τὰς πατρίους θυσίας.* et p. 1483. 1. *ὑπ' ἀνθρώπων ἐγκαθέτων, τουτέστι, δολίων, κατασκόπων.* et v. 15. *ἀλλ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς σπουδῆς καὶ προαιρέσεως.* et p. 1484. 10. *ὅσονπερ χρόνον εἰς τὴν ἔκτισιν.* et v. 17. *ὅτε ἐπείσθην ὑπογράψασθαι τὰς καταβολάς.* Cum perſuaderi mihi paſſus ſum, vt ſolutionem ſubſcriberem, id eſt, vt me illorum nomine ſatisfacturum reipublicae ſponderem, vt fideiuberem pro illis.

1485. 1. *ἔξω τῶν φανερῶν, ὧν ἀφίσταμαι.*] Sic habet Aldinus codex: (quem hoc anno demum

MDLXIX.

MDLXIX. vir doctrina et humanitate ſingulari, Theobaldus Theodoricus Argentinenſis, mihi communicauit) id eſt, quibus cedo. Sed ſi recte memini, Pariſienſis (quem Oporino miſſum recuperare non potui) habuit, ὧν ἀφῄρημαι: vnde verti: praeter eas, quae notae ereptaeque mihi ſunt.

1485. 4. τὰ πρὸς τούτοις ἀσφαλῶς εἶναι.] Locus ſuſpectus: ſed nihil occurrit melius.

In IV.

1486. 8. αἰσθάνεσθαί τι τῶν τοιούτων.] Sententiam ſpectaui magis, quam verba, quae mendo carere non videntur.

1488. 6. δεδουλωκέναι.] δεδουλευκέναι. Nam illud actiuum eſt.

23. βουλευομένων.] Malim βουλομένων. quae duo verba ſaepe confuſa videas.

1489. 14. κἂν ἀκούσαντες δυσχεράναι ταῦτα.] Puto, κἂν ταῦτα, ſaltem haec, coniungi debere.

In V.

1490. 15. ἐξητασμένη πάντα.] ἀντὶ τοῦ ἐξετάσασα, ἢ ἐξετάζειν εἰωθυῖα.

In VI.

1491. 10. προστρέψειαν.] Fortaſſe προστρίψειαν, vel τρέψειαν.

DEDICA-

DEDICATIONES
ATQVE
PRAEFATIONES
DEMOSTHENIS EDITORVM.

ALDVS PIVS MANVTIVS
Romanus Danieli Clario Parmenſi. S. P. D.

Summum locum in oratoria tenere apud Graecos Demoſthenem, & in poetica Homerum, nemo eſt, qui ambigat, ſic apud Latinos M. Tullium in oratoria eſſe facile principem, in poetica vero Mantuanum poetam. Quod ita mihi verum eſſe videtur, vt non modo non futurum vnquam putem, qui hos ſuperet, adaequetue, ſed ne accedat quidem propius. Et quanquam duo haec admirabilium ingeniorum paria ſucceſſu adeo felici ſuos elucubrarunt libros, et tradiderunt poſteris, vt aeternos reliquerint: non tamen eodem ſucceſſu aut vitam vixerunt, aut oppetierunt mortem. Nam Poetae et quietiorem egerunt vitam, et ſua morte mortui ſunt: oratores vero in ſummis ſemper vixerunt moleſtiis, et tandem crudeliter occubuerunt: quippe qui rebuspubl. regendis incubuere: in quibus, ſi rudis es, et ineptus, abiectus viuis et inglorius, atque publicorum munerum omnino expers: ſin vero aptus, ac paulo, quam caeteri, ingenioſior, adtrahis ad te aerumnas, *ὡς κακίας νέφος*, adisque plerumque periculum capitis, quemadmodum accidiſſe Demoſtheni et M. Tullio legimus. Verum ex duobus his infelicior Demoſthenes fuit. Nam et cum vitiis quibusdam natus eſt, quae induſtria non mediocri tolli oportuit. Vnde Valerius Max. Alterum Demoſthenem natura, alterum induſtria fecit, et puer admodum priuatur patre, ſub infidis et auaris tutoribus educatus eſt, quos male adminiſtrata tutela, in ius vocare coactus, non ſine labore immodico, ac periculo, deperdita etiam ablatorum parte, euicit. De eo ſic in eius vita Libanius: *ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος· ἦν μὲν, ὥς φασιν, ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαίστραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθη-*

ναίων παῖδες εἰώθεσαν· ὅθεν καὶ ἀνδρωθεὶς, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκώπτετο, καὶ βάταλος ἐπωνυμίαν ἔχων· hoc eſt, vt et graecarum literarum rudes intelligant. Priuatus autem patre admodum iuuenis, fertur imbecilli fuiſſe corpore, et valetudinario adeo, vt neque ad palaeſtram accederet: quemadmodum omnibus Athenienſium pueris moris erat. Quapropter vir factus ab inimicis in molliciem mordebatur, appellabaturque cognomento Batalus; & paulo inferius: *εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς, εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διωκηκότων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, καὶ εἷλε μὲν αὐτοὺς, οὐ μὴν ἠδυνήθη πάντα ἀπολαβεῖν, ὅσα ἀπολώλεκε·* id eſt, cum primum adſcitus eſt inter viros, ſtatim tutoribus, male ipſius facultatibus adminiſtratis, diem dixit, et euicit quidem eos, ſed non omnia potuit, quae amiſerat, recuperare. Et in eadem: *ἔτι κἀκείνων μνημονευτέον, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν τὴν γλῶτταν ἐκ φύσεως· τὸ δὲ πνεῦμα ἀτονώτερος.* hoc eſt, ad haec et illa commemoranda, Demoſthenem et lingua balbum et imbecillis fuiſſe lateribus. Idem in eadem: *καὶ γὰρ δειλὸς ἦν τὸ πρῶτον πρὸς τοὺς τοῦ δήμου θορύβους καὶ εὐκατάπληκτος, ὥστε εὐθὺς ἐξίστασθαι· διά τε τοῦτό φασιν αὐτὸν ἄνεμον ῥαγδαῖον τηροῦντα καὶ κινουμένην σφοδρῶς τὴν θάλατταν παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα λέγειν, καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δήμου καταβοάς·* hoc eſt, et enim primo timidus ad concionum ſtrepitus fuit, vt ſtatim deficeret et conſternabundus. propterea vero aiunt ipſum vehementem ventum, commotumque admodum mare obſeruando ad littora accedere, et recitare, ſonituque maris populi clamores ferre conſueuiſſe. Idem in eadem: *παρειλήφαμεν δὲ κἀκεῖνο, ὡς καὶ ξίφος ποτὲ ἐκ τῆς ὀροφῆς ἀπήρτησε, καὶ ἱστάμενος ὑπὸ τούτου ἔλεγεν. ἐποίει δὲ τοῦτο δι' αἰτίαν τοιαύτην· ἐν τῷ λέγειν ἀπρεπῶς τὸν ὦμον εἰώθει κινεῖν. ὑπερεκρέμασεν οὖν τοῦ ὤμου τὸ ξίφος ἐν χρῷ, καὶ οὕτω τῷ δέει τῆς πληγῆς ἠδυνήθη κατασχεῖν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦ πρέποντος σχήματος:* hoc eſt, accepimus vero et illud, ſuſpenſum ab eo fuiſſe enſem de recto, atque ſub ipſo ſtetiſſe, cum recitaret. Quod hanc ob cauſam feciſſe dicitur: Inter dicendum mouere indecenter humerum aſſolebat: ſuſpendit igitur enſem ad cutem humero imminentem: atque ita metu plagae in decenti ſe forma continuit. Praeterea cum maxime in patria floreret, nunc inuidia ciuium, nunc Philippi Alexandrique Macedonum maximorum regum perſecutione nunquam quieuit, immo a Philippo in pugna victus magna cum ignominia fugit. Tum bis exulauit, primo in Aegina, et Troezene, L. etiam talentis ab Areopagitis damnatur

tur Alexandro rege, ſecundo autem Antipatro imperante capitis a populo damnatur, autore Demade, in Neptuni templum, quod erat in Calaurea inſula, non tam ſalutis gratia, quam vt inde quotidie patriam proſpiceret, e Troezeniorum vrbe confugit, inibique hauſto veneno, cum a ſatellitibus traheretur, exceſſit e vita. Quemadmodum in ejus vita Plutarchus meminit. Operae precium autem viſum eſt, quaedam ex eius epiſtola ad magiſtratus populumque Athenienſium hic inſerere, ſunt enim huiusmodi. (hoc eſt) Sed de his cum multa poſſim ſcribere praetermitto. Nullius enim me conſcium eſſe culpae; ad vtilitatem quidem imbecillum eſſe experientia didici, ad maiorem vero moeſtitiam inferendam, vehementiſſimum omnium. Quoniam autem omnibus accuſatis reconciliati eſtis, id quod bene factum dixerim, et mihi velim reconciliemi, viri Athenienſes: nam vos neque vlla adfeci iniuria, Deos teſtor et heroas, mihi autem teſtis eſt omnis anteacta vita, cui magis iuſtum eſt vt fidem habeatis, quam culpae mihi nunc iniuria illatae, neque ego peſſimus, minimeue eorum fide dignus videbor, qui calumnia ſunt circumuenti. Atqui diſceſſus meus immerito vos mihi reddit iratos; neque enim ſpe veſtri deſtitutus diſceſſi; neque alio animum applicuerim meum, ſed primum quia ignominiam carceris moleſte animo ferebam: deinde quoniam propter aetatem imbecillo corpore miſeriam perferre non poteram. Item non exiſtimabam, nolle vos vacare me vituperio, quod nullo vobis emolumento fuit, me vero perdidit. Ad haec in vobis, nullis aliis animum fuiſſe meum, multis ſignis poteritis perſpicere. Nam et vrbem petii, non in qua res maximas eſſem ipſe acturus, ſed in quam et maiores noſtros profectos eſſe cognoueram, quo tempore illis de Perſarum rege periculum imminebat: et cuius plurimam erga vos beniuolentiam eſſe perſpexeram, haec autem eſt Troezeniorum ciuitas, cui opto, vt Dei potiſſimum, ob ipſius erga vos beniuolentiam, et collatum in me benificium, ſint omnes beniuoli, tum ipſe, ſeruatus a vobis, queam referre gratiam. Caeterum cum in hac nonnulli, vt mihi gratificarentur, increpare nos conarentur, idque mei animi ignoratione ego eos pro viribus, vt bene dicerent, vt meum erat, admonui, qua potiſſimum cauſa puto eos omnes admiratos publice me honoraſſe. Sed cum viderem, beniuolentiam quidem hominum magnam, ſed vires in praeſentia imbecillas, in Neptuni templum profectus, in Calaurea inſula me contineo, non ſolum tutelae gratia, quam mihi eſſe ſpero ob

Bbbb 2 reue-

reuerentiam numinis, (neque enim certe ſcio, nam quae in aliorum arbitrio et voluntate poſita ſunt, tenuem ac incertam praebent periclitanti tutelam) ſed etiam quia patriam proſpicio inde quotidie: erga quam tantae mihi conſcius ſum beniuolentiae, quantam conſequi opto a vobis. Quapropter, viri Athenienſes, ne diutius hiſce detinear malis, ea mihi decernite, quae olim aliis, tum ne quid indignum vobis mihi eueniat: tum etiam ne ſupplex aliis eſſe cogar, nam nec vobis quidem id decori fuerit. Quod ſi redeundi vobiscum in gratiam nulla mihi ſit ſpes reliqua, mori me eſſet melius. Videtis, quantis ſemper in malis verſatus fuerit miſer. Quare non miror à ſatyro ſcriptum, Diis ille aduerſis genitus, ſatoque ſiniſtro. Quid quod illo etiam tot jam ſecula mortuo, ſuum adhuc fortuna, licet ſemper varia ſit, atque inſtabilis, ſeruare tenorem videtur? Nam abhinc fere triennium deſideranti tibi orationes Demoſthenis, breui me informatas mea cura publicaturum recepi. Sed tot id mihi tentanti acciderunt impedimenta, vt perſaepe excudi coeptas intermiſerim, Carteromacho etiam noſtro demirante, illudque Iuuenalis ſaepe repetente, Diis ille aduerſis genitus ſatoque ſiniſtro, cum etiam admodum quam pauca earum orationum exempla imprimenda curauerim, idque coactus, quod in nullo ante accidit volumine excuſo in thermis noſtris. Quorum omnium eſt mihi optimus teſtis Angelus Chabrielus patricius Venetus, excellentis vir ingenii, et in vtraque lingua doctiſſimus, Demoſthenisque ſtudioſiſſimus, qui a me hoc opus quotidiano fere, vt ait ille, conuicio, vt iam excudendum curarem, efflagitabat. Quanquam et illud ſervaſſe videtur fortuna, vt, quemadmodum felix ille ſemper fuit eloquentia, et aeternitate ſcriptorum ſuorum, ita neſcio, quomodo pulcherrimus hic liber omnium, quos imprimendos vel latine vel graece curauimus, exit in publicum ex aedibus noſtris. Quamobrem ſi ſerius ad te venit, quam et tu volebas, et ipſe deſiderabam, non mihi velim imputes, ſed Demoſthenis infortunio, quem ſummo cum labore et induſtria feciſſe, quae fecit, omnia, legimus. Rurſus pulcherrimis characteribus et perquam decenti forma, habituque, nec non caſtigatiſſimus, exit in manus hominum, *ὡς κατὰ τὴν παλιγγενεσίαν*, non tamen induſtriae noſtrae, ſed aſſiduis curis adſcribas, quam illius gratiae, et felicitati, quam ſemper in ſuis habuit lucubrationibus. Has vero Demoſthenis orationes, Clari doctiſſime, nomini tuo nuncupatas, ex Neacademia noſtra emittimus, ob multas cauſas, ſed praecipua eſt ſingularis beniuolen-

niuolentia in te mea, ob miram probitatem tuam, et doctrinam, bonarumque literarum cognitionem. Tum quia in inclyta iſta vrbe alumna virorum nobilium Epidauro, cui nunc Rhacuſae eſt nomen, et latinas, et graecas literas profiteris, inſtituisque iuuentutem iſtam eloquentiae ſtudioſam arte dicendi, quod duce Demoſthene, et te interprete, quam facillime conſequetur. Id quod eo etiam feci libentius, quoniam ſi cuipiam reipublicae Demoſthenis orationes die nocteque voluendos accurate exiſtimo, iſti exiſtimo. Nam etſi viros omni virtute praeditos, et prudentiſſimos habet, quales vidi ipſe Venetiis Danielem Reſtium ſecundum apud Venetos fungentem legationis officio, et Petrum Mentium Reſtii collegam, tamen praeceptis quam optimis oratorum omnium Demoſthenis facile principis, quanta tyrannis, et Philippis habenda ſit fides, non obſcure cognoſcet. Nam cum aliis plurimis rempublicam Athenienſium admonet diuinus orator cauendum eſſe a tyrannis, qui ſint natura rerum publicarum inimiciſſimi, vt lupi ouium, tum his verbis in prima pro Olynthiis oratione: *καὶ ὅλως ἄπιςον οἶμαι ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννὶς ἄλλως τε κἂν ὅμορον χώραν ἔχωσι.* hoc eſt: et omnino tyrannis infida res eſt rebuspubl. praeſertim ſi vicinam illi regionem habuerint, et in ſecunda contra Philippum: *οὐ γὰρ ἀσφαλεῖς ταῖς πολιτείαις αἱ πρὸς τοὺς τυράννους αὗται λίαν ὁμιλίαι.* hoc eſt, non enim tutae ſunt rebuspubl. nimiae hae cum tyrannis conſuetudines. Et paulo poſt: *ἓν δέ τι κοινὸν ἡ φύσις τῶν εὐφρονούντων ἐν ἑαυτῇ κέκτηται φυλακτήριον, ὃ πᾶσι μέν ἐςιν ἀγαθὸν, καὶ σωτήριον, μάλιςα δὲ τοῖς πλήθεσι πρὸς τοὺς τυράννους· τί οὖν ἐςι τοῦτο; ἀπιςία. ταύτην φυλάττετε, ταύτης ἀντέχεσθε. ἐὰν ταύτην σώζητε, οὐδὲν δεινὸν μὴ πάθητε· τί οὖν ζητεῖτε ἔφην. ἐλευθερίαν. εἶτ᾽ οὐχ ὁρᾶτε φίλιππον ἀλλοτριωτάτας ταύτῃ καὶ τὰς προσηγορίας ἔχοντα; βασιλεὺς γὰρ καὶ τύραννος ἅπας ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ καὶ νόμοις ἐναντίος.* hoc eſt, commune vero quoddam natura prudentum poſſidet in ſe tutamen, quod bonum omnibus eſt, et ſalutare, maxime autem populis aduerſus tyrannos: quodnam igitur illud eſt? incredulitas, hanc cuſtodite, hanc complectimini: ſi hanc ſeruaritis, nihil aduerſi patiemini. Quid igitur quaeritis, inquam? Libertatem. Nonne videtis Philippum alieniſſimas ab ea vel appellationes habentem? omnis enim rex et tyrannus inimicus eſt libertati, et contrarius legibus. Habes igitur tandem, mi Clari ab Aldo tuo, quas jamdiu deſiderasti Demoſthenis orationes, habet vrbs Epidaurus quem debeat librum ad ſuam vtilitatem nocturna verſare manu, verſare

ſare diurna, habent et caeterae reſpubl. quemadmodum prudenter ſe regere, gubernareque atque a tyrannis reddere tutas queant, habet ſtudioſiſſimus quisque, a quo vna cum graeca lingua, et eloquentiam optime diſcere, et vtiliſſimum in ſua republica praeſtare ſe poſſit. Vale. Venetiis menſe Octobr. M. D. IV.

ERASMI ROTERODAMI

ad Heruagianam primam praefatio. Des. Eraſmus Rot. Ornatiſſimo Adoleſcenti Ioanni Georgio Paungartnero. S. D.

Vt antehac peſſime de ſtudiis merebantur iſti, qui praeſentis lucelli cupiditate maledicis ac futilibus libellis implebant orbem: ita bonorum omnium fauore digni ſunt, qui curam omnem atque induſtriam huc conferunt, vt vetuſtos multorumque ſeculorum conſentientibus ſuffragiis probatos autores nobis reuocent, idque cum dignitate. Demoſthenem autem inter Graecos rhetores ſic eſſe primum, vt vix inuenias, quem cum illo poſſis conferre, magnus eruditorum omnium conſenſus eſt. Neque non recte praeceptum eſt illud, ab optimis auſpicandum eſſe. Eaque quondam apud Latinos e probatiſſimis poetarum pueri diſcebant literarum elementa. Nec id diſſimulat Horatius ita de ſuis poëmatibus vaticinans: hoc quoque te monet, vt pueros elementa docentem occupet in vicis Soſiorum balba ſenectus. Plurimum enim refert, qui ſuccus rudem etiamnum ingenii teſtulam imbuat. Vtiliter quidem primam latini ſermonis inſtitutionem a ſelectis poetis auſpicabantur, quod hi praeter virtutes oratorias, habent aliquid proprii nitoris ac iucunditatis, qua velut eſca, dulcibus magis, quam ſalubribus, gaudens aetas alliciatur ad ſtudiorum amorem. Itaque quiſquis latinos poetas intelligit, rectius intelliget oratores. Apud Graecos diuerſa ratio eſt. Tantum enim diſcriminis eſt inter poetarum et oratorum dictionem, vt credas illos diuerſa lingua loqui. Eoque fit, vt, qui a poëtis fecerunt inſtitutionis rudimentum, quum ad oratorum lectionem ſeſe contulerint, ſubinde velut in peregrino ſermone reſtitent, et licet quid quaeque vox declaret, non ignorent, tamen ſenſum non percipiant. In cauſa eſt ſchematum, troporum et idiomatum proprietas, in quibus haud ita multum opitulantur Lexica. Hac quidem in parte praeclaram operam τοῖς Φιλογλώττοις nauauit

nauauit Guilhelmus Budaeus. Verum vt puerilibus ingeniis Romanae Linguae non ſtatim accommodus eſt M. Tullius, qui, Fabio iudice, nulli valde placet, niſi qui jam egregie profecerit: ita Graecarum literarum peritiam ambientibus non arbitror admodum conuenire Demoſthenem, qui plus artis habet in receſſu, quam prima fronte prae ſe ferat. Hic enim, quod honorifico ioco dixit Demades, ſcripſit ad aquam, nec niſi a ſobriis ac vigilantibus poteſt intelligi. Proinde quod de M. Tullio ſcripſitq. Fabius, pari iure de Demoſthene dici poteſt: is ſe ſciat in arte dicendi profeciſſe, cui Demoſthenes valde placere coeperit. Quemadmodum tabula magno artificio depicta nemo magnopere delectatur artis imperitus, ita Demoſthenis diuinum illud, et quod facundiſſimi quique ſemper in eo mirati ſunt, τὸ δεινὸν, non ſentitur, niſi et rhetoricis praeceptionibus exercitatis, et hiſtoriarum cognitione inſtructis. Itaque patiar, vt puer quidem deguſtet Demoſthenem, ſed ad eum ſerio redeat, iam factus oculatior, quo perſpiciat illam vere atticam venerem, illud excuſſum iudicium, illa ſummo artificio contorta enthymemata, poſtremo vim illam omnibus admirabilem, vix vlli imitabilem. Elegans interim fuerit exercitatio, quod a veteribus nonnullis factum eſt in Homero ac Virgilio, ſi quis idem faciat in Demoſthene et M. Tullio, vt ex collatione locorum deprehendat, quid hic ab illo ſit mutuatus, et vbi noſter ſit Graeco par, vbi ſuperior, vbi ab exemplari nonnihil degeneret imitatio. Vix alia res aeque conducit ad parandum iudicium. Non hic ſumturus ſum operam in laudando Demoſthene, ad quem pro dignitate praedicandum opus eſſet eloquentia Demoſthenica: imo nulla potius opus eſt eloquentia ad eum laudandum, quem vno ore in coelum ferunt omnes. nec tibi calcar addere ſtudebo, Georgi cariſſime, quem conſpicio in hoc pulcherrimo ſtadio tuapte ſponte haud ſegniter currentem. Quaeres, vnde mihi cognitus curſus tuus, qui te nunquam viderim. Optimam tui partem vidi, adoleſcens fortunatiſſime, adeo ἐναργῶς te mihi ſuo penicillo depinxit Viglius Zuichemus, haud vulgaris artifex, cui domeſtica conſuetudine penitus cognitus ac perſpectus es. Quin tute mihi teipſum tuis ad me literis ſic expreſſiſti, vt ſi coram adeſſes, plus videre nequeam. Illic exoſculatus ſum iſtam felicem indolem tuam, qui, vix egreſſus annum decimum ſextum, ſcribas epiſtolas primum bene latinas, deinde quod pluris facio, ſenſibus argutis, et apte ſibi connexis. Quid autem collaudem iſtum ingenuum ac liberalem pudo-

rem, quid ſingularem iſtam in me pietatem, quam tota ſpirat epiſtola? Et hic agnoſco germane germanam ornatiſſimi viri Ioannis Paungartneri prolem. Iampridem enim mihi cum eo viro ictum eſt amicitiae foedus, quam ego ſane rem inter praecipuas felicitates meas numero. Quid enim illo candidius, aut amabilius? In huius foederis conſortium temet tuo iure inſeris, mi Georgi. In hoc enim poſſeſſionum genus, et fas eſt, et aequum eſt, viuo etiamnum patri haeredem exiſtere. Vt tali parente multo beatior es, quam paternis opibus: ita iſtis egregiis animi dotibus, quas tibi partim largita eſt propicii numinis benignitas, partim induſtria tua tibi paris, longe verius ac ſplendidius locuples fueris, quam maiorum tuorum quamlibet amplis facultatibus. Accipe igitur Demoſthenem, qui nunc prodit ceu poſitis nouus exuuiis nitidusque iuuenta, ſimul et mutuae meae in te pietatis μνημόσυνον et ſtudiorum tuorum incitamentum futurus. Multum debemus Aldo, qui nobis primus oratorum principem dedit, plus debemus Heruagio, qui non parum addidit illi, tum dignitatis, tum etiam commoditatis, haud mediocribus impendiis parique vigilantia, vt iam merito poſſint omnes admirabundi dicere, οὗτός ἐστιν ὁ ἐκεῖνος Δημοσθένης. Poſthac igitur expectabimus abs te epiſtolas, ſemitullianas ac ſemidemoſthenicas. Vale. Datum Friburgi Briſgoae, poſtridie cal. Auguſti. Anno M. D. XXXII.

I. BERN. FELICIANI
praefationes ad ſuum Demoſthenem

Illuſtri ac Reuerendo Abbati cliuae Mariae Vangaditiae Franciſco Lauretano Io. Bernardus Felicianus. s.

Cum ſuperioribus diebus, Abbas clariſſime, Demoſthenis, oratorum omnium facile principis, orationes collectis quibusdam antiquis codicibus recognoſcendas ſuſcepiſſem, quo ad ſtudioſorum vtilitatem caſtigatiores aliquantulo excuderentur, memini ex te audiuiſſe, cum nonnulli docti viri apud te eſſent, quorum conſuetudine ſummopere delectaris, ex huiuſce rei occaſione ſermonem de eloquentia incidiſſe. ita vt alii ſupra modum eam extollerent, omnibusque et artibus et ſcientiis anteponendam arbitrarentur. alii non modo id non approbarent, verum etiam eam vituperarent, et vt ſuſpectam vitandam omnino cenſerent. Id autem licet abſurdum, nouum tamen mihi eſſe minime videbatur. Cum enim mecum

mecum conſidero multos ex grauiſſimis ſimul atque antiquiſſimis auctoribus, qui eloquentiam vel laudare, vel vituperare ſtuduerunt, eos comperio vel plura, quam par erat, ei attribuiſſe, vel plura detraxiſſe, quam res ipſa poſtulabat, atque ita vtroſque, dum eius vel praeſtantiam nimis admirantur, vel abuſum nimis deuitandum cenſent, multis de tota re non recte ſentiendi anſam praebuiſſe. Nam qui eam commendant, fere vno conſenſu omnes bonorum omnium humanorum cauſam ei adſcribunt. eam congregaſſe a principio homines, cum in ſyluis ferarum more vitam traducerent atque ad vrbes condendas induxiſſe. eam leges inſtituiſſe, ſine quibus communis vita eſſe nulla poſſet. eam manſuetos e feris, ciuiles e ruſticis homines reddidiſſe. eam demum eſſe, qua ſola a beſtiis differamus. Quod cum dicunt, non male illi quidem ſe gerere cenſendi ſunt, ſi vel loquuti pro occaſione, vel eloquentiae nomine ſapientiam omnem complexi eſſe intelligantur. Re enim vera non oratio eſt, ſed ratio et intelligentia, quae a brutis hominem diſtinguat. nec eloquentia eſt, ſed ſapientia et prudentia, quae diſperſos ac vagantes homines in vnum collegerit, ac vitam humanam omnem et vrbibus condendis, et legibus inſtituendis excoluerit. Sermo enim poſtea tanquam miniſter, et eloquentia tanquam ancilla ſubſequuta neceſſario eſt. Sed ſi ita abſolute quae dicunt, accipiamus, quam recte id fiat, alii viderint. Mihi certe perſuaderi non poteſt, quo pacto recte illi ſentiant, qui horum ſcriptorum auctoritate permoti in eam opinionem venerunt, vt nulli rei, niſi facundiae, ſtudendum eſſe credant, nulloſque eſſe, qui ſcire quippiam poſſint, niſi etiam dicendi peritia praediti fuerint. Adde, quod hi quoque omnes eos ſcriptores, qui non ita eleganti ſtilo de praeclariſſimis rebus et veriſſimis monumenta poſteris reliquerunt, vel tanquam indoctos et imperitos abiiciendos cenſent, quaſi verborum lepore et fucis rerum cognitio et peritia metienda ſit; vel licet earum ſcientiarum, quas tradunt, de quibusque diſſerunt, etiam peritiſſimos fuiſſe confiteantur, tanquam barbaros tamen et ineptos negligendos putant, pluriſque faciendum aſſerunt eum, qui de quibuslibet vel leuiſſimis rebus eleganter et copioſe tractarit, quam qui de grauiſſimis, et maxime ſeriis generique humano vtiliſſimis infacunde et ieiune diſputarit, remque hanc non ſecus, atque in artificum ac ſtatuariorum operibus ſpectandam eſſe aiunt, in quibus forma longe maiorem, quam materia, laudem et gloriam ſine controuerſia mereatur. Ac propterea aſſiduum barba-

 ris

ris bellum indixere, ita enim appellant omnes eos, qui cultum orationis et lenocinia non perſequuntur, licet veritatis ſubtiliſſimi et acutiſſimi indagatores alioqui ſint. vt ſi quando in ſanctiſſimos theologos et doctiſſimos philoſophos incidant, eos omnino abhorreant, et quaſi inculto ſermone nihil vere et recte explicari potuerit, ſed omnia peruerſa et falſa dici neceſſe ſit, ſtatim reiiciunt, ac damnant. neque vident, ſi formae eloquentiam comparare voluerimus, ſtatuariorum exemplum minime hic eſſe accommodatum. quippe quum materia extrinſecus artifici huic ſuppeditetur, ſcriptor ipſe ſibi eam plerumque faciat, et materia artifici propter formam exhibeatur, in rerum explicatione et diſſertatione forma ob materiam illuſtrandam et patefaciendam adhibeatur, vt videlicet, quod animo concepimus, id eloquendo ita exprimamus, vt alteri innoteſcat. Quocirca ſi modo facere id volunt, longe meliorem et accommodatiorem veritati comparationem ſumere a nummis poſſent, quibus forma materiae cauſa imprimi conſueuit, quo ſigno fit, vt quid et quanti valeat materia, cognoſcentes ea ad neceſſarias res vti facile poſſimus. Qui igitur nummum vel plumbeum, vel alioqui adulterinum, ſibi carum propterea habet, quia ſignum in eo artificioſe factum admiratur, neque eum, etſi maxime legitimus ſit, maximeque ipſe indigeat, ad vitae vſus impendere vult, is nummo abutitur, vtilitatemque eius, ob quam ſignum illi inditum eſt, nullam percipit. At nobis ita faciendum non eſt, ſed ſicut qui vel neceſſaria, vel diuitias, ſibi comparare vult, omnes vel quam peſſime ſignatos nummos, modo boni ſint, non veretur admittere. Sic nos, qui intelligentia indigemus, committere non debemus, vt vel barbare admodum ſcriptos libros, ſi bonarum rerum ſcientiam polliceantur, vllo modo repudiandos, vel quam diſſertiſſime compoſitos, ſi de inutilibus et vanis rebus tractant, magni faciendos cenſeamus, quin etiam, ſi de ſeriis et vtilibus maxime diſſerant, non temere admittendos putemus, ne, quemadmodum illorum oculos monetae forma ita praeſtringebat, vt vti ea in neceſſarios etiam ſumtus non paterentur, ſic animum noſtrum ornatus orationis et dicendi elegantia extrinſecus adeo occupatum detineat, vt ad ſenſa ipſa conſideranda penetrare non ſinat. Nam ſi neglectis rebus, id quod facimus, non tam, cum eas prorſus non diſcimus, quam cum non ab iis diſcimus, qui eas docent, ſed ab iis, qui eas tantummodo eloquuntur, ſermoni excolendo vacare voluerimus, verendum eſt, ne, dum in ea re caeteris hominibus praeſtare conamur, qua

qua homines brutis antecellere credimus, picis et pſittacis ſimiliores euadamus. Si recte quidem fortaſſe ad imitationem loquamur, quod ratione carentibus etiam animalibus aliquando contingit, ſapiamus autem, quod proprium hominis eſt, parum recte. At vero qui eloquentiam vituperant, vt caetera omittam, artem eius inter adulationum ſpecies reponunt, atque id eſſe animae dicunt, quod corpori eſt obſonatrix. Sicut enim illa variis condimentorum illecebris guſtum fallit, nec permittit, vt ciborum naturalis et ſincerus ſapor percipiatur, ita hanc variis verborum lenociniis turpibus et iniuſtis rebus honeſtatis et iuſtitiae ſpecie obducta iudiciorum rectitudinem omnem diſtorquere ac peruertere. Vt qui his aſſentiantur, contra quam priores illi faciebant, nihil admittere ſine ſuſpicione velint, quod aliquod in ſe vel mediocre eloquentiae ornamentum ac lumen prae ſe ferre videatur, eloquentiamque omnium pene malorum in cauſſa eſſe hominibus arbitrentur. quippe cum ea praua ex ſe ſit, non niſi praue vti quiſpiam poſſit. Nam ſi ad veras res, quas in animo habemus, exprimendas, non ad fingendas falſas et fucandas ea vti vellemus, ſatis vnumquemque in ea re, quam bene nouit, eſſe eloquentem poſſe. ſed miror, ſi haec reuera, et non ad hominum petulantiam, quibuscum loquebatur, exagitandam diceret Socrates, quippe qui eam turpem ſane doctrinam glorioſe profiterentur, qua cauſa inferior dicendo ſuperior efficeretur, cur medicinam laudaret, cum ipſa, quae ad ſalutem hominum inuenta eſt, ad perniciem nonnulli interdum abutantur. non enim quod electionis et hominis vitium eſt, arti eſt attribuendum. Nam eloquendi et dicendi ars, quae rhetorica eſt, cum inſtrumentum ſit, ac ſimilis dialecticae, laudabilis ac vitae humanae perquam neceſſaria facultas, quae non ſecus atque illa non aliquam definitam ac certam materiam habet, in qua verſetur, ſed in unaquaque re probabilitatem indagat, atque inuenit, tam deſtruitur ac tollitur, ſi in eius rei praeſtantiam transmutetur, cui applicatur, quam ſi eius qui ea vtitur, prauitas ipſi adſcribatur. Quemadmodum enim dialectica ſi decipiendi propoſito diſtorqueatur, dialectica non amplius eſt, ſed ſophiſtica et captioſa, cuius non in arte, ſed in abutentis voluntate, vitium eſt; ſic rhetorica, quae fallit ac decipit, licet nomen aliud diſtinctum non habeat, ſed Rhetorica etiam ipſa appelletur, Rhetorica tamen non eſt, ſed captioſa, et falſa Rhetorica, vitio vtentis peruerſa. Quae merito quidem vituperatur, modo cum id fit, hominum prauitatem tunc, non artem, reprehendi non igno-

ignoremus. Ars enim ipſa ad imperitos homines, eosque omnes, qui in ſubtilibus rationibus percipiendis non ſunt exercitati, docendos perſuadendosque neceſſaria admodum eſt. Quod enim dialectice inter philoſophos, id inter ciuiles munus rhetoricae eſt. Nam ſi in ciuitatibus haec non eſſet, quae, an vtile aliquid eſſet, aut inutile, inter conſultores, an iuſtum, aut iniuſtum, apud iudices, an honeſtum, aut turpe, apud ſpectatores oſtenderet, confuſa omnis vitae traductio, atque adminiſtratio haberetur. Cum enim pro ſua quisque opinione facile decipi poſſit, et ſegnes natura ad diſcenda bona homines ſint, tum etiamſi ſciuerint, facile affectu aliquo ita deprauentur, vt ad non agenda bona procliuiores euadant, ille, qui hac facultate eſt praeditus, tria huiusmodi gerendarum rerum impedimenta ex animis hominum aufert, tribus ad perſuadendum idoneis modis adhibitis. Ne enim plerique, an vtile ſit, quod agendum videtur, an iuſtum, quod iudicandum eſt, an honeſtum, quod eſt approbandum, ignorent, iis orator eloquentiae artifex rationibus, non ſubtilibus illis quidem, ſed ad ciuilium hominum captum accommodatis, docendo in tribus cauſarum generibus veritatem manifeſtat. ne item ad diſcendum ſegnes ſeſe exhibeant homines, delectando allicit, ne quamuis verum ſciant, vitio tamen deprauati aliud facere velint, mouendo afficit, atque ita ad agendum quodammodo compellit. Nam ſi quis haec tanquam ſuſpectas artes, et violentas machinas euitandas cenſet, is auditorum inſcitiam ſi vult, damnare poteſt, qui nullo alio modo intellecturi erant, eum vero, qui ad illorum imbecillitatem orationem ſuam accommodat, niſi laudare certe non debet. Tantam ſiquidem auctoritatem, dignitatem et excellentiam apud omnes obtinet, vt, ſicut vituperandus nullo modo eſt, ita laude et gloria ex ſeſe adeo abundet, vt laudibus extrinſecus petitis minime indigeat. Nam quamuis alii ſcientiis et diſciplinis inſtructus ad perſuadendum accedat, propria tamen laude eſſe contentus poteſt. Sicut orator hic noſter, qui clariſſimus inter omnes hoc in genere eſt, quem prae manibus habemus, licet aliis diſciplinis fuiſſet eruditus, et ex Platonis ſchola multa praeclara didiciſſet, et Thucydidi, ſcriptori Athenienſi, tantum ſtudium adhibuiſſet, vt octies ſibi eius hiſtorias deſcribendas putarit, nullius eorum gloriam ſibi videtur affectaſſe, niſi eius rei, quae huius tantummodo artis ſine dubio propria eſt. Cum enim quinque haec partes habeat, inuentionem, diſpoſitionem, eloquutionem, memoriam et pronunciationem, ab Andronico

hiſtrione

hiſtrione interrogatus, quid in Rhetorica primum eſſe exiſtimaret, pronunciationem dixit, et ſecundo, et tertio idem reſpondit, quoad deſiit ille interrogare, vt non tam praecipuam, quam ſolam rhetoricae propriam partem pronunciationem eſſe ſignificaret. propterea videlicet quum caeterae omnes ita aliarum rerum cognitionem interdum innexam habent aliisque omnibus etiam philoſophicis diſputationibus communes ſunt, vt aliarum, ſi quis recte non aduertat, videri ſcientiarum poſſint, haec ſola ſine vlla controuerſia non alteri, quam huic arti, adſcribi queat, atque iccirco tantam operam ſibi ei adhibendam duxit, vt non tam orationes eius et ſcripta, quam induſtria et exercitatio in ore omnium ſit, et apud omnes celebretur. Quis enim eſt, qui meditationes eius in cubiculo ſubterraneo non admiretur, cum inaequalem tonſuram etiam capiti adhibuiſſet, ne ſibi aliquando inde exeundum eſſet, atque ita ſtudium intermitteretur. Quis lecti eius anguſtiam non decantat, qua id conſequi procurabat, vt incommoda cubatione occaſio ei ſurgendi tempeſtivius exhiberetur? Quis id non celebrat, cum ſe antelucanis fabrorum vigiliis ſuperari aegre ferebat? Quem illa eius diligentia non mouet, cum ad Phalericum profectus ad vndarum fragores calculis etiam in ore ſumtis pronunciare orationes aſueſcebat, quo poſtea et clarius verba proferret, et tumultibus populi non exturbaretur? Quid, cum gladiis de tecto ſuſpenſis, ita pene, vt humeros attingerent, domi ſe ad dicendum exercebat, ne geſtu humeri incompoſito actionem corrumperet, nonne animos hominum capit? Hanc igitur pronunciationem, cui praecipue ſibi incumbendum cenſuit hic auctor, cuiusque praecipue gloriam videtur appetiuiſſe, praecipuum quoque in eius orationibus locum obtinere exiſtimandum eſt, vt cum eas legimus, non modo caeteris aliorum omnium anteponamus, ſed quia pronunciationem auctoris animo concipimus, ipſas ſe ipſis quoque eſſe admirabiliores iudicemus, et plus, quam legamus, intelligamus, et licet vox eius non audiatur, ſemper tamen aduerſarii eius voce illa aures noſtrae perſonent, quid ſi ipſum audiremus? vt non immerito Macedonum rex Philippus, contra quem acriter ſemper inuehebatur, cum ei recitatae orationes aliquae eius eſſent, neque ſe alium quempiam, quam ipſum, in bello adverſum ſe conſultorem fuiſſe electurum dixerit. orationesque ipſas ob vim actionis, quam prae ſe ferebant, cum Iſocratis quasdam athletis e palaeſtra ſimiles ſibi videri aſſeruiſſet, militibus comparauit, quippe cum ita vrgeant rem ſemper,

ita

ita inſtent, ita vero certamine, et non vmbratili ſemper vtantur, vt terrere veritate ipſa et cogere videantur. Tametſi mihi quidem etiam, dum lego Demoſthenem, arrogans illa Gorgiae, et Protagorae, aliorumque veterum ſophiſtarum profeſſio non admodum abſurda apparet, qua diſcipulis ſuis pollicebantur ſe eos eſſe arte ſua ciuilium agendarumque rerum peritos eſſe effecturos. nam ſi id intelligere volebant, ſi quis recte praecepta artis fuiſſet ſequutus, atque ex eorum praefinitione in ciuitatibus opportune deliberationes, et iudicia, vel etiam demonſtrationes pertractaſſet, eum non mediocrem ciuilem peritiam in orationibus ſuis prae ſe laturum, quis non videt, vt omittam interim inuentionis acumen, diſpoſitionis apta momenta, eloquutionis diluciditatem, et grauitatem, ac demum actionis ſummam vim, qua tanquam ſpiritu quodam reliqua omnia noſter hic orator animauit, tantam in ſcriptis eius ad vitae humanae actionem pertinentium ſententiarum copiam ineſſe, vt ſapientiſſimi philoſophi munere fungi videatur? tantam morum ciuitatum, et rerum publicarum adminiſtrationis peritiam, vnde ſalus ipſis comparetur, vnde periculum et pernicies impendeat, vt ex eius lectione, ſi quis diligenter aduertat, tam, pene dixerim, ad res agendas inſtructus vnusquisque poſſit diſcedere, quam ex quouis accuratiſſimo hiſtorico? Sed haec hactenus, ne ineptus exiſtimer, ſi laudes eius dicendo illuſtrare videar velle, qui dicendo omnium pene laudes obſcurauit. Haec enim ea de cauſa dicta a me ſunt, vt eloquentiam ſicut propria laude fraudandam non eſſe, ita ſua tantum poſſe eſſe contentam oſtenderem. et egregium hunc oratorem etiamſi non aliunde, quam ex arte eloquentiae, gloriam ei attribuamus, ex ea adeo clarum ac celebrem apud omnes eſſe, vt aliam laudem, quamuis adeptus ſit, non multum tamen deſiderarit. Cum igitur, praeſul optime, hic tibi non immerito adeo placeat, vt in aliorum etiam grauiorum ſtudiorum occupationibus lectionem eius tibi nunquam intermittendam cenſueris, poſteaquam excuſus iam eſt, eum tibi dicandum duxi, vt ſub eius nomine in manus hominum prodiret, qui illius eſſet ſtudioſiſſimus. Tum etiam, vt, cum ego in eo excudendo operam unonullam impenderim, labore hoc qualicunque tibi oblato, obſeruantiae in te meae, qua multis de cauſis iam diu te proſequor, ſignificandae occaſio mihi in praeſentia daretur. Nam praeterquam, quod veſtra iſta familia tum morum integritate ac virtutum ſplendore, tum imperatorum, quorum copia maxime floruit, gloria et rerum geſtarum amplitudine, tum Leonar-

Leonardi, aui tui, Principis optimi, praeſtantia, ac dignitate illuſtrata adeo clara ac celebris ſemper fuit, vt conciliare ſibi animos omnium facile potuerit, atque ob id ipſe etiam communi nomine propenſo erga eam animo ſemper fuerim, priuata tamen cauſa atque illa quidem tam grauis beneuolentiae mihi acceſſit, vt nunquam eam ex animo meo quoad vixero vlla deletura obliuio ſit, Antonius, omnibus quidem, qui illum nouerunt, non ſine praefatione nominandus frater tuus. qui cum adoleſcentiae annos nondum exceſſiſſet, et abbas electus tanta ingenii perſpicacia eſſet praeditus, tanto ſcientiarum, et literarum praecipue ſacrarum amore inflammatus, tanta in negotiis tractandis prudentia inſtructus, vt ex iſta familia prodiiſſe, quaſi praecipuum germen agnoſceretur, et ſacerdotii iſtius praeſul digniſſimus iam haberetur, me, a quo ſummopere obſeruabatur, maxima proſequebatur benevolentia, atque inter eos delegerat, quibuscum ſaepenumero verſaretur, ac de literarum ſtudiis colloqueretur. vt temperare a dolore interdum vix poſſim, cum memoria repeto, quam repente morte praeuentus ex hominum conſuetudine maxima omnium cum iactura et moerore ſublatus fuerit. in tantam enim ſpem omnes induxerat, vt nemo eſſet, qui dubitaret, quin, vbi maturior aetas acceſſiſſet, et eruditionis et ſanctitatis noſtris temporibus ſingulare exemplum eſſet futurus. Nam ex eius obitu licet boni omnes iacturam maximam feciſſe cenſendi ſint, ſpeque omni, quam ſummam de eo habebant, fruſtrati iacuerint, ego non tam moleſte tuli, quod eius ſanctiſſima conſuetudine tam repente caruerim, etſi id mihi contigit moleſtiſſimum, quam quod, cum ex eius familiaritate ſpecimen quaſi quoddam et probitatis et amicitiae concepiſſem, vbi ipſe deceſſit, ita animum deſponderim, vt, quia, quod ſimile ei eſſet, non facile reperiebatur, probitatem amplius huiusmodi vllam inuenturum me eſſe diffiderem. Nunc vero, cum tu, clariſſime Franciſce, qui in locum eius ſucceſſiſti, et ingenio, et ſtudiis plane eum referas, eandemque morum probitatem prae te feras, vt non tam dignitatis, quam propoſiti, atque animi etiam eius ſucceſſor fuiſſe videaris, nihil vereor, quin eam exſpectationem, quam ille de ſe apud omnes concitauerat, ſuſtinere ac tueri etiam magnifice poſſis. Suſcipies igitur in praeſentia Demoſthenem, ac quoties eum in manus ſumes, frequenter autem id facturum te eſſe non dubito, non tam ſummum oratorem, quam maximum etiam amoris in te mei iudicium ſumere te exiſtimabis. Vale.

Stu-

Studioſis S.

Cum Demoſthenis orationes ad commodum veſtrum parua hac forma excuderentur, in tres partes eas diuidendas cenſuimus, ne, ſi vno volumine omnes fuiſſent comprehenſae, in tantam magnitudinem excreſceret liber, vt vana omnis vtilitas fieret, quam ex forma hac eratis habituri. Apte autem incidit, vt abſque vlla niſi parua admodum veteris ordinis mutatione facta diuiſio ſit. Nam in prima parte deliberatiuae omnes poſitae ſunt, eo quo prius erant ordine collocatae. atque id merito quidem, propterea quod par erat, vt conſultandi, et deliberandi Rhetoricae ſpecies, quae prima et grauiſſima, maximeque ad ciuitates regendas neceſſaria eſt, primum etiam in ordine locum obtineret. His et deliberatiua exordia, et duas demonſtratiuas orationes ſubiunximus, quae in finem libri in veteri impreſſione reiecta fuerant, illa, quia ad idem genus ſpectabant, has, quia, cum adeo paucae eſſent, vt nullum volumen conficere per ſeſe poſſent, ſed alicui ex aliis tanquam appendix annectendae eſſent, ei annecti commode poſſe videbantur, quod minimum omnium erat futurum. Secunda pars iudicialibus iis tantum dicata eſt, quae vel de decretis et legibus praeter leges latis, vel de legationibus male actis, vel huiusmodi aliis publicis cauſis ſcriptae ſunt. Tertia caeteras omnes complexa eſt, quae ad tutelas, haereditates, mercaturas, atque id genus priuata commercia attinent. Haec enim tertium, quemadmodum publica ſecundum, locum ſibi merito vendicant. nam ſicut priuata publicis, ita iudicia eſſe inferiora deliberationibus debent. quippe cum iudicia ſint, quae non tam ea, quae ex legibus, quam quae ex deliberationibus conſtituta ſunt, ſi recte gerantur, honoribus, ſi male, poenis ciues afficiant. Tres autem hae partes diuerſas lectiones, quae in contextu aſteriſco notatae ſunt, ſuas quaeque in calce repoſitas habet. Errata vero, quae inter excudendum contigere, in calce tertiae omnia omnium partium reſtituenda curauimus. Valete.

ΠΑΥΛΟΣ ΑΛΔΟΥ ΜΑΝΟΥΚΙΟΣ

τῷ αἰδεσιμωτάτῳ πατρὶ, Λευδοουίκῳ Βεκατελλίῳ, τῷ Ῥαβέλλου ἐπισκόπῳ, ἀποστολικῷ Ἐνετίησι λεγάτῳ, χαίρειν.

Ὅσον μὲν ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς εἰς τὴν χαλκογραφικὴν ταυτηνὶ τέχνην συνεισήνεγκεν, σχεδὸν οἶμαι πάντας

τας εἰδέναι. παραλαβὼν γὰρ αὐτὴν ἐλλειπῶς ἔτι καὶ πονήρως φερομένην, οὕτω σφόδρα φιλοπονησάμενος ἐπηύξησέ τε καὶ μετεκόσμησεν, ὥστε μηδεμίαν τό γε ἐς αὐτὸν ἧκον, τοῖς ἐπιγιγνομένοις ὑπερβολὴν καταλιπεῖν. ἐγὼ δὲ καὶ πάλαι μὲν προεθυμούμην τοῖς τοῦ πατρὸς ἐγχειρήμασιν ἐπεξελθεῖν, μηδὲ καταδεέστερον ἐμαυτὸν παρασχεῖν τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων, ὑπό γε μὴν παντοδαπῶν ἀσχολιῶν καὶ ὧν μετὰ χεῖρας ἔχω ξυγγραμμάτων περισπώμενος, ἔτι δὲ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχων, ᾑρούμην τέως ἡσυχίαν ἄγων, κατολιγωρεῖσθαι μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειρῶν οὐδὲ πολλοῦ δεῖ τῆς ἐσομένης ἄξια διαπραξάμενος δόξαι προσδοκίας. καίτοι πολλοί μοι προσιόντες ὁσημέραι τῶν φίλων ἐπιπλήττειν ἐπεχείρουν, ὡς ἄρα αἰσχρὸν, εἰ μεγίστας καὶ καλλίστας ἔχων παρὰ τοῦ πατρὸς τὰς ἀφορμὰς ὑπὸ ῥαθυμίας ἐθελοκακοίμην, καὶ περιορῴην ἐμαυτὸν ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν παρευδοκιμούμενον, καὶ τὴν τέχνην ταῖς τῶν ἄλλων πλεονεξίαις διαφθειρομένην, ἐξὸν κατ' ἴχνη χωροῦντα τοῖς ἐκείνου ἐπιτηδεύμασιν, ἀείμνηστον εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον μνημεῖον ἐμαυτῷ παρασκευάσαι. οὗτοι τοίνυν καίπερ εὐνοϊκῶς ἔχειν δοκοῦντες, οὐκ ἐλάνθανον λόγῳ ξυμπροθυμούμενοι μόνον, ἔργῳ δ' οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἂν τὴν τυχοῦσαν ἐπικουρίαν παρασχόντες: ὅπερ ποιεῖν εἰώθασιν οἱ πολλοὶ, συμβουλεύοντες μὲν προθύμως, παρὰ δὲ τὰς χρείας οὐδοτιοῦν τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες. σὺ μέντοι μόνος ἀμφότερα παρασχόμενος, δεῖγμα μέγιστον τῆς σῆς μεγαλοψυχίας καὶ τῆς πρὸς ἐμὲ φιλίας ἐξενήνοχας, σεβασμιώτατε πατὴρ, οὐ μόνον τὰ κράτιστα ξυμβουλεύων, ἀλλὰ δὴ καὶ πόρους χρημάτων ἐξευρίσκων, καὶ δαπανῶν, αὐτός τε ἐκ τῶν ἐνόντων ἐπιχορηγῶν, καὶ τοὺς ἄλλους πείθων: ὥσθ' ἱκανὴν ἤδη παρασκευὴν συγκεκροτῆσθαι τοῖς ἄξιόν τι λόγου ποιεῖν προαιρουμένοις. ἐδόκει μὲν οὖν τοιούτων ἀφορμῶν λαβομένοις μὴ μένειν, ἀλλ' ἐγχειρεῖν τὴν ταχίστην, ἅπανθ' ἁπλῶς ἐντυποῦντας, καὶ τὰ πρὸ τοῦ, καὶ τὰ μηδέπω,

καὶ τήμερον ἐκδεδομένα. σκοπουμένοις δ' οὐδὲν ἐφαίνετο τό γε νῦν ἔχον οὕτω προὔργου τοῖς νεωτέροις ἐσόμενον, ὡς τὸ τοῦ παιανιέως τουτὶ βιβλίον· ὃν δὴ καὶ τῇ τέχνῃ, καὶ τῇ τῶν νοημάτων εὑρέσει, καὶ τῷ κάλλει τῆς ἑρμηνείας, καὶ, συλλήβδην εἰπεῖν, πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῦ λόγου πλεονεκτήμασι καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἀνθρώποις ὑπερβαλλόμενον ἅπαντες ἴσμεν. τούτου τοιγαροῦν τοὺς λόγους ὡς οἷόν τ' ἦν ἐπιμελέστατα διορθωσάμενοι, καὶ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν ἀντιγράφων ἀντεξετάσαντες, σοὶ προσφωνοῦμεν, οὐ μὰ δία τοῦγε δοκεῖν ἀμείβεσθαί σε τῆς μεγαλοδωρίας, (ἀνόητος γὰρ ἂν εἴην, εἰ, τοσούτων καὶ τηλικούτων ὑπαρξάντων μοι παρά σου εὐεργετημάτων, προῃρούμην δι' ἐπιστολῆς ἀπολύσασθαι τὸ χρέος) ἀλλ' ὥστε πᾶσι ποιῆσαι καταφανὲς τῆς τε σῆς καλοκαγαθίας τὸ μέγεθος, ἔτι δὲ καὶ τοῦ βιβλίου τουτοὶ, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκδοθησομένων, εἴπερ ἄρα τί περιέσται τοῖς νέοις ὄφελος, σοί γε πάντως τὴν περὶ τούτου προσήκειν χάριν, τῷ μόνῳ τὸ καλὸν τοῦτο καὶ ἐπωφελὲς ἔργον ἐνστησαμένῳ. ὅτι μὲν οὖν καὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαπήσεις, καὶ μόνης ἡμᾶς ἀποδέξῃ τῆς προθυμίας, εὖ οἶδα, εἴπερ ἐγὼ τὸ φιλόσοφον τοῦ τρόπου καὶ τὸ μεγαλόφρον οὐκ ἀγνοῶ τὸ σόν. ἐγὼ δὲ πειράσομαι μὲν ἀεὶ τιμᾶν σε τούτοις, οἷς τυγχάνω δυνάμενος, εἰ δ' οὐχ, ὡς προσῆκεν, οὐδὲ κατὰ τὴν ἀξίαν τὴν σήν, τό γε μὴ παντάπασιν ἀχαρίστως ἔχειν τῆς γνώμης πᾶσιν οἶμαι φανερὸν καταστήσειν. ἔρρωσο.

IOANNES HERVAGIVS

Graecarum litterarum ſtudioſis, s. D.

Quanquam res ipſa docere poterat, quantum haec noſtra Demoſthenis Orationum editio, reliquis omnibus, quae adhuc editae ſunt, emendatior ſit: noſtri tamen muneris eſt, vobis, o ſtudioſi, indicare, vndenam exemplaria tam emendata habuerimus: ne et illi merita laude ſuorum laborum fraudentur: et vos, tantorum virorum nominibus auditis, rarum aliquid atque praeclarum in noſtra hac editione eſſe, nullo modo dubitetis. Solent enim res non ſua modo vi et

natura;

natura, ſed cum etiam ab artificio, tum vel maxime ab artificis excellentia et nomine laudari. Mirabantur veteres, ſi quis Apellis vel Zeuxidis tabulam oſtendiſſet: & nos quoque, ſi quis Dureri germani, aut Titiani itali picturam proponat: non tam ſaepe artificii cauſſa, quam artificis. qua in re non fallimur omnino. Permagni enim refert, quem quodque opus autorem prae ſe ferat: quod ab excellentibus artificibus non niſi praeclara opera ſoleant proficiſci. Sic ille paſtor non ineptus apud poetam, pocula quòd diuini Alcimedontis opera eſſent, magni facienda cenſet. Quid ſi omnia reliqua accedant, quae valent ad laudem, et materiae bonitas, et artificii pulchritudo, et artificis praeſtantia, nonne tum perfecta et conſummata laus eſſe videatur? Quamobrem cum nos in noſtro hoc Demoſthene edendo, duorum clariſſimorum virorum, Petri Daneſii Galli, et Vincentii Obſopoei Germani, exemplaria, caſtigationesque ſecuti ſimus, iam exiſtimare debetis, qualem vobis exhibeamus Demoſthenem, nitidum certe, et innumeris erroribus repurgatum. Neque enim vllis aut ſumtibus, aut laboribus parcimus, quo vobis veteres illos vtriusque linguae autores clariſſimos ſuo priſtino nitori reſtitutos exhibeamus. Habetis igitur in hoc autore omnia illa, quae modo ad perfectam laudem requiri dicebam: Demoſthenem ipſum primum, at Dii boni, quantum artificem? qualemue oratorem? eum, quem aſpectabant, cuius ob os Graii ora obuertebant ſua: de quo praetereunte dicebant: Hic eſt ille Demoſthenes, qui Ciceronem nobis, quantus eſt, effecit. Deinde etiam, quos modo laudaui, Daneſium et Obſopoeum, qui in Demoſthene reſtituendo praeclaram nauarunt operam. Artificium vero, etſi ex ipſo artifice iam cognoſci potuit, tamen melius et certius ex ipſarum orationum textura et lectione intelligetur. Supereſt materies, in qua artifex iſte diuinus artem ſuam declarauit: ea vero hic tam ampla eſt, tamque late patens, vt omnes philoſophiae partes attingere videatur. Nam et res in obſcuritate naturae latentes interdum hic orator in apertam lucem ſplendida et illuſtri oratione trahit, et de virtutibus et vitiis ornatiſſime dicit: et argumentis ſic pugnat, vt contra ſtare aduerſarius nullo modo poſſit. Verum haec ad tria cauſarum genera omnia referunt oratores: ad conſultationes, ad laudes, et ad iudiciales controuerſias. Iudiciales autem cauſae ſunt bipertitae; aliae enim ſunt de publicis rebus ciuitatis, aliae de priuatis ciuium inter ſe litibus. Itaque et ex his tribus orationum voluminibus, primum con-

ſultationes et laudes, quod hae pauciores ſint, quam iudicia continet: ſecundum, iudiciales cauſas eas, quae de publicis rebus diſceptant: tertium, priuatas ciuium controuerſias. Noluimus enim commoditatem, ſi qua in hac tripartita diviſione ineſt, aſpernari, ne vobis aliqua ex parte defuiſſe videamur. Valete. Baſileae, Calend. Ianuarii. 1547.

DIONYSIVS LAMBINVS. Lectori.

Abſoluta eſt tandem, lector erudite, Demoſthenis editio, omnibus literarum graecarum ſtudioſis tamdiu exſpectata, et tantopere exoptata: atque iis quidem temporibus abſoluta, quibus vix quisquam hoc auderet optare, nedum ſperare. Cum enim ſcirent omnes homines, qui literarum graecarum ſtudio delectantur, Demoſthenem a Gulielmo Morelio, typographo regio, viro experiente ac ſtrenuo, et, quamquam non admodum locuplete, magnis tamen et multis artis typographicae facultatibus atque adiumentis ornato, annos abhinc circiter duodecim, temporibus reipublicae etiam tum tranquillis et pacatis, coeptum eſſe excudi: ſed propter motus ciuiles tum primum in Gallia ingruentes atque orientes, et tempora turbulenta ac formidoloſa, eſſe intermiſſum: quid erat minus credibile, quam propter quas cauſas opus tam praeclarum, tam plauſibile, tam vendibile denique, fuiſſet de manibus poſitum, annosque circiter decem iacuiſſet inchoatum, iisdem cauſis manentibus, atque adeo auctis ac multiplicatis, ab homine, ſi non minus ad tantam rem faciendam idoneo, at certe paucioribus adiumentis ad eam neceſſariis inſtructo, minusque exercitato, de integro in manus ſumi, ac retractari et retractatum ad finem perduci? Verum tamen vicit omnium opinionem Io. Benenati conatus laudabiliſſimus atque honeſtiſſimus, induſtriaque ſingularis, qui, omnibus iam ſperando et exſpectando defeſſis, Demoſthenis editionem tot annos intermiſſam et repetiit, et repetitam, diis hominibusque approbantibus, abſolutam et confectam reddidit. Verum, vt intelligas, lector, quid inter hanc editionem et caeteras ſuperiores interſit, aut quid ad hanc acceſſerit, quod ab aliis abſit: hoc totum tibi breuiter exponam. Gulielmus Morelius annis aliquot ante, quam Demoſthenis editionem ſuſciperet, duo exempla, vnum Aldinum, Venetiis, alterum Germanicum, Baſileae impreſſum, cum octo vetuſtis codicibus manu ſcriptis, ex bibliotheca regia depromtis, diligentiſſime contulerat, omnesque ſcriptu-

rae

rae varietates, ac diſſimilitudines, etiam eas interdum, quae videri poſſint minus probabiles, et vix tolerabiles, ad oram exempli Germanici adſcripſerat. Praeterea ſcholia in marginibus librorum illorum regiorum ſcripta, quae in Vlpiani commentariis vsque adhuc impreſſis non reperiuntur, et vtiliſſima, et plurima, ita vt quartam partem Vlpiani commentariorum hodie exſtantium magnitudine et amplitudine exaequent: haec, quae dico, ſcholia in oram illius exempli transſcripſerat. His et aliis facultatibus neceſſariis inſtructus Morelius operi tam praeclaro manus admouit. Si nihil aliud, quam rem tantam, auſpicatus atque exorſus eſſet, atque in ipſo operis limine ac veſtibulo vel rei difficultas non ſatis antea explorata, vel caſus aliquis improuiſus atque inopinatus (vt ſunt humana) eum rem coeptam inchoatam relinquere coegiſſet: tamen cum, ſapientum virorum ſententia, principium totius ſit dimidium, et in omni re honeſta ſolus conatus, etiam ſi e m non perficias, laudari ſoleat: magnum quiddam feciſſet, laudemque fortaſſe aliquam meruiſſet. Nunc autem cum reapſe declarauit, ſe non inanem conatum, neque praecipitem, aut irritum impetum ad negotium ſuſceptum attuliſſe: (quod facere conſueuerunt, qui, non adhibito ad rem, quam inſtituunt, conſilio, neque rei magnitudine diligenter et attente conſiderata, ad aliquid magnum aggrediuntur,) ſumma laude digniſſimus eſt: qui quamdiu reipublicae tempora tulerunt, tanto ſtudio in id, quod ſemel conſiderate ſuſceperat, incubuit, tantaque animi alacritate in eo perſeuerauit, vt Demoſthenis editionem uſque ad orationem de male obita legatione perduxerit: hoc eſt paullo minus, quam totius operis dimidium, attigerit. Cum ad eam orationem perueniſſet anno, opinor, cIↃ. cI. LX. magnae turbae in Gallia coortae, temporaque reipublicae calamitoſa conſecuta, bellum domeſticum, peſtilentia, huius ſcholae uniuerſae infrequentia et ſolitudo, et paene dicam vaſtitas: haec et ſimilia mala, opus magno animo incoeptum, et ad id loci perductum, interrumpere coegerunt. Non multo poſt ille, morbo partim ex vigiliis intempeſtiuis et labore immoderato, partim ex communium et publicorum incommodorum acerbitate contracto, ſupremum vitae diem obiit. Quo mortuo ſpes omnis huius editionis abſoluendae omnibus mortalibus praeciſa eſt, praeſertim creſcentibus in dies diſcordiis ciuilibus, et poſt ſuperiora mala ſedata ac ſopita (non enim dicam exſtincta) nouis ſubinde aliis grauioribus ſuborientibus, quibus nondum etiam hodie defuncti ſumus.

Ita cum Demoſthenis editio inchoata multos annos manſiſſet: Io. Benenatus, totius inſtrumenti typographici ſucceſſor, matrimonio cum vidua contracto, factus, partim ſua ſponte, partim hominum tam longam incoepti operis intermiſſionem querentium et aegre ſerentium vocibus aſſiduis victus, conſilium tandem cepit operi inchoato, et depoſito, et vt ita dicam, conclamato, ſubuenire. Qua in re cum ſibi adiutorem aliquem adhibendum eſſe exiſtimaret, qui et vellet et poſſet ei rei operam aliquam nauare, ſe ad me potiſſimum contulit: quem et publicis commodis libenter inſeruire cognouerat, et plurimum ſibi in negotio ſuſcepto prodeſſe poſſe exiſtimabat. Ego, quamuis in aliis rebus a me inſtitutis occupatiſſimus, homini amico, praeſertim in re tam praeclara, deeſſe nolui. Itaque continuo reliquam partem exempli impreſſi, ad cuius oram et ſcripturarum contextus Demoſthenis varietates a Morelio adſcriptas, et ſcholia illa Graeca nondum impreſſa, transſcripta fuiſſe ſupra dixi, diligenter atque attente relegi, ac recognoui. Ac ſcholia quidem illa, quae propter Morelii obitum immaturum erant adhuc confuſa, et perturbato ordine collocata, ita ut, quo pertinerent, non facile quiuis interdum cerneret, ſuo quaeque loco digeſſi atque in ordinem redegi: et Vlpiani commentarios in editionibus vulgatis corruptiſſimos, quoad eius fieri debuit ac potuit, caſtigaui atque emendaui. In contextu vero Demoſthenis recognoſcendo viam mihi iam a Morelio praemonſtratam ſecutus ſum, ſimulque Benenati voluntati morem geſſi, vt nihil prorſus a vulgata et recepta ſcriptura mutarem: ſed omnes diſſimilitudines vel ad oram libri adpingendas, vel in calce collocandas curarem. Qua quidem in re tanta fuit Benenati religio, cui facile aſſenſus ſum, vt lectiones et interpunctiones vulgatas nonnunquam vitioſas retinere maluerit, dummodo earum emendationes vel in margine, vel in calce libri repreſentarentur, quam cuiquam maleuolo vllam iuſtam repraehendendi anſam relinquere. Meminerat enim, de mea Ciceronis editione, qui ſermones hominum partim imperitorum, partim iniquorum fuiſſent, cum dicerent, me nimium mihi iuris in Cicerone emendando aſſumſiſſe: non oportuiſſe a lectione recepta diſcedi: ſatis fuiſſe lectionis varietates et ſcripturas in antiquis codicibus repertas, aut quantumuis probabiles coniecturas, in annotationibus locari. Ne quid igitur in Demoſthene quicquam tale a nobis eſſe factum queri poſſit, (quamuis hominum inuidorum et indoctorum ſermones ſemper contemſerimus, et noſtram in Ci-

in Cicerone emendando induſtriam doctis omnibus probatam eſſe compertum habeamus) ita religioſi, vt dixi, in hac editione fuimus, vt lector hoc ſibi certo promittere queat, et Demoſthenem omnium, qui vnquam editi ſunt, emendatiſſimum, Gulielmi Morelii, Io. Benenati opera, nonnihil etiam mea, quod quidem in mea manu fuit, nunc ſe eſſe adeptum, et nihil tamen, quod quisquam vel maleuolentiſſimus criminari poſſit, in eo eſſe immutatum. Haec te, lector, ſcire volui, priusquam ad Demoſthenem legendum tuum ſtudium conferres. Si qua operarum errata ſunt, alienam culpam praeſtare non debemus. Vale et hoc labore fruere. Lutetiae anno cIↃ.IↃ.LXX. Kalend. Febr.

IO. BENENATVS TYPOGRAPHVS Lectori.

Cum duodecim abhinc annos Gulielmus Morelius Demoſthenem, oratorum omnium facile principem, typis mandare coepiſſet, et hanc editionem primum turbulenti reipublicae motus, bellaque inteſtina, et difficultas rei familiaris ex malis communibus nata, intermittere coegiſſent: deinde eius viri mors breui conſecuta totam rem ita impediſſet, vt perexigua et perquam tenuis ſpes eius de integro aggrediendae relinqueretur: nobis tandem, anno ſuperiore, Gregorii Nazianzeni ab Iacobo Billio Brunaeo, S. Michaelis in Eremo abbate, viro literis graecis et latinis, omnique doctrina liberali perpolito, in latinum ſermonem conuerſi editione abſoluta, in mentem venit, Demoſthenem, quem ab omnibus graecarum literarum ſtudio deditis valde amari atque expeti ſciebamus, aliquando repetere, eiusque editionem inchoatam relictam abſoluere. Cui oneri ſuſtinendo cum humeros noſtros inualidos eſſe facile intelligeremus, ſiue ſumtus in eo negotio faciendus, ſiue difficultas in exemplo recognoſcendo, et ſcripturarum varietatibus conſiderandis, ac ſcholiis ordine diſponendis, ſpectaretur, auxilium ab aliis nobis petendum eſſe exiſtimauimus. Et quod ad ſumtum quidem attinet, hunc nodum non tam cito, neque facile expediuimus: altera autem difficultas non multo minor reſtabat: qua qui nos libentius, aut facilius leuaret, quam Dionyſius Lambinus, literarum graecarum profeſſor Regius, non videbamus. Itaque cum ad eum confugiſſemus, ab eoque petiuiſſemus, vt nobis tanto oneri ferundo impari-

bus opem ferret: ille continuo, pro ſua erga omnes humanitate, et pro ſuo in literas et literarum ſtudioſos amore, de quibus bene merendi neque finem, neque modum vllum facere poteſt, quamuis eſſet in aliis rebus, iisque difficillimis et vtiliſſimis rei literariae futuris occupatus, nobis operam ſuam pollicitus eſt et promiſſum exſoluit. Quod ſi eius occupationes, vt ſummo iure poterant, ita hoc nobis adiumentum denegaſſent, niſique quaſi quidam Hercules Atlanti defeſſo in partem laboris ſucceſſiſſet, profecto, vt ingenue fatear, tantam negotii molem perferre non potuiſſem. Cum igitur Dionyſio Lambino huius editionis abſolutae magna gratia debeatur, tum Gulielmo Morelio mortuo nulla ſatis ampla laus tribui poteſt, qui primum hoc opus orſus eſt: deinde librorum veterum regiorum ope fretus, Vlpiani commentarios plus quarta parte auctos nobis reliquit: cum praeter diligentiam et induſtriam nihil de ſuo addiderit. nam quicquid additum eſt, additum ex libris manu ſcriptis quibus in recognoſcendo Demoſthene vſus eſt: ex quibus omnes ſcripturae varietates in marginem vnius exempli Heruagiani fideliſſime transtulerat, idemque et in multis aliis libris, antequam e vita decederet, fecerat, et in pluribus facturus erat, ſi vita ſuppeditaſſet. Quare omnium bonorum fauore dignus erat, qui tantum ſtudium, tantamque induſtriam ad vetuſtos codices quaſi e ſitu eruendos, et ex eorum auctoritate vulgatos reſtituendos conferebat.

Quod ad Demoſthenis laudes attinet, ridiculus ſane eſſem, ſi in tanto oratore laudando inanem operam hic ſumere vellem. Satius enim eſt de eo tacere, quam pauca dicere, eiusdem tamen aliquot elogia ex veteribus ſumta, in quibus colligendis nobis operam nauauit D. Lambinus, ſubiecimus.

Vale, lector beneuole, et ſi quid bene de tuis ſtudiis meremur, viciſſim faue.

Hoc autem, lector erudite, admonendus es, cum Morelius octo, vt dixi, codicibus in recognoſcendo Demoſthene vſus ſit, eos literis graecis in margine huius editionis ſignificari, verbi gratia, vnus ſignificatur litera α. alius litera β. alius litera γ. et ſic de reliquis. Caeterum notae marginales reſpondent notis, quae ſunt in contextu. Voces, quae includuntur huiusmodi obeliſco ', et huiusmodi nota apoſtrophi ' deſiderantur in libris ſua litera ſignificatis. Huiusmodi autem aſteriſcus * indicat, vocem vel voces additas eſſe in margine, quae abſunt ab aliis codicibus non ſignificatis.

Numeri,

Numeri qui ſunt ad marginem commentariorum, reſpondent numeris indicibus, qui ſunt ad marginem contextus. Multas ſcripturae varietates, et diſſimilitudines, praeter eas, quae ſunt in margine libri, in calce poſuimus, et cum eis, ſi qua errata operarum humanitus admiſſa ſunt, eorum emendationes coniunximus. Iterum vale, et nos ama.

HIERONYMI WOLFII
ad Euſebium Epiſcopium induſtrium et magnificum Typographum, in varias lectionis Demoſthenicas Praefatio.

Inſtitutum tuum, viro bono et docto, et tuo quoque cognomine dignum, (quod παρὰ τὸ ἐπισκοπεῖν fieri ſcis) non modo multos et magnificos autores: ſed et ornate et emendate, cum accuratis indicibus, eosdem in publicum edendi, magnopere probo: tibique et fructuoſum et laudi ſempiternae fore confido. Inter quos et Demoſthenicum hoc opus, propter ſummam vtriusque oratoris autoritatem, non poſtremas eſſe laturum, conſentaneum eſt. Quo libentius etiam rectae voluntati tuae, et D. Theodori Zwingeri acerrimo iudicio, perlegendo et conferendo et excerpendo Luteciano Demoſthene, morem geſſi, quamuis et perpetuis laboribus feſſus, et variis morbis pene confectus. Ac quod ad Vlpianum attinet, Morelius non malam nauauit operam, eumque nobis et auctiorem et paulo correctiorem exhibuit: cuius editionem in exprimendo ſequaris licebit: coniecturis tamen etiam noſtris (ſi videbitur) alicubi adhibitis. Scholia quoque, etſi pleraque non magni momenti, quibus longe plura (fortaſſis et meliora) e Lexicographis colligi poſſent, equidem non reiicio: vereor tamen, ne qui me rideant, qui iſtiusmodi λεπτολογήματα conuerſione mea dignatus ſim: eoque magis, quod in declaratione verborum, cum vtriusque linguae, in etymologiis, deriuationibus, ſignificationibus, in translatis, ſynonymis, contrariis, conſtructionibus, in aliis compluribus, diuerſa ratio ſit: ineptiae et nugae inanes vitari vix poſſunt. Nam Graeca ex altero latere ſita, Latinis admiſcere, quamuis aeque ineptum, tamen alicubi vitare non licuit: quod Scholiaſtes iſte, quisquis fuit, ſaepe nimium diffiſus lectorum ingeniis, elementarios pueros docendos potius ſuſcepiſſe videtur, quam eloquentiae Demoſthenicae candidatos. Sed vtut ſit, ego nihil ab vllo editum

in hoc opere, praeterire volui: cum non ignorem, ea, quae plerique docti viri pro nihilo ducunt, a quodam non poſtremae notae profeſſore magno cum ſupercilio et oſtentatione exquiſitae diligentiae atque doctrinae pro ſuggeſto fuiſſe decantata, vel deplorata potius ac elatrata, vt fuit *ἐμπαθὴς* ille homuncio et quamuis pene edentulus, mordaciſſimus, et in canina facundia (qua nimis petulanter et in me et in alios et me et ſe longe doctiores et clariores viros inuectus eſt) exercitatiſſimus, et, cum lippus eſſet, in perſpiciendis omnium ſcriptorum erroribus ac vitiis acutiſſimus. Qui quidem recte ſibi cauit, quod nihil in publicum edidit: *μή τι πάθῃ τό κ' ἔρεξε· δίκη τ' ἰθεῖα γένηται.* Sed ille valeat cum ſuis aſſeclis et imitatoribus; nos coepta, bonis auibus proſequamur. Vlpianum igitur, vt dixi, pellegiſſe non poenitet. In ipſo autem Demoſthene conferendo, haud ſcio an operae pretium fecimus. Nam coniecturae noſtrae *οὐκ ἄσκοπα τοξεύουσαι*, Aldino, duobus Heruagianis, Feliciano, Manutiano, Pannonio, Auguſtano Demoſtheni adhibitae, *καὶ ἐπίκρισις ἀπὸ μεγάλης Φρονήσεως, καὶ ἐμπειρίας πολυχρονίου γενομένη (εἰ καὶ Φορτικώτερον τοῦτ' εἶναί τισι δόξει τῶν βασκαινόντων)* interpoſita, id praeſtitiſſe videntur, vt acutus et eruditus lector alia exemplaria, vel expreſſa, vel manuſcripta, non magnopere ſit deſideraturus. Curatum enim eſt diligenter, vt et orthographica errata vel alioqui deprauata tollerentur, et confuſa diſtinguerentur, neque quidquam, quod ad rem pertineret, praetermitteretur. Itaque, ſi quid apud te valet mea auctoritas, mi Epiſcopi, ſequeris eos codices, qui manu mea emendati ſunt, et ſub Calend. Ianuar. ad te miſſi: omnibus tamen aſteriſcis repudiatis, qui librum magis deformant, quam lectorem adiuuant. Qui ſi ita ignauus eſt et ſocors, vt annotationes noſtras in locis ſuſpectis et dubiis conſulere grauetur, non aſteriſcis, ſed obeliſcis erit excitandus. Paucas tamen clauſulas, quae ex Auguſtano et Luteciano codice acceſſerunt, ſuis locis contextui facile inferes et Graeco et Latino. Has enim conuerti: caeteras varietates graece tantum notaui, alicubi tamen cenſura addita. Quod ſi ſpatium et tempus datum fuiſſet, *συμπάσας τὰς πολυπλόκους ἀναγνώσεις*, ordine orationum ipſarum et diſtinctione ſeruata, contuliſſem: ſuperuacaneas (in diuerſis enim libris eaedem ſaepe exſtant) reſecuiſſem; retentis tantum aut neceſſariis, aut non omnino reſpuendis, cuiusmodi ſunt *τὰ συνώνυμα καὶ ἰσοδυναμοῦντα.* Nunc cum trimeſtri non amplius ſpacio tantum opus, vna cum Iſocrate Graecolatino, proximis nundinis

nis edito, inter varias occupationes, perlegendum fuerit, malui τὴν κράμβην δεκάκις παραθεῖναι ἢ μηδάπαξ. Nam ſuperuacanea facilius auferuntur, quam praetermiſſa ſupplentur. Ac varias lectiones omnium editionum conſignatas habes, quarum numeros, ſi foliis impreſſiones duae accommodari nequierint, praetermittendos cenſeo: lectorem monendum ex ipſa ſerie orationum et locorum, quo quaeque nota pertineat, facile deprehendi. Obſopoei caſtigationes integras excudi placet, iisque ordine ſubiici Lutecianas et Auguſtanas: niſi forte iſtic habeas virum doctum et acri in Graecis iudicio praeditum, qui id efficiat, quod ego temporis anguſtiis excluſus, non volens praetermiſi. Agnoſco enim et in hoc opere fortunam meam: quae ſubinde aut aliquid turbarum dat, otium ſperanti, aut adiumentum rei accurate conficiendae ſurripuit. Nam primum, ne diu optata, et perquam meae valetudini neceſſaria quiete, paucos hoſce, qui reſtant, vitae meae dies fruerer, oportuit Luteciam nunc demum parere, quod integrum Zodiacum annorum parturiit. Neque id factum reprehendo, de quo gratiam habemus omnibus iis, qui aliquid operae ac ſtudii ad id contulerunt: ſed factum meum narro, καὶ τοι οὐχὶ τῇ τετράδι, ἀλλὰ μετὰ τὴν πανσέληνον διαμέτρησιν γενόμενος. Deinde ſi ad manum habuiſſem exempla Demoſthenis et Vlpiani a me correcta: facilius et conſignare, et ſuis locis inſerere omnia potuiſſem. Nunc verendum eſt, ne quaedam aut transponantur, aut inculcentur ſaepius, aut detrahantur. Quae ſollicitudo ita me angit: vt ipſe Baſileam irem, cauendae iſtiusmodi confuſionis ergo: niſi et ſeruitute et imbecillitate corporis, quod, hoc tempore, nec pedeſtre iter, nec vectationem ferre poteſt, impedirer. Tua autem ſollertia et cura, perſpecta in caeteris lucubrationibus meis, non parum me recreat. Quod ſi D. Zwingerus Amphitheatro ſuo παγκοσμίῳ καὶ ἀειμνήστῳ exornando minus occupatus eſſet: is vnus οὐ μόνον ἰατρὸς, ἀλλὰ καὶ φιλόσοφος ἀνὴρ, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, omni me cura liberaret. Sed cum nefas ſit, grauiores illius occupationes, καὶ φιλοσοφωτέρας οὔσας, τοῖς ῥητορεύμασι τοῖς ἡμετέροις interpellare: ſi vel ipſe ea quae ex Luteciano et Auguſtano codice excerpta ſunt, pellegeris, vel, ab alio non indocto perlegenda curaris: facile apparebit, quid, et quo loco, vel Demoſtheni, vel Vlpiano ſit inſerendum, quid omittendum. Si vero per alia negotia nec ipſe praeſtare haec potueris, nec hominem idoneum nactus fueris, neminem tam ingratum, tam iniquum fore puto, qui non potius candide

probet

probet ea, quae dedimus, quam quae, neceſſitate coacti, praetermiſimus, importunius requirat. Et vt exiſtant tales (ſunt, enim qui metere velint, vbi non ſeuerunt: et ea exigant, quae non dederunt: et ad ſuum arbitrium fieri et dici oportere omnia, ſomnient) his vnum illud reſponſum volo: *οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.* Quanto enim ſupercilio illi me accuſarint, tanto eos animo contemnere decreui: *μέγα τῆς συκοφαντίας ἀλεξιφάρμακον πάλαι παρεσκευασμένος, τὸ ἀφροντιστεῖν ἐκ περιουσίας, μᾶλλον δ' ἐμφύτου βασκανίας τὰ μὲν ἡμέτερα διαβαλλόντων, οὐδὲν δὲ τούτων βέλτιον ἐκ τῆς ἰδίας πολυμαθημοσύνης, ἧς οὐ κενεώτερον ἄλλο, προφερόντων καὶ ἐπιδεικνύντων.* Atque haec, de Vlpiano, de Scholiis, de ipſo Demoſthene dicta, hoc loco ſufficiant. De varietate autem tanta, tamque multiplici codicum, vt de veritate lectionis pene deſperari queat, paulo pluribus agendum eſt. Ac primum ſtatuendum, eruditos ſcriptores, cum lucubrationes ſuas publicarent, in ſingulis ſententiis vno quodam certo eloquendi genere, non pluribus ac diuerſis, eſſe vſos: eoque, quod aptiſſimum et elegantiſſimum, ex magna et ampla verborum copia selectum, iudicarent. Non igitur tanta diuerſitas ab ipſis librorum autoribus, ſed ab eorundem corruptoribus proficiſcitur, ſiue librariis, ſiue criticis, ſiue ſcholiaſtis: quorum hi poſtremi non tam ſua, quam deſcribentium culpa mutationibus germanae ſcripturae occaſionem dederunt. Gloſſemata enim, eaque aut diuerſis libris diuerſa, aut in eodem varia, ſiue marginibus, ſiue ſuperne verſibus addita, ſaepe in contextum irrepſerunt, locoque mouerunt veteres, vt ita dicam, colonos. Sic alia pro aliis ſubſtituta, neceſſaria praetermiſſa, ſuperuacanea inculcata, elegans et numeroſa ſtructura peruerſa eſt ſaepenumero. In quo genere multum peccatur ab iis, qui memoria potius quam oculis in deſcribendo vtuntur, ſententiam animo complectentes, eandemque ſuo modo efferentes, et verbis et ordine verborum neglectis. Cum autem bibliopolae veteres mancipiis vterentur, e quibus vnus aliquid pronunciaret, quae reliqui ſcriberent: ſi vel dictator ille parum commode et diſtincte eſt locutus, vel e ſcribis aliqui, aut ſurdaſtri, aut fortuito ſtrepitu ac tumultu perturbati fuerunt: quis alios alia ſcripſiſſe miretur? Acceſſit inſolens quoddam *καλλιγραφίας καὶ τῆς διὰ σημείων τινῶν συντομίας* ſtudium: nihilo melius quam ipſa *κακογραφία.* Vtraque enim *τὸ εὐανάγνωστον* (qui omnis ſcripturae finis praecipuus eſt: vt orationis *τὸ εὐκατάληπτον καὶ εὐήκοον*) impediit, cum eosdem characteres et ductus et notas compendia-

rias

rias alii aliter, pro ſua quisque intelligentia et perſpicientia, legerent. Itaque τὰ ἐκ τοῦ δυσαναγνώστου παροράματα non pauciores mutationes, quam αἱ ϖαρακοαὶ, pepererunt. Nam de libris aut mutilatis, aut vetuſtate, et caſu quopiam corruptis, aut a blattis et tineis eroſis, atramento etiam exoleſcente, καὶ ἐξίτηλα τὰ γράμματα exhibente, quorſum attinet dicere? Iam librariorum inſcitia, incuria, perfidia cui non nota eſt? Quae μεταπλασμῶν genera non crebro occurrunt? Omnia certe plena videas προσθέσεων καὶ ἀφαιρέσεων. ἐπενθέσεων καὶ συγκοπῶν, παραγωγῶν καὶ ἀποκοπῶν, ἀντιστοιχιῶν καὶ μεταθέσεων. ἐν αἷς καὶ αἱ ἐκτάσεις καὶ αἱ συστολαὶ ἐμπεριέχονται· διαιρέσεών τε καὶ συναιρέσεων, καὶ οὐ συλλαβῶν μόνων ἀλλὰ καὶ λέξεων ἃς οἱ μὲν ἀπολύτως οἱ δὲ ὑφὲν γράφουσι συναλοιφῶν τε καὶ ἐκθλίψεων. Nec deſunt ὑπερβατὰ, ἀναστροφαὶ, διακοπαὶ, συγχύσεις, ὕστερα πρότερα. nec ἐκλείψεις καὶ πλεονασμοὶ καὶ ἄρυθμα καὶ κακοσύνθετα: nec ἀντιπτώσεις καὶ ἀντιμέρειαι, καὶ ἐναλλαγαὶ προθέσεων, ἄρθρων, συνδέσμων ἀντωνυμιῶν, ἐπιῤῥημάτων συγκριτικῶν, γενῶν, ἀριθμῶν. εἰδῶν, σχημάτων, χρόνων. διαθέσεων, ἐγκλίσεων, πνευμάτων, τόνων παθῶν, συντάξεων, omnium denique eorum, quae Grammatici Graeci ἑπόμενα, Latini accidentia partium orationis appellant, et reliquarum praeceptionum, quae orationem, aut obſeruatae, planam ac perſpicuam reddunt, aut neglectae, obſcurant et deformant. Huiusmodi mutationum tanta multitudo vel in vno Demoſthene occurrit, vt, ſi quis et otio abundet, nec ingenio careat, et eruditione polleat: λεξικὸν σφαλμάτων ἐπανορθωτικὸν conficere poſſe videatur: et in ſalebroſis, obſcuris, dubiis, impeditis locis aliorum etiam autorum, non tam quid ſcriptum ſit, quam quid ſcribendum fuerit, e dictione ſcriptoris, e ratione Grammatica, e ſententia et conſtructione. temeritate remota, diuinare. Nos autem aliis nunc rebus vtilioribus, aut ſaltem magis nobis neceſſariis, vacaturi: pauca quaedam, nullo ordine, vt occurrent, velut ſpecimen proferamus: quae ad caetera genera, quae modo expoſita ſunt, facile referentur. Sumanus igitur haec: καὶ ταῦτ' αὐτοῦ καταμαρτυροῦντες πράξειν φησί. Legendum eſſe καταμαρτυρεῖν τὰς πράξεις me ſententia docuit et erroris animaduerſio ἐκ τοῦ ὑφ' ἓν καὶ τῆς ἀντιστοιχίας, vt et alia plurima ſaepe deſtitutum quindecim codicum auxilio. Διενεγκεῖν· δεῖ ἐνεγκεῖν πέντε καὶ δέκα τάλαντα τοὺς· πεντεκαιδεκαταλαντιαίους οἴκους. Sic πεντεκαιδεκαναία· vt cauſidicae ac potius ſycophanticae artis vno verbo apud Ariſtophanem deſcriptio, στρεψοδικοπανουργία. ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι alii, ὦ ἀθηναῖοι, alii,

ἀθη-

ἀθηναῖοι, vtraque voce praecedente omiſſa. ὅτι Θεοκρίνης ὀφείλει· Θεοκρίνην ὀφείλειν: ἀλώοις· ἀλῷ οἷς. ὧν ἔνεστιν· ὧν ἔνεστιν· ὑπόλογον. ὑπὸ λόγον. γεγραμμένα· γράμματα. θεσμοθετοῦντα. θεσμοθέτην. ἀφεὶς· ἀφ' ἧς. παιδὸς· ἄπαιδος· ἄποθεν· ἄπωθεν. γράμματι· πράγματι. ταῦτα· πάντα. Haec videntur εἶναι τῆς παρακοῆς e ſoni ſimilitudine. ἀληθὲς· ἀκριβές. τἀληθὲς· τἀκριβὲς· ἠφάνισεν. ἐξήλειψεν. ὁποίας. οἵας. τιμωρίας. κολάσεις. ἡλίκον. ὅσον. Haec Synonymorum permutatio ſcholiis debetur. πάντα ὅσα· ἅπανθ' ὅσα. κατέγνωτε· κατεγνώκατε· ᾔδεσαν, εἴδεισαν. ἐξαλήλιπται· ἐξήλειπται. διακεκριμένον· διακεχριμένον. ἐνεχείρησε. ἐνεχείρισε. εἰπὼν· ὑπειπών. ἀναγκαζομένους· συναναγκαζομένους. ἵνα. μὴ ἵνα. τὰ ἐκ: τά τε ἐκ. παρακατατιθέμενον. παρακατατίθεσθαι. αὐτὸς· οὗτος. οἰκουμένας· οἰκονομουμένας. κρατεῖν· κροτεῖν. παρ' ὑμῖν· παρ' ὑμῶν. ἐγέγραπτο· ἐνεγέγραπτο. ἄδικος· ἀνάδικος. ἀδικεῖν ἀντιδικεῖν. ἀνταδικεῖν. ἐξαιτήσομεν οὓς· ἐξαιτησομένους. διοικῆσαι· διοικίσαι. αὐτὸν· αὐτόν. ῥήτωρ· ὁ ῥήτωρ. Sed modus ſit rei prope infinitae: quam priuato quisque ſtudio, ex iis, quae et a nobis, et ab aliis notata ſunt, obſeruet. At inquies, quis in tanta varietate veram lectionem deprehendet? Alicubi fortaſſe nemo: ἴσων γε τῶν ψήφων γενομένων: quoties et verborum eadem vis eſt, et ratio ſententiae atque ſyntaxeos conſtat, et non diſſimilis eſt numerorum concinnitudo. Vbi vero alius codex ad haec propius accedit, aliusque ab iisdem recedit longius, quis dubitet, vter vtri ſit praeferendus? Atque haec mea adiumenta fuerunt in iis autoribus interpretandis, quorum aut ſingulos tantum, aut plures conſentientes codices habui, neque coniecturas meas, quae et rationem Grammaticam, et ſententiae veritatem, et dictionem autoris ſollicite conſectantur atque diuturnum in graecis litteris (in quibus aetatem conſumſi) vſum et iudicium cum multis carioſis exemplis (etſi hoc inuidis et imperitis arroganter dictum videbitur) commutata vellem. Neque hoc a me temere iactari, docere poterunt, Iſocrates, Plutarchus, Epictetus, Suidas, Byzantina hiſtoria, ſcholia Ptolemaei, Vlpianus, alia complura, et hic ipſe Demoſthenes: quem non pluribus locis tot tam diuerſa exempla, quam diuinationes noſtrae καὶ γνώμη ἐπιτυχὴς correxerunt. Ea autem vt addantur, quae a librariis non deprauata, ſed τρωϊκῷ τινὶ πηδήματι omnino praetermiſſa fuerunt, quaeque non niſi libri integri ſubſidio reſtitui poſſunt (quae perpauca quidem ſunt) non eſt ab homine poſtulandum. Illud vero, mi Epiſcopi, et optandum eſt, et opera pro virili danda, ne operae tuae,

qua

quae nos tanto labore emendauimus, per inſcitiam et incuriam denuo corrumpant et deprauent. Quod abſit vt fiat cum vtriusque noſtrum iniuria atque infamia, et iuſta inſcriptionis criminatione. Neque vero fiet, te vigilante, καὶ ἐπισκοποῦντος, vt ſoles, qui multis egregiis voluminibus editis, fidem tuam atque induſtriam omnibus candide iudicantibus approbaſti. Vale. Auguſtae Vindelicorum XXIII Auguſti; quo die typographicis ſcriptionibus confectis, onus Aetna grauius excusſiſſe, et e dura ſeruitute aureae LIBERTATI reſtitutus eſſe mihi videor. Anni M. D. L X X.

Ad Magnificum et Generoſum Virum D. IOANNEM IACOBVM FVGGERVM: Kirchbergae Wiſſenhorni et Phyrettarum dominum, Caeſareae et Regiae Maieſtati a Conſiliis etc. ingenio, doctrina, virtute ornatiſſimum, Hieronymi Wolfii in Demoſthenem, latinum a ſe factum, Praefatio.

Quoties, Ioannes Iacobe Fuggere, vitae meae cogito ſtudiorumque rationem, fato quodam rapi mihi videor ad hoc litterarum genus, in quo multos iam annos, neſcio quam feliciter, ſedulo quidem certe verſor ac diligenter. Cum enim puerum olim nulla diſcendi occaſio, nullae parentum et amicorum cohortationes inuitarent, ſed potius plurimi deterrerent, natura tamen ita mihi fuit inſitus et infixus incredibilis quidam graecarum litterarum et poeſeos amor, vt in magnis et fere perpetuis cum fortunae, tum valetudinis incommodis, nunquam hactenus a ſemel inſtituto ſtudiorum curſu potuerim vllis rationibus dimoueri. Quam prudenter in eo fecerim, non dico: et ſi quid peccatum eſt, ſatis graves erroris mei poenas do, qui ex adamatis litteris nihil fere praemii, praeter labores et moleſtia, fero neque vllum proſpicio portum, in quo poſt diuturnas veluti tempeſtatum iactationes tandem conſiſtere liceat, cum hactenus quidem ab alio exilio (quid enim aliud dicam, etſi non longinquas, crebras tamen at aeque moleſtas peregrinationes) ſubinde fuerit in aliud abeundum. Siue igitur ea Fortunae, praepotentis dominae, ſiue ſimplicitatis meae culpa ſit: ferendum eſt, non culpandum, quod iam mutari non poteſt: et miſeriis meis haec fingenda conſolatio, ſtationem hanc mihi diuinitus eſſe attributam, atque in ea ſtrenue pro parte virili elaborandum. Id quod in hunc vſque diem facere non deſiſto, maiore omnino

omnino contentione, (ſi quid amicorum reprehenſionibus credendum eſt) quam vires ac valetudo mea patiuntur. Cum enim docendi prouincia me plus ſatis exerceat, quicquid reliqui temporis datur, id vniuerſum, ſaepe genio defraudato, legendo, meditando, ſcribendo conſumo. Quod cur faciam, ſi quis me rogat, veriſſime reſpondeo, me ſine magna animi moleſtia non aliter poſſe facere: ſiue quia ſic aſſueui; et natus fortaſſe ad aerumnas ſum; ſiue quod (vt Plinius dicere ſolebat) omne tempus perire exiſtimo, quod ſtudiis non impendatur. etc. potuiſſem quidem, et haud ſcio, an debuiſſem etiam, hanc ſedulitatem in alio vitae genere conſumere, quod plus et fructus haberet, et dignitatis. Sed quia ſerum eſt poſt facta conſilium, Spartam, quae mihi obtigit, ornare ſtudeo. Anno igitur ſuperiore Iſocratem in publicum edidi a me conuerſum, qui etſi propter neceſſariam feſtinationem et alias incommodationes, non ſic emendari potuit, vt vel mihi vbique ſatisfaceret: ea tamen liberalitate ampliſſimi et prudentiſſimi Senatus Norimbergenſis (cuius honorificis de me iudiciis non minus debeo, quam munificentiae, ac ſemper debebo) eo candore doctorum eſt exceptus, vt me non ideo poenitere debeat illius lucubrationis, quam nunc ſucciſiuis horis ſecundae editioni adornare conor, vt tantorum virorum fauore et eruditorum approbatione dignior aliquanto videatur. In quo autore cum tyrocinium non inauſpicato feciſſem, ac maius opus aggrediendi tempus eſſe videretur, non magnopere ſum aduerſatus Ioannis Oporini, doctiſſimi viri, mihique amiciſſimi, iudicio, qui Demoſthenem latinum iam multis annis a ſtudioſis flagitari indicabat. A quo opere eo minus abhorrebam, quod iampridem eiusdem autoris non modo quasdam orationes ingenii exercendi gratia conuerteram, ſed et locutiones minus peruuulgatas, et ſententias omnes inſigniores, in peculiare volumen contuleram: et aſſiduitate diligentiae fretus, me nauare aliquid atque efficere poſſe ſperabam, quod boni et docti viri approbaturi eſſent. Neque tamen non prouidebam maleuolorum quoque calumnias, et importuna ſciolorum iudicia, quae tam multa, tam varia, tam inter ſe diſcrepantia ſunt, vt ea perſequi et refutare ſit infinitum. Delibanda tamen pauca mihi ſunt, vt mei mihi conſilii ratio nonnulla conſtitiſſe videatur. Ac primum eorum ſollicitudo, qui metuunt, ne adoleſcentes conuerſionibus freti, graecas litteras negligere incipiant, ita mihi videtur inanis, vt ſtudioſos adoleſcentes nulla ratione magis incitari poſſe ad graecas litteras diſcendas exiſtimem, quam

ſipro-

ſi proſpiciant, ſe fidelium interpretum auxilio, quaſi compendiaria via, ſine magnis moleſtiis et difficultatibus ad elegantiſſimae et eruditiſſimae linguae iucundiſſimam ſimul et vtiliſſimam cognitionem peruenturos. Quos enim prius fortaſſe nec a praeceptoribus, nec copia librorum ſatis inſtructos, deſperatio retardabat, ii fiducia interpretationis difficillimum quemque autorem in ſua lingua ſuſcipere legendum audebunt: et eam ſibi felicitatem gratulabuntur, quod, quae in latino ſermone rudiora ſunt, et longe infra excellentiam ipſorum autorum, ea non mutilata, non inquinata, non deprauata, non imminuta, ſed integra, pura, correcta, ſolida, vt ab autore ipſo publicata ſunt, cognoſcant. Quod certe tanti refert, vt optabilius eſſet, omnes iis eſſe ingeniis, ea induſtria, ea felicitate, vt trium linguarum coniuncta ſcientia, omnes res cognitu neceſſarias et vtiles, ſiue ad pietatis cultum, ſiue ad rem publ. gubernandam, ſiue ad mores formandos, ſiue ad rem domeſticam conſtituendam, et curam valetudinis pertinentes, non exinquinatis interpretum riuulis, ſed ex limpidiſſimis ipſorum autorum fontibus haurirent. Sed videmus, eam ignauiam noſtri ſeculi, et in ſumma diſcendi copia faſtidium, vt hoc optare audaciae, ſperare ſtultitiae eſſe videretur. Quare non improbandum erit eorum ſtudium, qui in id operam dant, vt praeſtantiſſima veterum monumenta poſſint etiam a mediocriter literatis aliquo modo intelligi. Idque nonnulli ſunt (graues profecto et eruditi viri) qui non paulo vtilius eſſe putent, quam quod nunc complures ſibi ſtudio habent, vt hinc inde male conſutis quaſi centonibus, nouos, eosque nugaces plerumque libellos (pauci enim vere docti ſunt et eloquentes, ad quos haec reprehenſio nihil pertinet) concinnent, et cramben, non bis, ſed ſexcenties repetitam apponant. qui quid efficiunt aliud, quam vt varietate praeceptionum ingenia diſtrahantur: et bibliothecis in immenſum exaggeratis, neglectis libris melioribus, deteriores non raro celebrentur. Plures fere nunc ſunt (vt de aliis taceam) artium dicendi methodi, quam ipſarum artium ſtudioſi. Quanto autem eſſet praeſtabilius, Ariſtotelem et Ciceronem eruditis illuſtratos commentariis ſtudioſe legi atque ediſci. Quanquam qui ſua compendia eo retulerunt, vt illis rectius intelligendis ſeruiant, eos plurimum profuiſſe nemo non intelligit et fatetur. Ac eandem etiam interpretationum eruditarum rationem eſſe cenſeo: et ego in Demoſthene conuertendo eo reſpexi, non modo, vt a rudibus graecarum literarum legeretur, ſed vt cum graeco autore

conferri poſſit mea interpretatio et ei per omnia (quantum liceret) exquiſite reſponderet, ac nihil malim, quam vt (quod in multis autoribus factum eſſe video) cum latinis ex aduerſo graeca coniungerentur. Non quod vim illam, et (vt Graeci vocant) δεινότητα Demoſthenicae orationis et atticam venerem, et numeros oratorios vlla ex parte me conſecutum ſperem: quod quis ſibi arroget (his quidem temporibus) niſi prorſus amore ſui nimio et admiratione coecutiat? ſed quod in optima conſcientia lucem non reformido, et ſententias ſententiis appendere ſumma fide ſum conatus, ad eamque rem et tempus (quamuis id ſane iuſto breuius) et diligentiam adhibui quam fieri potuit attentiſſimam. Quod ipſum in hoc autore conſequi, quam ſit arduum, ex eo apparet, quod in tanto graecae linguae interpretum numero nemo hactenus totum Demoſthenem conuertendum ſuſcepit: alii profeſſi neſcio quid (neque enim tam facile eſt praeſtare magna, quam polliceri) diſtulerunt: alii ea ediderunt, quae qualia ſint, aliorum eſto iudicium. Neque enim mihi propoſitum eſt, quenquam vel tacita cogitatione perſtringere: laudare quidem eos, qui in aliquot orationibus explicandis egregiam operam nauarunt, cuperem, et quidem pro officio deberem, qui id ipſum, quod ego ſum conatus, ſi vellent, longe luculentius praeſtarent, niſi aſſentationis ſuſpicionem pertimeſcerem. Nunc dum alii vel ceſſant, vel quae ſcripſerunt, Horatii ſecuti conſilium, in nonum annum premunt, laborem hunc imponi mihi paſſus ſum, partim hortantibus, partim ſuſceptum opus approbantibus, non paucis eruditis. Non equidem ſum omnium audaciſſimus, nec ſine omni deliberatione et virium mearum aeſtimatione tantum opus ſum aggreſſus (quo quid queat eſſe turpius?) aut me vnum id efficiendi facultatem habere credidi, de quo complures deſperaſſent. Sed duabus praecipue rebus fretus fui: tolerantia laborum, quibus in honeſto propoſito non facile ſuccumbere ſoleo: et mediocri multorum annorum graecae linguae vſu et exercitatione. Praeterea mihi Demoſthenem legenti et ſaepius relegenti non tantum ineſſe difficultatis videbatur, quantum plerique perſuaſum haberent: et ſi qua difficultas eſſet, eam pendere partim ab ignoratione linguae graecae, quae iam non autoris culpa eſt, ſed lectoris: partim ab exemplarium deprauatione, de qua nos quoque non iniuria conquerimur. Nam cum oratorem hunc noſtrum ſic certe loqui oportuerit, vt a cerdonibus, a nautis, ab agricolis (hoc enim eius fuit auditorium) intelligeretur: putaui, me, quan-

quanquam in media Germania natum, aſſidua tamen optimorum graecae linguae ſcriptorum lectione id eſſe conſecutum, vt Demoſthenes (toties praeſertim relectus) nihilo mihi eſſet obſcurior, quam alicui nauiculario, aut ruſtico, qui quotannis eum ſemel atque iterum pro concione dicentem oſcitanter audiuiſſet. Ea tamen excipio inſtituta veterum, de quibus nihil certi nobis eſt traditum; et codicum mendas, quae certe maximam difficultatis opinionem pepererunt. Ego vero ad eam ſuperandam quibusdam artibus ſum vſus, quibus me profeciſſe aliquid exiſtimo. Vna haec eſt, quod mihi non perſuadeo, me quicquam ſcire, quod neſcio: quo vitio multi, niſi multum fallor, et ſuo et aliorum malo laborant. Locos igitur ambiguos et dubios in omnem verſo partem, et quam attentiſſime cum toto genere Demoſthenicae orationis, aliorumque bonorum autorum comparo: diligenter inquiro, an aliqua verba deſint, redundent, vitiata ſint, aut transpoſita: ſi plura exemplaria habere poſſum, confero: ſi quem locum ab aliis citatum, declaratum, aut conuerſum eſſe memini, conſulo. Atque in hac quidem parte non parum adiutus ſum *ioannis Berenardi Feliciani*, doctiſſimi viri, diligentia, qui curauit vt exemplar Demoſthenis ex officina Franciſci Brucioli Veneti, quod Heruagius nuper aemulatus eſt, multis in locis haberemus correctius. Quanquam is quoque noſtrae induſtriae permulta et inueſtiganda reliquit, et diuinanda, quae in noſtris Annotationibus indicata eruditi lectoris iudicio committemus. Altera eſt, quod, ſi difficultas non corrupti exemplaris eſſe, ſed vel verborum, vel ipſarum rerum videtur: nullius me laboris, nullius operae piget, in conſulendis et euoluendis optimis quibusque, tum veterum, tum recentium, graecorum et latinorum commentariis: nec doctos etiam viros, ſi occaſio datur, ſciſcitari erubeſco Atque vtinam laudabilis illa veterum conſuetudo reduceretur, qua illi opera ſua, priusquam in publicum ederentur, in conſeſſu doctorum, libere candideque iudicantium, recitabant. Nam ea ratione infinitae et verborum et rerum ineptiae vitarentur. Nemo enim tam acutus eſt, nemo tam vigilans, quin alias incogitantia, alias ignorantia, et coeco amore ſui hallucinetur. Sed cum vt alia multa, ſic hoc quoque bonum aetati noſtrae deſit, vno contentus fui, *Sebaſtiano Caſtalione*, homine acerrimi ingenii, egregia trium linguarum cognitione, (id quod ipſius monumenta et declarant, et declarabunt, neque vllo alio praecone indigent) candore et humanitate ſingulari, et meliore fortuna liberaliſque patroni benignitate digniſſimo:

 qui

qui, qua eſt facilitate, pro amicitia noſtra non recuſauit conferre mecum ad graecum exemplar magnam Demoſthenicarum orationum partem, et de multis ſermonis vitiis me admonuit, quae ego, fretus autoritate recentium ſcriptorum, quorum ab ineunte aetate plus ſatis fui ſtudioſus, ante pro vitiis non habebam: nunc admonitus, pleraque facile cauere poſſe videor. Denique, vbi me haec omnia praeſidia deſtituunt, non video, cur non in aequi lectoris humanitate certiſſimam veniae ſpem repoſitam habere debeam: etſi confitear, me velut in ſalebris haerere. In quo ego ſuauiter interdum eorum ridere ſoleo puerilem arrogantiam, qui inſcitiam ſuam ab acutis lectoribus deprehendi, quam ingenue confiteri, malunt. Quaſi vero propterea ſis reprehendendus, ſi poſt adhibitam omnem diligentiam, quaedam ignoraris? aut vllus omnino ſit autor in vtraque lingua vel minimus, de cuius locis aliquot non ſit homini prudenti, et iudicium non praecipitanti, dubitandum? Quid de Demoſthene dicemus, qui praeter loca deprauata complura, tam acutus, tam breuis, tam rotundus, tam lubricus eſt, vt ego quidem iis ignoſcam qui eius ſententiam alicubi non ſunt aſſecuti: et ignoſcendum mihi putem, ſi in tam longo opere aliquando ſomnus obrepſerit, diuturnitate laborum et vigiliarum defatigato: in magna praeſertim temporis breuitate, multisque incommodis. Nam cum praeter caetera mala et negotia, quae non pauca nec opinanti obiecta ſunt, docendi me labor quaternas ſingulis fere diebus horas detineret, eaque prouincia optimas quasque horas ſuo ſibi iure vendicaret, ac vixdum aggreſſum, cum maxime feruebat animus, e medio plerumque veluti curſu reuocaret, cum non vt Demoſthenes in ſubterraneo ſpecu abditus laterem, ſed in loco turbulentiſſimo verſarer, adeo, vt interdum pene obſurdeſcerem ſtrepitu et clamoribus hominum: non pluribus tamen menſibus (id quod conuictores mei et familiares non pauci norunt) totum latine conſcripſi Demoſthenem ab initio vsque ad finem, quam qui in tot occupationibus ad diligenter perlegendum requirantur. Quare beati iſti et otioſi, qui, ſi vnam atque alteram Demoſthenis, aut Iſocratis, aliorumue ſcriptorum oratiunculam, longiore etiam ſpatio, quam elephanti pariunt, elucubratam ediderint, dii ſibi videntur, iniqui in me iudices eſſe non debebunt. Ego enim, ſi fortuna pateretur, eorum tarditatem imitari facile poſſem: ipſi meam properationem fortaſſe non imitarentur. Neque haec oſtentationis cauſa dico, (neque enim neſcio, non

tam

tam celeritatis eſſe laudem, quam bonitatis) ſed ad veniam duntaxat facilius impetrandam volo pertinere. Cur enim non malim ſolidam potius laudem expetere, mora longiore interpoſita, quam aliquorum reprehenſionibus nimia feſtinatione dare locum? Sunt enim, qui ſummae temeritatis eſſe cenſeant, breui tempore conari quicquam in Demoſthene, cuius omnes orationes fuerint longo tempore meditatae. Sunt, qui aetatem meam exagitent: ſunt, qui vſum rerum in me deſiderent. Quaſi vero aut idem ſit conuertere, quod conſcribere: aut Neſtor, antequam tria vixiſſet ſecula, homo non fuerit: aut grammaticus, in optimis vtriusque linguae ſcriptoribus ab ineunte verſatus aetate, munere ſuo fungi nequeat, niſi idem, quemadmodum Alexander Magnus, orbis terrarum imperium adminiſtrarit? Ridiculae ſunt iſtiuſmodi cauillationes, et ipſa maleuolentia ieiunae. Nam illud profecto non valde metui, ne quis hanc velut adoream mihi praeriperet. Neque enim is eſt Demoſthenes, qui ſe vel legi ab omnibus, nedum conuerti patiatur. Et qui id poſſent in Italia, Gallia, Germania, atque aliis nationibus, in quibus literarum ſtudia florent, complures eruditi maioribus aut ſplendidioribus occupati rebus, ſcholaſticum hoc, atque adeo grammaticum interpretandi graeca munus negligunt. Sed duae me res vehementer incitarunt: vna eſt, ac praecipua, valetudinis (quam per ſeruitutem et inopiam ſatis curare non licet) perpetua fere imbecillitas, quae in hoc opere laborantem non ſemel in deſperationem vitae coniecit. Sic, quae res alios ſegniores ad laborem reddit, ea mihi ingens calcar addidit, metuenti, ne coeptum opus, in medio veluti curſu, immatura morte abrumperetur. Deinde verebar (non ignarus fati mei, me nusquam fere diutius conſiſtere patientis) ne mihi alio abeundum, et tota ratio ſtudiorum (id quod in peregrinationibus, multis de cauſis accidere ſolet) perturbanda ac immutanda eſſet. Haec igitur incredibilem ardorem primo quoque tempore conuerſionis abſoluendae in animo meo excitarunt. Itaque neque noctes, neque dies conquieui, repudiatis omnium voluptatum illecebris, propulſatis variis difficultatibus, antequam ad optatum finem coepti operis perueniſſem. Quod quum a ſtudioſis et bibliopolis vehementer flagitari cognouiſſem, non differendum diutius editionem eſſe cenſui. Quid enim vetat, hominibus interim et prodeſſe, et gratificari? Nam ſi vita mihi benignitate numinis contigerit aliquando tranquillior (de quo non deſpero) ac diuturnior, quam polliceri mihi per valetudinem vix au-

deo, ſemper erit emendandi et exornandi locus. id quod, vt a quibusdam reprehenſum eſt, cenſoria plane ſeueritate, quicquid omnibus ſuis numeris abſolutum non ſit, veluti loco mouentibus, atque in ordinem cogentibus, ſic a doctiſſimis quibusque tum noſtrae aetatis, tum veteris memoriae viris, aut cum laude, aut certe non ſine venia, ſemper eſt vſurpatum. Nam praeclare poetarum ſapientiſſimus Euripides, *αἱ δεύτεραί πως*, inquit, *φροντίδες σοφώτεραι*: et interdum graues iuſtaeque cauſae ſunt, propter quas, non quidem praecipitandae, ſed maturandae tamen ſint editiones. Neque tamen hoc ſic accipi velim, quaſi me ſententias alias allaturum eſſe putem, (dedi enim operam, vt ne in ea re ſocordiae accuſarer) ſed quod genus orationis, de quo rebus ipſis intentus animus non perinde laborat, limari multis in locis et ſplendeſcere cura et diligentia poterit. Sic neque iacturam vllam facient, qui nunc legent (ſententiam enim Demoſthenis, quoad eius a me fieri potuit, germanam habebunt) et qui poſteriorem editionem emerint, id commodi capient, vt dictione minus horrida magis delectentur. Hic igitur labor meus, qualis qualis eſt, equidem opto, vt ſtudioſis hominibus proſit, ſiue mediocriter doctis, ſiue rudibus graecarum literarum. Vtriſque ſane conſultum volui, ac toties et legi et relegi Demoſthenem, toties meam conuerſionem cum ipſo autore contuli, toties emendaui, toties in ſingulas prope ſyllabas inquiſiui: vt ignoſcendum mihi eſſe putarem, ſi me aliquid praeſtitiſſe profiterer, quod alios minus diligentes et attentos praeteriſſet: ac ſperarem, tum latine duntaxat doctos graecum codicem non magnopere deſideraturos: tum in graecis literis non ſatis exercitatos, conuerſionis meae velut adminiculis, ad ipſum autorem perlegendum tanquam riuulo non inamoeno duce ad fontem limpidiſſimum atque vberrimum facile peruenturos. Ego certe, cum primum Demoſthenem Marte meo (nec enim diu magiſtrorum opera vti mihi licuit) legere coepiſſem: quanta animi alacritate, quanta exſultatione accepturus fui conuerſionem ſummi oratoris, hac mea nihilo meliorem, aut aliquanto etiam deteriorem? Nam vt vllius boni autoris interpretatio ſit exemplari melior, aut aeque bona, fieri fortaſſe non poteſt: ego quidem nequaquam id mihi arrogo: ſed quoties rem cum re confero, et animo meo perpendo, tantum intereſſe video inter meam et Demoſthenicam orationem, quantum interfuit inter Demoſthenem dicentem et ſcribentem, hoc eſt, inter viuentem et mortuum. Neque enim dubium eſſe debet, eam fuiſſe non modo

dexte-

dexteritatem et artem, ſed ſuauitatem etiam et vehementiam, eam vim, eum imperum actionis et pronunciationis Demoſthenicae, vt nec vllis comprehendi literis, nec a nobis, in hac (quantacunque vulgo putetur) eloquentiae noſtratis barbarie, vel intelligi, vel cogitari ſatis ab vllo poſſit. Hoc teſtatus eſt ipſe etiam Demoſthenes. qua de re praeſtat audire Ciceronem, qui praeceptioni decori, libro de oratore tertio, haec verba ſubiicit: Sed haec ipſa (inquit) omnia perinde ſunt, vt aguntur: actio, inquam, in dicendo vna dominatur, ſine hac ſummus orator eſſe in numero nullo poteſt: mediocris hac inſtructus, ſummos ſaepe ſuperare. Huic primas dediſſe Demoſthenes dicitur, quum rogaretur, quid in dicendo eſſet primum, huic ſecundas, huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Aeſchine dictum videri ſolet, qui, quum propter ignominiam iudicii ceſſiſſet Athenis, rogatus a Rhodiis, legiſſe fertur illam orationem egregiam, quam in Cteſiphontem contra Demoſthenem dixerat: qua perlecta, petitum eſt ab eo poſtridie, vt legeret illam etiam, quae erat contra a Demoſthene pro Cteſiphonte edita: quam cum ſuauiſſima et maxima voce legiſſet, admirantibus omnibus: Quanto, inquit, magis admiraremini, ſi ipſum dicentem audiſſetis? Quo ſatis ſignificauit quantum eſſet in actione: qui orationem eandem, aliam eſſe putaret, actore mutato. Hactenus Cicero. Quod ſi tantus orator Aeſchines, quo idem Cicero nihil diuinius poſſe cogitari aſſerit: quem inimicus Demoſthenes a magnitudine vocis μεγαλοφωνότατον appellat, imparem ſe fatetur eloquentiae Demoſthenicae, quid de mutis literis eſt dicendum: quae ſolum inuentionem et diſpoſitionem reddunt integram: ſed elocutionem, quae ſine pronunciatione ſuum tueri vix nomen poteſt, dimidiam? Itaque longe falluntur, qui, legendis Ciceronis et Demoſthenis aliorumque oratorum ſcriptis, ſe totam heroum illorum eloquentiam comprehendiſſe putant, multo ineptiores ſunt, qui ſe illis vna atque altera oratiuncula nitidulis verbis et ſententiolis, lucubratione multorum annorum quamuis belle concinnata, non pares modo, ſed ſuperiores etiam, ſi Diis placet, eſſe opinantur. Longe, longe, inquam, alia res eſt, quam vulgus hominum exiſtimet, eloquentia. Cuius etiam praeſtantiſſima quaeque ſcripta quid aliud ſunt, quam vita et ſpiritu carentia, eaque mutila ſimulacra? Eſto, vt in corpore humano, caput et ſumma pectoris, quae Apelles in celebrata illa ſua Venere politiſſima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: ſic

inuentio et diſpoſitio reliquis orationis partibus, ſi res ipſa ſpectetur, non vulgi applauſus, qui multum a iudicio doctorum diſſidet, antecellat; tamen vt illa ipſa Venus multo haud dubie fuiſſet admirabilior, ſi manus etiam et pedes ac caetera membra omnia pari elaborata artificio acceſſiſſent: ſic ea quoque eloquentia multo praeſtabilior eſt, quae non dimidiatam duntaxat elocutionem habet, hoc eſt, verborum et ſententiarum ornamenta, ſed perfectam, quae ſententiis et argumentis ratione inuentis atque ordine collocatis, non mutas figuras literarum, ſed vocem, cultum, geſtum et motum totius corporis artificioſum et decentem, accommodat et adiungit. Neque haec in orationibus modo, ſed in poëmatis etiam, ac multo magis, animaduerti poſſunt. Virgilium enim (vt non ignobilis grammatici verbis vtar) pronunciaſſe maxima ſuauitate accepimus, et miris lenociniis: ac Iulium quendam Montanum dicere ſolitum, inuolaturum ſe quaedam Virgilio, ſi et vocem poſſet, et os, et hypocriſin. Eosdem enim verſus eo pronunciante, bene ſonare: ſine illo, ſinareſcere quaſi mutos. Quid iam de conuerſionibus eſt dicendum? quae cum (vt ita dicam) ſimulacri ſimulacra, et vmbrarum vmbrae ſint, an fieri vllo modo poſſit, vt (quod paulo ante dixi) optimo exemplari, pari et bonitate et fide optima reſpondeant, equidem neſcio. Vt enim nationis, ſic etiam linguae cuiusque peculiaris et alicubi prorſus eſt inimitabilis Genius, diuerſi mores, diuerſa inſtituta et ſaepe contraria, quae neceſſe eſt etiam ſuo quodam orationis genere explicari, quae ſuis verbis iucunde, alienis moleſte dicuntur. Quod ſi pro iisdem ſimilia velis ſubſtituere, maxima tamen erit nihilominus in ea ſimilitudine diſſimilitudo. Sed vt hoc Ciceronis diuinitati ingenii et meritae autoritati fortaſſe conceſſum fuit, atque aliis eiusdem aetatis, qua et graeca et latina lingua floruerunt, praeſtantiſſimis viris: ita nobis, qui vtriusque fragmenta in ſcriptis habemus reliqua, qui magnis difficultatibus conflictamur, illud ſatis, opinor, eſſe debet, ſi ſententias bona fide, eodemque ordine appenderimus, et genus orationis facile et mundum adhibuerimus: in quorum vtroque non parua certe eſt difficultas. Sed in eloquendo, quam intelligendo, longe maior. Quare valere eos iubeo, (nam ob paucitatem et ignauiam minor eorum debet eſſe autoritas) qui a graecarum literarum interpretibus vbique ſplendorem Ciceronianum, hoc eſt, aquam e pumice, petunt. Quaſi vero eadem ſint tempora noſtra, quae Ciceronis: et non illud quoque ſit operae pretium, adiuuare homines ſtudioſos, vt pri-

mum per interpretem, vtcunque latine balbutientem audiant Demoſthenem, et tum in littore balbutiebat, antequam ἧκε φέρων τὸ ρ ρεῤῥητορευμένον, lapillis linguae ſubiectis: poſt etiam expedite et magna vi in frequentia populi Athenienſis Attice concionantem audituri? Quod ſi nefas eſſe putant, contaminari male deſcribendo Demoſthenem, primum ab eis poſtulabo iure optimo, vt ea, quae reprehendunt, ipſi meliora faciant: deinde rogabo, cur in omnibus ſcholis eius ſententias latine explicari patiantur aequo animo? Quod ſi vtile eſſe concedunt, (ſicut vtiliſſimum eſſe adeo negare non poſſunt, vt nulla ratione alia hoc tempore doceri graecae literae poſſint commodius) quae inuidia eſt, ſi quis eiusdem autoris converſionem in publicum ediderit, eum proſcindere et calumniari. Quanquam contaminatum a me eſſe Demoſthenem, negare et poſſe et debere videor. Etſi enim Ciceronianae imitationis praeclaram laudem nec mihi arrogo, (non enim, vt ille ait, cuiuis homini contingit adire Corinthum) neque cuiquam inuideo: illos ipſos tamen, quibus maior ingenii vis et fortuna contigit, parum candide facere puto, addam etiam imprudenter et temere, ſi nitore verborum omnia metiantur, de ſententiarum veritate et grauitate parum laborantes. Quas ego me ſane ſpectaſſe praecipue non diſſimulo: ſic tamen, vt verba non negligerem. Nam vtramque difficultatem (de quibus paulo ante dicere memini) tum intelligendi, tum eloquendi, aſſiduitate diligentiae ſtudui ſuperare, et dictione vti volui, quae nihil haberet ſalebroſum, aut barbarum: nihil affectatum, aut inſolens, ſed et latina, et facili ad intelligendum, et ad verba Demoſthenis quam proxime accedente. Neceſſario tamen interdum vſurpanda fuerunt quaedam in ea notione minus fortaſſe trita veteribus, quia tum meliora non occurrebant. Qua de re cum plura dicturi ſimus in noſtris annotationibus, (quas vtinam fortunae iniquitas ita me perficere pateretur, vt ad graece legendum Demoſthenem omnibus optima cum ſpe accedere liceret) nunc non ero longior; ac mihi fore perſuadeo, vt, quicquid eſt eiusmodi, ingentium laborum cauſa, quos coepi, aequus et candidus lector, vel imbecillitati ingenii, vel occupationibus et incommoditatibus meis ignoſcat et condonet. Nec enim video plura dicere quorſum attineat, apud te praeſertim, *Ioannes Iacobe Fuggere*, vir ornatiſſime, qui pro ingenii tui excellentia et exquiſita eruditione, quae in tanto fortunae opumque faſtigio, eo eſt admirabilior, quo rarior, tanto melius aeſtimare potes, quid ſit de hoc meo labore ſentiendum, quantum prudentia et candore

caeteris antecellis. Qua re ego fretus et eruditione tua, et humanitate ſingulari, quam honeſtiſſimus vir, *Georgius Hermannus*, qui (vt eo dignum eſt, qui virtutem et eruditionem cum naturae fortunaeque ornamentis coniunxit) inter caeteros ſtudioſos, quibus ſedulo conſultum vult, me quoque magna beneuolentia proſequitur, mirum in modum mihi praedicauit: te non modo patronum et defenſorem, ſed etiam iudicem et cenſorem lucubrationum mearum delegi. Ac quod ad ipſum Demoſthenem attinet, ea eſt de eius eloquentia, ex quo tempore vixit, annis abhinc fere bis mille praecepta opinio, vt, quod de Virgilio quidam uſurpant, id huic quoque tribui poſſit: ei nec accedere quicquam laudationibus, nec decedere vituperationibus aliorum. Quod ſi quis eius laudatores requirat, in promtu ſunt praeter caetera Ciceronis et Quintiliani latinorum, Plutarchi ac Luciani graecorum teſtimonia, quae ad ſecundum noſtri laboris Tomum reſeruauimus, qui Vlpiani enarrationes, annotationes item noſtras in obſcuriora loca et dubia, nec non alia fortaſſe continebit, quae in his paedagogiae moleſtiis et impedimentis ſic a me abſolui non potuerunt, vt nunc ederentur, quanquam id maxime voluiſſem. Neque mihi nunc vel morum, vel conſiliorum eius defenſionem ſuſcipiendam eſſe cenſeo: aut cum iis rixandum, qui vt malum virum et ciuem patriae pernicioſum hunc, vt et Ciceronem, exagitant. Illud tantum dico, ſi quis eorum ſcripta aequo animo legat et expendat, praeſertim orationem de corona: et homines eos fuiſſe, non deos, cogitet, ac difficillimis temporibus cum acerbiſſimis aduerſariis conflictatos: in eorum vita etiam plura laudanda, quam vituperanda, reperiri. Verum quam bonus aut malus vir fuerit Demoſthenes, id Athenienſium olim interfuit: nunc noſtra nihil intereſt, qui ex eius eloquentia prudentiae dicendi fructum colligimus. In quo genere ſatis ipſe Demoſthenes ſeſe laudat, ſi lectorem fuerit nactus prudentem et attentum. Fuit enim et aquam bibere, et ad lucernam ſcribere, et in multam noctem lucubrationes producere, et antelucana opera opifices anteuertere ſolitus Demoſthenes. Quare ſobrium etiam et vigilantem lectorem, non minus, quam interpretem, requirit, qui vim verborum, qui pondera ſententiarum, qui acumen inuentionis, qui argumentorum copiam et violentiam, qui exemplorum grauitatem, qui reipublicae gerendae ſcientiam, qui diuinandi ſolertiam, qui collocationis artificium, qui exquiſitam ſimilitudinem noſtrorum temporum, qui ſummam denique (ne ea,

ea, quae infinita ſunt, infantia mea conetur perſequi) cautionem et prudentiam, cum pari autoritate et ſeueritate coniunctam, conſideret, perſpiciat, admiretur: et quantum quisque viribus ingenii et diligentiae ſubſidio conſequi poſſit, imitetur. Quod ſi honeſtiſſimis eius conſiliis vel hominum peruerſitas, vel fatalis aliqua calamitas obſtitit, eo profecto nomine commiſeratione dignior eſt, quam inſectatione: et iis, qui tanto ſapientiores illo videri volunt, elaborandum, et votis a Deo exoptandum, vt ſint eo fortunatiores. Sed vt ad rem redeam, qui illa, quae recenſui, vel in vna praeſtiterit oratione, huic abunde laudatus erit Demoſthenes, domeſtico, non alieno praeconio. Nam vbi teſtimonia rerum adſunt, quid opus eſt verbis. Et haec omnia multo erunt euidentiora et expreſſiora legenti graeca, in quibus elucet Attica illa ſinceritas: quam nec Cicero expreſſerit, nedum homo quiſpiam ſemilatinus. Quod vero ad ſententiarum veritatem et germanam intelligentiam attinet, fidem et induſtriam meam ſpero me omnibus graecae latinaeque linguae peritis probaturum. Quod ſi cui genus orationis alicubi ſterilius videbitur, et exilius, is cogitet velim, ipſum Demoſthenem plus habere oſſium et neruorum, quam ſanguinis et carnis. Vt igitur illa (volentes quidem) ei non detraximus, ita haec addere non fuerit interpretis, ſed paraphraſtae, ſuo arbitratu declamantis. Cicero profecto, ſi ei cauſae eaedem agendae fuiſſent, longe vtique in plerisque maiorem apparatum verborum adhibuiſſet: et quae a noſtro autore indicata ſunt breuius et occultius, dicendo extendiſſet et illuſtraſſet. Quod an in conuerſione orationum Demoſthenis et Aeſchinis inter ſe contrariarum ſibi permiſſurus fuerit, equidem neſcio. Sed ſi eas orationes conuertit, (qua de re quosdam acutos homines non omnino ſine cauſa dubitare video) eam rationem haud dubie ſecutus eſt, quam ſe ſecutum eſſe profitetur. Atque vtinam exſtaret illa conuerſio: quae, quantumuis elegans fuerit, talem fuiſſe tamen non puto, vt orationem pro Milone legere non mallemus. Eſt enim duriſſima prouincia, pectori alieno tuum os accommodare, ac eius ſententias tuis verbis et ſtilo perſequi. Quod in ipſo argumento τῶν ἀντιπάλων λόγων explicando (in quo neſcio quo modo dictio eſſe ſterilior videtur) ipſe Cicero non diſſimulat: a cuius ratione ſi mea multum diſſidebit, id erit non voluntati, ſed imbecillitati meae, et occupationibus et feſtinationi tribuendum, per quam facillime fit, vt ab autoris ſententia, tametſi non aberres, in graecis

tamen

tamen verbis annumerandis fidelior ſis, quam oporteat, et imprudens aliquando latinitatem praeteruectus, Demoſthenice magis, quam Ciceroniane dicas. Praeſtiti, quod potui: et plus potuiſſem, ſi iuſtum tempus et ſpatium datum fuiſſet. Nunc eſt ea ſtudioſorum hominum conditio, vt ſint quouis cerdone miſeriores et abiectiores: neque profecto mirum eſſet, aliquem poenitere et ingenii et induſtriae ſuae, ſi ita comparatum eſt, vt qui fame perire nolit, ei pene ſint omnes indignitates perferendae. Sed querelae non ſunt huius loci: neque mihi nunc propoſitum eſt ſcilicet fortunam meam deplorare. In eo potius eſt elaborandum, vt hoc meum opus, quocunque ſiue ſucceſſu ſiue diſpendio confectum, excellentiae tuae non improbetur. Quod vt fore confidam, multa in cauſa ſunt, ac in primis praeſtantia ingenii tui et eruditionis: qui cum ſis propter ampliſſimas opes (quae et ipſae inſigne Dei donum ſunt, et bono ac ſapienti viro luculentum virtutis inſtrumentum) ſuſpiciendus, et propter beneficentiam et liberalitatem colendus: eae ſunt ingenii et animi tui dotes, vt etiam ſine fortunae ſplendore in magnis viris eſſes numerandus. Quanquam enim ego te coram nunquam vidi, natura tamen ita fert, vt, quicquid in rebus humanis excellit, auribus magis, quam oculis, celebretur: quod fama dimanare facile ad multos, eadem videndi copia non omnibus contingere poteſt. Celebratur a multis, iisque praeſtantibus viris, felicitas ingenii tui, quod vbicunque intendatur, valeat, tam philoſophicis, quam ciuilibus in rebus: celebratur eruditio, qua ſi velles ad oſtentationem vti, animi tui conſcientia non contentus, ipſe nomen tuum poſſes tradere memoriae poſteritatis. Neque id mirum videri debet. Solet enim in claris familiis vigor ac vis naturae eſſe maior. Deinde accedunt alia commoda, liberalis educatio, eruditi praeceptores, tranquillum otium, iuſtum diſcendi ſpatium, optimorum librorum copia: quae magna ex parte homines tenues deſtituunt. ac proinde commiſeratione potius quam inſectatione dignum eſt, ſi quibus ingenia liberalia contigerunt, ea fortunae iniquitate veluti ſordeſcere: in tanto praeſertim contemtu bonarum literarum, et mecenatum, qui eas foueant, paucitate. Quo tu etiam maiorem laudem mereris, *Ioannes Iacobe Fuggere*, qui praeter beneficentiam in homines afflictos et miſeros quotidianam (qui veriſſimus et Deo gratiſſimus, generi mortalium vtiliſſimus diuitiarum fructus eſt: et vna ſtabiliendarum opum, et ad poſteros propagandarum firmiſſima ratio) complures ingenioſos ado-

leſcentes

leſcentes (id quod regum, et principum, et ciuitatum munus eſt) tuis ſumtibus non modo in Germania, ſed in Galliis etiam, et Italia, benigne foues et ſuſtentas, dum ſummum doctrinae gradum aſſequantur. In quo laudatiſſimum exemplum *Remundi* patris, et *Antonii* patrui tui, clariſſimorum virorum, ſapienter imitaris: qui praeter caetera ornamenta, quibus abundat honeſtiſſima veſtra familia, immortalem ea re gloriam ſibi pepererunt. Non enim ingratae ſunt muſae, quanquam orbae et indotatae puellae videantur, vel cultoribus vel patronis ſuis, ſed vtroſque honeſta fama et nominis memoria ſempiterna remunerantur. Quae praemia qui contemnit, aut parui facit, eum aut celſitudine animi Deo ſimillimum, aut abiectiſſimum hominem eſſe neceſſe eſt. Me quidem in multis incommodis, et malignis induſtriae meae ac miſeris praemiis, non parum (vt ingenue, quod ſentio, fatear) conſolatur ſpes, quod valde ſuſpicor fore, (ſi qua modo fides aſtris eſt) vt etiam poſt obitum me honeſte vixiſſe appareat, et non tranſegiſſe vitam (vt Salluſtii verbis vtar) more pecudis: ſed eorum bonorum, quae in vita humana praecipua ſunt, (etſi in aſſequendo fortunam habeam parum propitiam) virtutis et ſapientiae, fuiſſe ſtudioſum. Quod ſi rem vere conſideremus, homines eruditi (quod ad hanc quidem vitae partem attinet) ſummorum etiam regum potentiam ſuperant: quorum omnis memoria, niſi a doctis celebrarentur, vno alteroue ad ſummum ſeculo funditus interiret. Quamobrem praeclare Virgilius: Viuitur ingenio, caetera mortis erunt. Laudabiliter etiam tu, *Ioannes Iacobe*, atque adeo omnis ſplendidiſſima *Fuggerana* familia, qui non contenti caeteris ornamentis, vt ſunt ampliſſimae opes toto terrarum orbe celebres, affinitates illuſtres, ſummorum principum amicitiae, atque apud illos talis autoritas, vt vos ad grauiſſimarum rerum deliberationes adhibeant, quae fortuna vobis largita eſt, ſolida etiam et peculiaria veſtra bona coniungatis, virtutem et ſapientiam: neque doctos foueatis ſolum, ſed tum ipſi eruditione floreatis, tum liberos veſtros ab ineunte aetate liberaliter inſtitui curetis: vt omnibus et animi et fortunae bonis cumulati ſint: et homine prudenti maxime dignam moderationem, qua vna et Dei et fortunae et hominum fauor tum paratur, tum conſeruatur, veſtro exemplo diſcant ac retineant: et hac vita ſic vtantur, vt beatae immortalitatis ſpem habere poſſint. Quae cum ita ſint, omnino mihi perſuadeo, vir ornatiſſime, te meum hoc opus, magno ſtudio ac labore (quiſquis tandem ſit euentus, quem

non

non malum fore et opto et ſpero) confectum, aequi bonique facturum: et in ſplendidiſſima bibliotheca tua, quam magnis ſumtibus in Italia comparaſſe diceris, inſtructam multis egregiis libris, qui hactenus a paucis ſunt viſi, latino Demoſtheni aliquid loci daturum: et me vna cum patruo tuo *Antonio*, a latinis literis non abhorrenti, et fratre *Georgio*, qui et ipſe cum caeterarum diſciplinarum, tum diuinae Matheſeos in primis ſtudioſus eſſe dicitur: et altero fratre *Hulderico*, adoleſcente ſummi ingenii, et optimis ſtudiis, magna modeſtiae fama, deditiſſimo, patrocinio complecti et fouere non dedignaturum. Equidem ſpero, me hactenus eam vitae ſtudiorumque rationem et ſecutum eſſe, et, quoad vixero, ſecuturum, vt quicquid in me, pro liberalitate veſtra et humanitate contuleritis, id non tam mihi neceſſarium, quam vobis honorificum fuiſſe videatur.

Ad eundem, HIERONYMI WOLFII in Demoſthenicae conuerſionis recognitionem Praefatio.

Euenire videmus, vir praeſtantiſſime, Domine et patrone obſeruande, neſcio quo ſiue hominum affectu, ſiue genio librorum, vt alii vel ante ſuos autores moriantur, alii iterum atque iterum et ſaepius recuſi, ad poſteritatis memoriam propagentur. Neque haec noſtrae duntaxat aetatis conditio eſt, ſed omnium temporum: neque earum ſcriptionum, quas ſuo quisque ingenio perficit, ſed illarum etiam, quae ex peregrinis linguis in alias transferuntur. Sic autem diuturnitatis et propagationis ſcripti cuiusque certiſſima ſpes eſt, vt conſentientem ſeculorum approbationem emeruit: ac ii, tum typographi, tum bibliopolae, ſuis rationibus, vt non in praeſentia (nam hominum imperitia et vaniſſimae nouitatis ſtudium veritati ſaepe obſtat) tamen ad diuturnitatem optime conſulere videntur, qui vetuſtiſſimos quosque autores, quorum perſpectus eſt ipſa aetate genius, ſibi familiares reddiderunt. Neque vero eos improbo, qui noua quaedam, erudita praeſertim, et vtilia ſtudioſis, conſcribunt: ſed maximis laudibus dignos eſſe iudico, vel propter conatus egregios. Sed ego cum in illo genere me vel parum praeſtare poſſe, vel inanem operam ſumturum eſſe intelligerem: et eo me temporum ratio, vel perturbatio potius compuliſſet, vt contra voluntatem etiam et inſtitutum meum aliquid audendum

eſſet:

eſſet: non temere omnino duos Graeciae praeſtantiſſimos oratores latina oratione explicandos delegi: maxime, cum fortunae ſuffragium, cuius grauiſſima eſt in rebus mortalium autoritas, conſilium meum approbarit. Diſtractis enim fere primis (ſic typographi loquuntur) exemplaribus, maiore doctorum applauſu, quam improborum obtrectatione, ſub incudem vtrumque opus reuocandum fuit. Quod vt intellexeram, etſi vix ab immenſis vtriusque editionis laboribus reſpiraſſem, et ea, quae tenuitas doctrinae meae atque ingenii tum ferebat, fide optima, ſummaque diligentia praeſtitiſſem: tamen, quia poſteriores cogitationes meliores eſſe dicuntur, neque fere quisquam artifex vllum opus ita perficit, vt eius expoliendi nullum ſibi locum relinquat: recognoſcendi munus mihi defugiendum eſſe non putabam. Vt enim boni parentes genuiſſe ſuos liberos non contenti, eosdem etiam educare atque ornare omni diligentia conantur: ſic ego mei officii eſſe duco, ſi quid lucis et nitoris ſcriptis meis afferre meditationis induſtria poſſim, nullis in ea re vigiliis eſſe parcendum, et candidi lectoris exſpectationi ac voluntati, ſi qua ratione fieri queat, ſatisfaciendum. Quamuis enim ante hoc tempus ea conſecutus fuerim praemia lucubrationum mearum, quae voluntatem ad bene merendum de literis accenſam reſtinguere potius, quam inflammare poſſent: excelſi tamen et liberalis animi habetur, maiorem officii, quam emolumenti, ducere rationem: atque id non in minimo deputare lucro, ſi quibus prodeſſe poſſimus. Nam gloriolam quidem aucupandam, et vanam illam aurium titillationem tantis ſolicitudinibus et aerumnis eſſe redimendam, haud ſcio, an homo grauis et conſtans ſerio perſuadere ſibi poſſit: praeſertim cum ea ſpes, ſiue ob ingeniorum tenuitatem, ſiue ex doctrinae inopia, ſiue propter multorum vel ignauiam, vel faſtidium, vel maledicendi libidinem, non paucos fruſtretur ac deludat: vt ne dicam, ſatius videri nonnullis, iisque non hebetiſſimis, aut ignauiſſimis, in vitae obſcuritate ſine periculo delitеſcere, quam tam ancipitis aleae iactu innoteſcere, ac in ſummo otio conatus aliorum licenter cenſere, quam tanto negotio maleuolentiam et iniquitatem iudiciorum infeliciter ſubire. Sed nimis aberro a propoſito. Vt igitur ad rem veniam: Iſocrate recognoſcendo, in cuius interpretatione prima ingenii mei rudimenta poſita fuerunt, plus aliquanto ſudatum eſt, atque genus orationis ita mutatum, vt prope aliud videri poſſit: quod qua de cauſa contigerit, ſuo loco eſt a nobis expoſitum. Sententiarum

quidem

quidem integritati, quae vna maxime ſpectanda eſt fideli interpreti, nec priori editioni deceſſit, nec poſteriori acceſſit multum. Quare neminem fore ſpero tam iniquum, vt factum hoc meum acerbe reprehendat. Demoſthenis autem, de quo nunc potiſſimum nobis agendum eſt, alia conditio fuit. Nam in eo conuertendo maiore et religione et verborum parſimonia eram vſus, et veſtigia Demoſthenicae orationis pene ſuperſtitioſe perſecutus. Quare factum fuit, vt alicubi latina oratio paulo minus obſcuritatis haberet, quam Graeca, in qua vel Plutarchi et Dionyſii teſtimonio ſumma eſſe creditur intelligendi quoque difficultas. Acceſſerunt et errata typographica, opinione mea ſane et plura et grauiora. Parum enim, vt re ipſa declaratum eſt, vel Oporini cura, vel praeſentia mea valuit, contra operariorum negligentiam et importunitatem: quanquam in ſcripti exemplaris perturbationem culpae aliqua pars conferri poteſt. Sumus enim ipſi male confuſeque ſcribendo, et expungendis atque inſerendis variis emblematis, in cauſa, (ſed ignoſcimus ipſi nobis) vt libri noſtri aliquando non optime deſcribantur. Nam Oporino, cuius domeſtica conſuetudine menſes complures ſum vſus, teſtis eſſe poſſum, qua ſolicitudine ſcripta archetypa legat, diſtinguat, adornet, emendet, antequam excudantur. Eas igitur hac editione mendas omnes ſuſtuli: ac ſimilem calamitatem nunc, cum priore conatu quaſi glacies fracta et via patefacta eſt, vitari poſſe confido. Prima igitur haec erit huius editionis vtilitas, et quaſi praerogativa: praeterquam quod haec enchiridii forma rationibus ſtudioſorum, pauperum in primis, accommodatior eſt: et a locupletioribus magno volumini, quod et commentariis et aliorum interpretationibus eſt locupletius, facile ſine detrimento rei familiaris adiungetur. Deinde ſi qua vel obſcurius explicata, vel aſperius collocata videbantur, (id quod in imitatione graecae elocutionis raro effugitur) ea planiora, vt ſpero; et dilucidiora effecimus: vt, quanto ipſius autoris oratio melior et ornatior eſt, tanto noſtra plus et lucis et facilitatis habere videatur. Sunt etiam explicata nonnulla (vt dies diem docet) quae nobis ante dubitationis aliquid attulerant. et relicta tamen (ne quid verum diſſimulem) ſiue deprauata, ſiue alioqui per ſe obſcura nonnulla, quae nulla inueſtigationis diligentia reſtituere ac declarare potui. Quod vt ego ingenue confiteor, ita mihi candide ignoſci velim: vel hac de cauſa, quod eos nodos (vt Horatius vocat) dignos eſſe vindice, quiuis haud dubie peritus vtriusque linguae intelliget: nosque tum hae-

ſitatio-

ſitationis occaſionem, tum ignorationis excuſationem aliquam habuiſſe fatebitur. Quemadmodum autem liberalitatis eſt, ea, quae habeas, benigne impertiri: ſic verecundi et prudentis animi fuerit, ea, quae non habeas, a locupletioribus corrogare. Atque id mihi fuiſſe propoſitum, et Thraſonicam eorum arrogantiam, qui ſe ſcire omnia profitentur, diſplicuiſſe, vel ex eo coniici poteſt, quod, vbi ad huiusmodi ſalebras peruentum fuit, in Iſocrate dubitationes meas in calce operis annotaui: atque in Demoſthene Graeca pridem marginibus adieci: et in fine annotationum ad primam Olynthiacam mearum aequos lectores rogaui, vt ſuum ad me perſcribere iudicium non grauarentur. Quod hactenus quidem a nemine, quibuscunque de cauſis, eſſe factum cognoui: atque ii etiam me deſtituerunt, quos coram oraui, vt ſuam cenſuram interponere, ac tum mihi tum aliis, vtriusque linguae amatoribus, inſeruire obſcuriorum locorum (quantum fieri poſſet) illuſtratione dignarentur. Illud quidem abunde mihi contigit, quo nulli praeſtantes viri (etſi ego me in eum numerum minime refero) vnquam caruerunt, vt exſiſterent homunciones ignaui, arrogantes, delicati, maledici, qui caninam contra me facundiam exercerent: quos ego vel opinione ſua beatos eſſe, vel liuore contabeſcere, vel latratu auras implere facile patior, et conſcientiae meae teſtimonio contentus, et poſteritatis aequioribus iudiciis fretus, valere iubeo. Quae cum ita ſint, ego me, qui ea, quae tenuitas et ingenii et fortunae meae ferunt, omnia diligenter fideliterque praeſtiterim, boni viri officio, et reipublicae literariae ſtudioſi functum eſſe confido. Faxit Deus Optimus Maximus, ſine cuius fauore fruſtra nos fatigamus, vt opera mea tantum proſit omnibus, quantum ego vellem: vtque labores hi mei eodem animorum candore a lectoribus excipiantur, quo a me ſuſcepti perfectique ſunt. Peracerbum enim eſt, nullo ſuo emolumento, publicae duntaxat vtilitatis gratia laborantem, virulentas etiam calumniatorum linguas experiri: quorum ſuſurros atque aculeos ſi euitare non licebit, illud me conſolabitur, quod Magnus Alexander vſurpabat, *regium eſſe audire male, cum facias bene.* Mitigabit et illa ratio dolorem meum, quod cordati omnes haud difficulter perſpiciunt, id genus criminationes non tam ab improbatione magni conatus ac difficilis operis contemtu proficiſci, quam ab aemulatione, maleuolentia, inuidia: quae in ſumma turpitudine id ſolum habet boni, quod iis, in quorum animis ſedem fixit, plurimum affert mali. Ego vero illorum

miſeria non delector, ſed eos ita felices eſſe vellem, vt, quae reprehendunt et exagitant, corrigerent, ac longe meliora efficerent. Ita demum et exiſtimationi ſuae conſulerent, et ſtudioſis prodeſſent, et meae famae, ſi gratia doctorum indignum eſſe putant, etſi perſuaſum habeo, temere fortaſſe, ſed tamen perſuaſum habeo, neminem bonum et doctum mihi eſſe inimicum) incommodarent. Sed bene ſperandum potius eſt, quam male ominandum: et huius noſtrae laborioſae conuerſionis, atque operoſioris etiam recognitionis euentus, fortunae lectorumque iudiciis permittendus: quae quo aequiora cognouerimus, eo reddemur ad abſoluendos iuſtos in Demoſthenem et Iſocratem commentarios, alacriores. Aequitatis autem eſſe puto, pauculos errores, quos in prolixo opere cauere difficillimum eſt, et ignorationes, cum eorum, quae fortaſſe non male diximus, ac diligenter explicauimus, multitudine comparare. Atque haec ad lectores ſiue moroſos, ſiue inuidos, ſiue etiam imperitos, vel monendos, vel placandos, ſi quid aequi a ſe impetrari ſinent, pertinere volo. Nam quod ad tuum de me iudicium attinet, vir ampliſſime, animo ſum et ſecuro et magno. Qui cum pridem conatum meum boni conſulueris minus abſolutum, idque moribus et ſtudiis meis nondum ita perſpectis: plane deſiperem, ſi poſt tantum a me nunc adhibitum ſtudium, et tam luculentam orationum atque epiſtolarum Aeſchinis acceſſionem, quae quidem Demoſtheni magnam lucem, et vtilitatem lectoribus haud exiguam cum pari voluptate coniunctam afferent, (ne annotationes, aliaque complura commemorem) de tua erga me et lucubrationes meas voluntate dubitarem. Praeſertim cum non parui temporis domeſtica conſuetudine, cum caeteris in rebus excellentem virtutem, ac ingenii praeſtantiam, tum humanitatem tuam in tanto fortunae faſtigio admirandam, magna cum voluptate et fructu meo non poenitendo cognorim. Itaque Demoſthenes opera mea nunc tandem Aeſchini, abolito illo veteri odio, reconciliatus atque coniunctus, denuo ſe tuo patrocinio commendat: in ſpe optima ſitus, te talem clientem nec aſpernaturum, neque neglecturum, ſed eo habiturum eſſe loco, quo ſe dignum iudicaris. Tantum autem tuo acerrimo iudicio tribuit, vt, ſi excellentiae tuae probatus fuerit, caeterorum omnium maleuolentiam et obtrectationes animo aequiſſimo et maximo contemnere decreuerit. Quod ſi illud praeter ſpem euenerit, vt et inuida obtrectatorum ora conticeſcant, et aliqui candorem viris bonis et doctis dignum in iudicando adhibeant,

adhibeant, ea felicitas non tam induſtriae meae, quam liberalitati tuae erit adſcribenda: qua factum eſt, vt, plus tranquilli otii nactus, expendere omnia diligentius et perpolire poſſem. Quod ita fore vt credam, fortunatiſſimus tuus genius efficit, et virtute atque ingenio tibi parta autoritas: quarum rerum ſi ex vberrimo tuo fonte vel tenuem alueolum in noſtros agellos deriuaris, laetos honeſti nominis fructus aliquando percipiemus. Auguſtae Vindelicorum, ex bibliotheca tua. Idibus Auguſti, natali meo: Anno 1553.

HIERONYMVS WOLFIVS
Henrico fratri, philoſophiae et medicinae Doctori, Noribergenſi Phyſico. S. D.

Specimen hoc Demoſthenicae recognitionis et explicationis ad te, frater, eo nomine maxime nunc mittendum eſſe duxi: vt ex te potius, vt candido et ſeuero iudice, quid in hoc conatu meo vel probares, vel improbares, quam aut ex obtrectatoribus alienae laudis et induſtriae, aut ex aſſentatoribus, (quorum vtri moleſtiores mihi ſint, haud facile dixerim) mature cognoſcerem, et, pro virili vel praetermiſſa adiicerem, vel ſuperuacua reſecarem, vel minus bella corrigerem, atque confuſa in certum ordinem redigerem. Neque enim is ego ſum, qui ita mihi placeam, vt, quid alii de me ſentiant, uſque deque feram: ſed et imbecillitatem ingenii mei, doctrinaeque tenuitatem ſatis agnoſco: et in ſententiis eorum, qui acutius vident ac rectius iudicant, libens acquieſco. Etſi enim me vnum (vt fert natura omnibus inſitus, non coecus magis, quam prauus amor ſui) perſpicere omnia et collimare maxime vellem: tamen, cum ſummos viros et veteris et noſtrae memoriae, a plurimis et pluribus in locis reprehendi videam, admoneri me ab ingenioſis et eruditis hominibus multo et honeſtius et vtilius eſſe iudico, quam ab inuidis et moroſis cenſoribus Hipponacteis praeconiis celebrari. In quo genere ita ſibi aduerſus me non pauci nec indocti homines indulſerunt, vt aemulatione et morbo animi impulſi, non tantum modeſtiae, et gratiae, bene de ſe quoque merito debitae, (lucubrationes enim meas, vt opinor, non tantum reprehendendi gratia tam diligenter legerunt) obliuiſcerentur, ſed atrocibus etiam iniuriis me onerarent, quas ego Deo iuſto iudici vindicandas relinquo, eorumque candore me conſolor, qui et bene dictis gratiam, et erratis

veniam a ſe paratam eſſe mihi voluerunt. Quos longe plures eſſe Zoilis (meliores quidem eſſe viros quis dubitet?) multorum et priuatim ad me ſcriptae literae, et in publicum editi libri teſtantur. Ac illos ipſos Zoilos nihil poſſe afferre melius, ſed ex Wolfii inſectatione famam aucupari, vt ille fecit, qui Epheſiae Dianae templum incendit, illud non innuit, ſed clamat, quod intra annos octodecim mea qualiscunque conuerſio Baſileae bis, Venetiis ſemel edita et distracta, iampridem a ſtudioſis de integro flagitatur. Cui igitur iſti Attici et Ciceroniani oratores eam, quam ita contemnunt, vt infra omnes infimos homines interpretem abiiciant, et ſceleris ac ſacrilegii reum agant, edita meliore non tollunt? Meam enim interpretationem quanti facerem ipſe, iam olim et verſibus et praefationibus modeſtiſſime ſcriptis ſum teſtatus: neque mihi ego cum Iſocrate et caeteris ſummis oratoribus, philoſophis, hiſtoricis, quos latinos feci, eloquentiae certamen inſtitui, (id quod manifeſti furoris eſſet) neque Graeca exemplaria de manibus ſtudioſorum excutere volui: ſed illud efficere conatus ſum, vt, quos ab iis legendis difficultatis opinio deterreret, audacia in transferendo mea (agnoſcam enim, ſi iſtis ita placet, crimen hoc) confirmaret et adiuuaret Neque meum conatum fuiſſe irritum, omnes chriſtiani orbis academiae, ne Gadibus quidem exceptis, teſtantur, nec proſcriptionis iniquiſſimae iniuria meis a lucubrationibus legendis deterritae. Byzantinam meam hiſtoriam ne Byzantinae quidem bibliothecae excluſerunt: ſed iam tandem velut ab exilio reuocatam, honorifice et amanter ſuſceperunt. Sextum iam Iſocrates cum meis commentariis ſub prelo eſt. An tu cenſes, vel typographos, vel bibliopolas in tot millia codicum laborem et pecuniam conferre, vt oleum atque operam perdant? Quis ſtudioſorum et ingenioſorum hominum tantam frequentiam ita inſanire credat, vt eos libros tam auide legant, quorum lectione non aut meliores, aut doctiores, aut paratiores et ad recte ſentiendum, et ad bene viuendum, et ad ornate dicendum euadant? Neque vero eas mihi vtilitates acceptas referri volo. Abſit Thraſonicus iſte ſal, vt magno alieno labore partam gloriam verbis in me transmoueam. Ipſis autoribus ea laus debetur, qui ſibi ſummam eloquentis ſapientiae et ſapientis eloquentiae laudem per tot iam ſecula vendicarunt. Illud tamen ingenue plurimi confitentur, ſe Graeca ſine interpretatione mea lecturos fuiſſe nunquam. Ab iis igitur id conſecutus ſum, quod volui: rana bouem intumeſcendo, anſer

elo-

colorem obſtrependo, aequare nunquam ſtudui, ſuperare multo minus. Non equidem tali me dignor honore. Fortaſſe Leontinos quosdam et Vulcani de ſtirpe ſatos, et alios ſemideos atque heroas, natos ſcilicet melioribus annis, iſti manent triumphi. Etſi profecto pugnae hactenus ab illis depugnatae, hoc eſt, oratiunculae quaedem ab iſtis Ciceronis germanis verſae, ne ouatione quidem mihi dignae videntur. Quid enim in iſtis aut Cicerone aut Demoſthene dignum apparet, praeter male conſuta quaedam emblemata, ac centones potius? Quoties a ſententiis oratoris toto coelo, quod aiunt, aberrant? Qui quidem inanibus iſtis iactationibus cum primis efficiunt, vt mei laboris me iam minus minusque poeniteat. Nec enim iſti me de gradu deiecerunt: ſed dum altius, quam eorum natura et genius fert, aſſurgere conati ſunt, vltro proſtrati corruerunt, onere ſuſcepto, quod infirmi eorum humeri ſuſtinere nullo modo potuerunt. Sed ſi quis Hercules, aut Atlas potius, Demoſthenem Romam perlatum tandem aliquando in roſtris collocarit, quantopere non modo Quiritibus, ſed et Feretrio iſti Ioui ipſe inter primos congratulabor? Interim ego meum ſaxum verſo, quod

O vtinam tandem iam ſummo vertice montis
Conſiſtat, laſſumque ſinat requiete potiri.

Sed aemulorum iniquitas effecit, vt et longius ab inſtituto aberrarem, et contra ingenium et conſuetudinem meam aliquid iracundius et arrogantius de me ipſe dicerem. Ad te igitur nunc redeo, frater, et a te peto, vt libellum hunc, non modo neceſſitudinis noſtrae, et ab ipſa natura inſtitutae, et iisdem ſtudiis confirmatae, pignus ac monumentum eſſe velis, ſed cenſorem etiam agas, tuumque iudicium interponas. Exiſtimatio enim tua aeque ac mea hic agitur. Nam cum tibi coniugium filiolas tantum incolumes donarit, mihi filios vita caelebs negarit, neque noſtrae gentis atque nominis quisquam ſuperſtes nobis fore videatur, libri noſtri liberum loco nobis eſſe debent, quibus Wolfianum nomen ab obliuione poſteritatis et ab interitu vindicetur. Quo magis etiam opera danda eſt, vt cum laude et gloria potius, quam cum ignominia et probro id fiat. Non me fugit, quid cauſari poſſis: multis iam annis tibi ad haec ſtudia vel reſpiciendi otium defuiſſe: domi cum ſis, totius diei diſcurſationibus ad aegrotos defatigari: ſaepe etiam a nobilitate vicina et principibus euocatum a libris prorſus abeſſe. Scio iſta, et honeſtas iſtas occupationes, cum praemiis autoritatis et gratiae coniunctas, tibi gratulor. Sed idem non concedo, te

occupatiorem eſſe C. Iulio Caeſare, qui eodem tempore bellum Gallicum et geſſit, et deſcripſit. Multi dantur, hyberno praeſertim tempore, contractioribus diebus, ad ſtudia reditus: et cum omnia non modo philoſophorum et medicorum, ſed oratorum etiam, inter quos praecipui tui fuere Camerarius et Sturmius, dicta, celeritate calami pene incredibili ſis aſſecutus, fieri nullo modo poteſt, quin illa ita alte animo tuo ſint infixa, vt nulla poſſint obliuione deleri, easque radices egerint, vt ſolida eruditio, et fructus eruditionis, iudicium, inde pullularit et effloruerit. Etſi enim, me autore, paulo ſerius ad vtramque linguam et ingenuas artes diſcendas acceſſiſti, tamen Deus conatus tuos, et diligentiae aſſiduitatem ita fortunauit, vt longe et diutius et felicius et conſtantius ſub praeſtantiſſimis agonothetis in iſto literato ſtadio, in celeberrimis, inquam, Germaniae et Galliae Academiis, ita decurreres, vt ordinatim honores peteres, et magna cum laude laureolam conſequereris. Quare nihil tibi iuſtae excuſationis relictum eſt, cum, quod ego poſtulo, id tu praeſtare et debeas, et facile poſſis. Si vero grauior aliqua cauſa te impedierit, illud certe negari abs te mihi nolim, vt doctorum, quos variis in locis habes amicos, et ſaepe ipſe conuenire, et ab iisdem conueniri ſoles, iudicia exquiras, eaque libere aperteque ad me perſcribas. Minus enim apud te, quid ſentiant, diſſimulabunt, qui offenſam animi mei aliquam fortaſſe vererentur, ſi eadem apud me expromenda eſſent: ſine cauſa illi quidem. Is enim ego ſum, qui inter calumniatorem et monitorem plurimum intereſſe cenſeam. Nam hic quidem ex beneuolentia et reipublicae literariae ſtudio errata ſine acerbitate animi et contumelia verborum reprehendit μετ' ἐλέγχων καὶ ἀποδείξεων: ille ex inuidia et odio ea vituperat, quibus non edit meliora: ſed eo magnum virum ſe viſum iri putat, ſi eos inceſſat, quibus ingenii monimenta nominis aliquid et gratiae et autoritatis etiam pepererunt. Vale. Auguſtae Vindelicorum. VIII. Cal. Maii. Anno a reſtituta humano generi ſalute, M.D.LXVIII.

LVDOVICVS CARINVS
Hieronymo Wolfio. S. D.

Abrahamo Hoechſtettero, qui mihi tuas literas attulit, cum ob eas cauſas, quas tu commemoras, tum ob tuam commendationem, quae plurimum momenti apud me habet,

vt ho-

vt hominis mihi ſummo amore et iisdem ſtudiis coniunctiſſimi, nulla in re, in qua opera mea vti volet, deero. De animo meo erga te ac voluntate ſcio te nil dubitare: velim tamen mihi occaſionem dari ipſa re, quanti te faciam, declarandi. Facio autem plurimi, tum ob ſuauitatem facilitatemque ingenii, tum doctrinam ſingularem, quam tibi ardenti ſtudio, ſummo multorum annorum ſudore, iactura etiam valetudinis, peperiſti. Quae, vt ſpero, tibi fortunam, in hoc annitentibus amicis tuis, inter quos me etiam numerari volo, te dignam, et tuis ſtudiis aptam, pariet. Qua in re bonam operam tibi nauarem, niſi haec tempora iniqua, quae omnes doctos apud nos premunt, me impedirent. Quae ſi immutata fuerint, quod quidem fore ſpero, et Deus mihi reditum in Germaniam confecerit, nullam occaſionem tui iuvandi praeterlabi ſinam. Interim, mi Wolfi, te ſpe melioris fortunae ſuſtenta: quae quo tardior, eo ſplendidior ac lautior (crede mihi) tibi continget, et te vbi ſemel complexa fuerit, ac fouere coeperit, inter Craſſos ac Senecas collocabit: hoc eſt, plane te beatum faciet. Vterer hic exemplis doctiſſimorum virorum, quorum tu ſimilis es, tui confirmandi cauſa, quos ſero quidem, ſed tamen reſpexit tandem, hera illa imperioſa: quae ſola, vt inquit ille, vtramque paginam facit: niſi eorum fortunae imago animo tuo impreſſa inſideret. De Demoſthene tuo mihi muneri miſſo te multum amo: quem ita a te conuerſum eſſe coniecto, vt eum minime relicto pallio togae pudere arbitrer. Huic euoluendo, quicquid temporis ex meis occupationibus eripere potero, impendam. Vale, mi Wolfi, et tibi perſuade, nihil eſſe, quod non aeque libenter pro te, ac pro me ipſo, omni tempore ſim facturus. Ex Pictauio, Idibus Auguſti. Anno 1550.

HIERONYMVS WOLFIVS
D. Ludouico Carino. S. P. D.

Tot tamque illuſtres beneuolentiae ſingularis in me tuae ſignificationes; clariſſime vir, mihi gratiſſimae ſunt: conſolationes autem, quibus iacentem meum animum erigere cupis, *διὰ τὰς συχνὰς ἀτυχίας μικροψυχοτέρῳ τοῦ δέοντος γεγενημένῳ* pene etiam neceſſariae. Tametſi enim non parum vereor, ne, in hac valetudine, praeclaras illas ſpes exſpectare me fata non patiantur, tamen interim vſura frui quid vetat? Delectat etiam augurium hominis non modo

 ami-

amiciſſimi, ſed doctiſſimi etiam, et longo multarum rerum vſu exercitati. Quare facile patior, te proſpicere aliquid, quod me praetereat. Illud quoque neſcio quid boni ominis habere videtur, quod literae tam laetae Idibus Auguſti, natali meo, (nam eo ipſo die 34. aetatis annum compleui) datae ſunt. Quod autem me hominem, literis vix mediocriter imbutum, inter doctiſſimos numeras, eo plus humanitati tuae debeo, quo minus iſtae praeclarae dotes in me reperiuntur. In Demoſthene autem legendo nolim equidem te bonas horas male perdere. Quis enim eſt graecis literis eruditus, quas tu ante me natum opinor perdidiciſti, cui non omnes omnium conuerſiones ſordeant? Ego ſane, qui me puto non omnium eſſe vel delicatiſſimum, vel moroſiſſimum, ingenue fateor, neminem adhuc, eorum etiam interpretum, qui ſe germanos Cicerones eſſe putant, id a me impetrare potuiſſe, vt, tametſi omnium Graecorum ſcripta nobis eodem, aut etiam meliore genere orationis loquerentur, graecae linguae cognitionem, ſuperuacanei laboris eſſe iudicarem. De meis autem interpretationibus quid ego ſentiam, in praefationibus teſtatus ſum. Itaque ſi praeclaram iſtam de me opinionem retinere cupis, vna hac ratione id aſſequeris, ſi non legeris. Minuet enim, vt ille ait, praeſentia famam. *πολλὰ γὰρ καὶ τῶν ἐμμέτρων ποιημάτων, καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων, ἔτι μὲν ἐν ταῖς διανοίαις ὄντα τῶν συντιθέντων, μεγάλας τὰς προσδοκίας παρέσχεν· ἐπιτελεσθέντα δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδειχθέντα πολὺ καταδεεστέραν τὴν δόξαν τῆς ἐλπίδος ἔλαβεν.* Sed de hoc pro candore tuo et humanitate ſtatues: neque eos imitaberis, qui cauillandi mei frigidiſſimas captant occaſiones, ipſaque maleuolentia ieiunas: qui, quod ſe facere fortaſſe putant, nec exiſtimationi ſuae commodant, nec meae nocent. Quid enim? nonne loca permulta ſunt Demoſthenis, partim corrupta, partim per ſe ita obſcura, vt vatem oporteat eſſe interpretem? Quod ſi illi ſibi, quam mihi, credi malunt, non inuideo equidem, ſed tamen grammatici certant, et adhuc ſub iudice lis eſt. Neque vero difficile eſt *τῶν διδασκαλικῶν ἐπιβεβηκότι θρόνων, καὶ ἐξουσίαν καὶ δόξαν ἔχοντι, ἐκ τοῦ μονομεροῦς ἀναντιλέκτως ὥσπερ ἐρήμην τινὸς καταδικάσαι.* Et, vt in tanto opere mihi ſomnus alicubi obrepſerit, quid tum poſtea? Aliquando bonus dormitat Homerus. Humanitatis certe quidem fuerit, paucos ſiue lapſus, ſiue *ἀγνοήματα*, ei condonare, qui id tentarit, abſit inuidia dicto, quod nemo hactenus praeſtare aut voluit, aut potuit, qui permulta deprauata correxerit, ambigua diſtinxerit,

obſcura

obſcura illuſtrarit. Typographica vero errata, quae neminem fere attentum fallunt, ſcriptori imputare, ſummae iniquitatis eſt. Ego certe, volens quidem, nullum folium praetermiſi, quin ipſe poſt alios omnes emendarem, ſed importuni illi Cyclopes, dum ego relego, et quam accuratiſſime corrigo ea, quae Oporinum variis curis diſtractum, et correctores parum attentos praeterierant, imprimere mendoſum exemplum perrexerunt. Ita mihi et labor periit, et exiſtimatio mea culpae alienae poenas ſaepe dare cogitur. *ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔξω τῆς ὑποθέσεως· οὐ γὰρ ἀπολογίαν γράφειν, ἀλλὰ τῇ φιλανθρωπίᾳ σου ἀντεπιστέλλειν προειλόμην.* Vt igitur ad inſtitutum redeam, ſi Demoſthenem noſtrum pulla et lacera toga indutum videbis, cogites velim, eum euerſam lugere patriam, et in peregrinis finibus exulem et mendicum oberrantem, quicquid detur, aequi bonique facere. Qua de re venuſta illa tua figura admonitus, paucos verſiculos luſi, Muſis et Apolline nullo, fateor equidem, ſed a propoſito tamen noſtro non alienos. Hactenus Demoſthenes *βεβαρβαρωμένος* (vt vides) *χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις*, quemadmodum Euripideus ille Menelaus: adeo vt *λιτιέρσην* canere potius, quam *ἀττικίζειν* videatur. Sed tu pro humanitate tua, et diſcipulo et magiſtro ignoſces: et vtrumque, vt facis, commendatum habebis. Vale, Luteciae Pariſiorum, 19. Auguſti, Anno 1550.

Ad nobiles et magnificos viros, virtute et autoritate praeſtantes, Hinricum Recklingerum, Chriſtophorum Peitingerum, duumviros: et ad Conſules ac Senatum inclytae Auguſtanae Reipublicae: dominos ac patronos ſumma obſeruantia colendos, Hieronymi Wolfii in Demoſthenem et Aeſchinem Graecolatinos praefatio.

Si tanta eſſet in me ſapientis eloquentiae facultas, viri ampliſſimi, domini et patroni colendi, quantum ſtudii et laboris ab ineunte aetate in hunc vſque diem conferre in eam rem nunquam deſtiti, nihil prius mihi eſſet, aut magis ex officio meo, quam veſtram erga me beneficentiam celebrare, et iuſtis efferre laudibus cum vos, tum Rempublicam veſtram. Nunc, cum ſapientia Dei donum ſit, et oratores, vt et poetae, non tam fiant, quam naſcantur: meo me (vt prudenter Horatius praecepit) modulo ac pede metiens, nihil tale conari audeo: cum praeſertim veſtra vrbs, toto ter-

rarum orbe celebris, neque meis, neque cuiuſquam alterius praeconiis egeat: et vos, pro veſtra ſapientia, omnem officii fructum, ipſum officium praeclare iudicetis. Illud tantum dico, veſtra liberalitate et munificentia id mihi contigiſſe, quod ab ineunte aetate, prae aliis rebus omnibus, in votis ſemper habui; otium philoſophicum: in quo nec honeſta deeſſet, et publice, vt ſpero, vtilis augendae ornandaeque illuſtris Bibliothecae veſtrae et ſcholae (in quam non exiguos ſumtus facitis) pro virili mea tuendae et adiutandae, occupatio: neque calamo et ſcriptis complures per Europam ſtudioſos adoleſcentes erudiendi occaſio. Multa ſunt egregia veſtrae ciuitatis ornamenta: Reſpublica aequiſſime et prudentiſſime conſtituta: publica priuataque magnificentia, hoſpitalitas, vrbanitas, beneficentia in ciues tenuiores: de omnibus bene merendi ſtudium, laedendi neminem, niſi vis propulſanda ſit: contra quam et moenibus, et auxiliis, et commeatu, et omni armorum genere, ita parati et muniti eſtis, vt neque laceſſatis quenquam, et nihil magis, quam pacem, concordiam, tranquillitatem, bonorum omnium amicitiam votis ac precibus a Deo Opt. Max. expetatis. Quae tametſi excellunt, et magis incurrunt in cuiuſuis generis hominum oculos et ſenſus? tamen eruditi viri, et omnia vero iudicio ponderantes, illud non in minimis veſtris laudibus ponunt, quod, vt olim Athenae, Alexandria, Tarſus, Berytus, et noſtra aetate, Bononia, Lutetia, Argentina, complures aliae illuſtres ciuitates, Muſis etiam et Gratiis, hoc eſt, ſtudioſis et doctis hominibus in veſtra, vere auguſta vrbe, non hoſpitium modo, ſed domicilium etiam eſſe voluiſtis. Etſi autem non ignoro, conqueri multos, neque fortaſſis abſque cauſa, tum de moribus doctorum quorundam minus probatis: tum, ſcribendorum librorum nullum eſſe finem, quorum plerique nihil niſi aut ingenia occupent, rebus melioribus vacatura, aut Rempublicam Chriſtianam, alioqui rerum ſuarum ſatagentem, magis etiam perturbent: mihi tamen de me dicere neque neceſſe eſt, neque decorum, vigeſimum iam annum in hac vrbe, ſine cuiuſquam, vt opinor, boni viri vlla querela degenti: et mearum ſcriptionum hactenus longe aliam fuiſſe rationem, omnibus doctis candideque iudicantibus, perſpectum et exploratum eſſe confido. Neque enim mea ſomnia chartis illeui: neque rixarum aut turbarum quicquam dedi: neque inſanabile ſcribendi cacoethes (quod tenere multos, in eorumque aegro corde ſeneſcere, Satyricus queritur) impetu quodam animi temerario atque coeco ſecutus ſum: ſed

ſed in conuertendis et declarandis vetuſtis autoribus, ſeculorum omnium et nationum conſenſu approbatis, ſedulo, nec ſine ſucceſſu mediocri, (quem, vti par eſt, diuinae benignitati acceptum refero) elaboraui. Id quod toties repetitae in Germania, Gallia, Italia lucubrationum mearum editiones teſtari poterunt. Modus fortaſſis a me deſiderari queat, et ignoratio tollendi manum de tabula, et ſuperuacanea mei ipſius nocturnis diurnisque laboribus afflictatio reprehendi, cum et aetas et valetudo mea quietem potius atque otium poſtularent. Vtinam vero non quidem ea eſſem ferrea et corporis et animi patientia, quae Catoni Cenſorio tribuitur, rariſſimique exempli eſt: ſed illa tantum vel animi conſtantia et tolerantia, vel vigore mentis atque ingenii vi, qua plerique olim et Graecorum et Romanorum proceres claruerunt; qui, quae hominibus ſtudioſis atque doctis, noſtra aetata, grauis et laborioſa videtur occupatio, ſiue curandae rei familiaris, ſiue lectionis atque ſcriptionis, eam illi animorum leuationem atque oblectationem iudicarunt. Quod ita eſſe, Xenophontis, Thucydidis, Lycurgi, M. Terentii Varronis, C. Iulii Caeſaris, Ciceronis, Silii Italici, Boetii monumenta, et complurium aliorum exempla, teſtantur. Tum enim illi ſe occupatos eſſe, et negotiis implicatos putabant, cum aut amicos et clientes ſuos defendebant, aut conſiliis atque armis Rempublicam tuebantur. Mea vero, non eo tantum, quod mihi vires quidem corporis exiguae, ac prope nullae, ingenium vero tenue atque infirmum contigit, longe alia ratio eſt: ſed ob illud etiam, quod illis, patrio ſermone ſcribentibus, in procliui atque expedita fuerunt omnia, cum nos, peregrinis linguis, e mutis praeceptoribus, cognoſcendis, non paruam aetatis partem conſumere neceſſe habeamus. Itaque non recreandi animi ergo, leuandive taedii cauſa, me ſcriptitare, ſed quia facere aliter, ſalua (quantulacunque illa eſt) exiſtimatione mea, nequeo, et quas ſuſtineo aerumnas, pene Herculeas videri mihi, ſpeque mea plurimum me deceptum eſſe, ingenue confiteor. Nam cum annis abhinc quatuor et viginti, non tam mea voluntas, quam inexſpectata quaedam calamitas, et rerum meliorum ſpes, in typographicum piſtrinum me conieciſſet, parui temporis moleſtia perpetuam ſtudiis meis ſecure perfruendi facultatem me redemturum opinabar. Verum quanto aliter euenerit: nemo ignorat, qui aut bibliothecam veſtram inſpicit, qua meas lucubrationes dignati eſtis, aut bibliopolia ſcrutatur. Neque vero haec gloriandi cauſa ſcribo, (quo quid ineptius?) aut ignoratione

ratione tenuitatis meae, (quod enim difficile eſſe putatur, noſſe ſeſe, vtcunque didici: ſtudui certe quidem) ſed vt fortunam meam narrem, quae per labores, non tam iucundos et lucroſos, quam neceſſarios et ineuitabiles, ad id aetatis et valetudinis me, nihil tale cogitantem, prouexit, vt, cum maxime philoſophandum eſſet, philoſophari parum liceat, aut etiam libeat. Neque vero ego ſolus is ſum, quem bonae ſuae rationes feſellerint: ſed ſiue fruſtratio, ſiue calamitas haec, cum multis mihi eſt communis, me longe ſapientioribus. Demoſthenes Paeanienſis (cuius eloquentia, quae ſine ſingulari prudentia et eximia virtute ſuum tueri nomen haudquaquam poteſt, quondam per Europam et Aſiam celebrata fuit, et nunc etiam omnibus omnium nationum eruditis admirationi eſt) dum ſuos Athenienſes, ignauia et luxu eneruatos, ad recuperandum Graeciae principatum, quem ad annos LXX tenuerant, primum clade Helleſpontiaca vna cum libertate amiſſum, deinde Cononis induſtria receptum, nec multo poſt a Philippo Macedone callide interceptum, excitare ſtudet, inter alia hoc quoque argumento vtitur: quemadmodum ipſi eos ciues ſuos, qui Rempublicam ſemel gerendam ſuſceperint, in otium ſe conferre vbi voluerint, non patiantur: ſic et ipſis, qui totius Graeciae patronos ſe profeſſi fuerint, ab eadem adminiſtranda, defendenda atque ornanda recedere, ſuumque negotium agere, eſſe nefas. Conſimile quiddam, (etſi in magna diſſimilitudine) viri ornatiſſimi, domini et patroni colendi, et ipſi mihi accidiſſe videtur: vt ſemel Graecis Oratoribus, Philoſophis, Aſtrologis, Hiſtoricis ad interpretandum ſuſceptis, in ea prouincia, neque ſpe quaeſtus, (qui aut nullus eſt, aut certe non tantus, vt vel extremae notae quiſpiam notarius eadem mercede illos deſcribendos ſuſciperet) neque gloriolae cupiditate, inſtar Crocodili ſe perſequentes fugientis, fugientes perſequentis, ſed fatali quadam ſiue neceſſitate, ſiue calamitate, pene conſeruerim: et vix hoc demum anno ab Athenienſi Republica (quae peculiares olim ſeruos habuit, quos δημοσίους vocabant) velut in libertatem aſſertus exiſtimari queam. Et quidem graui certamine defunctus, bellum difficile ac diuturnum confeciſſe mihi videor, qui Demoſthenem, Aeſchinem, Vlpianum Rhetorem, caeteroſque his adiunctos autores, ita emendatos, declaratos, illuſtratos et exornatos (quantum in me quidem fuit) exhibuerim, vt obtrectatores atque inuidos meos hortari non dubitem, vt, ſi haec mea non probant, ipſi proferant meliora. Qui etſi non pauci, neque parum moleſti mi-

ſti mihi fuerunt: tamen, ſi cum iis comparentur, qui bene de me ſentiunt, meque et mea magnifaciunt et amant, facile, vt opinor, apparebit, et maiorem et meliorem partem ſtare a nobis: eaque inter hos et illos exſiſtet proportio, quam apud Homerum Agamemnon Troianorum et Graecorum eſſe affirmat: vt, ſi Graeci in decurias conuiuiorum deſcribantur, et ſingulis decuriis ſinguli Troiani miniſtri aſſignentur, complures decuriae propter illorum paucitatem, horum multitudinem, ſint pincerna cariturae. Neque vlli eorum, qui me reprehendunt et exagitant, non modo nihil elegantius et ſplendidius, ſed (in eodem quidem ſcribendi genere) nihil prorſus intra quinque totas olympiadas, longiſſimum, in vitae humanae breuitate, ſpacium, ediderunt. Vt igitur illi verbis aſperioribus me accuſant et vituperant, ita factis fide dignioribus et abſoluunt et laudant, et publice quaſi proclamant, ſuis calumniis non habendam eſſe fidem, neque condemnandum aut contemnendum eſſe quenquam, niſi cauſa percognita et ſatis explorata. Interim vero me per annos complures hoc opus ita noctes diesque occupauit, vt non multo ſuauiorem vitam egerim, quam ii, quos Dionyſius tyrannus in Latomias coniiciebat: ita certe quidem defatigauit, vt, qui mihi, poſt annorum XL ſeruitutem, otium mediocre, quod veſtra munificentia mihi fecit, honeſtoque ſtipendio decreto, haec elaborandi poteſtatem et facultatem dedit, inuiderit, omnes ſe Zoilos, omnes Momos, maledicentia et obtrectandi libidine ſuperare fateatur. Caeterum haec qualia et quantulacunque ſunt, non tam mea vobis, ampliſſimi viri, offero, quam veſtra vobis reſtituo. Nunquam enim conari ea potuiſſem, niſi veſtra benignitas, tanquam ſalutare quoddam ſidus, mihi affulſiſſet. Neque vero vel primus huius operis patronus, in cuius id nomine iam tertium apparuit, vel quiſquam alius, leuitatis arguere me poterit. Nam cum ille in praedia ſua ſe recepturus, me quaſi emancipatum e familia, veſtrae fidei et liberalitati commiſiſſet, vna mecum etiam ea vobis tradidit, quae Muſae meae ſub veſtro patrocinio effeciſſent. Deinde ita prodit Demoſthenes, (modo operae typographicae non de integro deformarint ea, quae ego ſummo labore expoliui. longe a prelo abſum, et alias alios codices et chartas typographo miſi) ſic igitur, inquam, (quod quidem in me fuit) ſe ſpectandum Demoſthenes cum non aſpernando comitatu praebet;

IAM POSITIS NOVVS EXVVIIS NITIDVSQVE IVVENTA,

et tot

et tot auctus acceſſionibus, vt eundem eſſe vix quiſquam agnoſcat. Hoc quidem affirmare auſim, maiore moleſtia pene vnius orationis recognitionem mihi conſtitiſſe, quam totam primam interpretationem: ſiue, aut iam vrgens, aut certe aduentans ſenectus, laboris ſenſu nunc magis afficitur, quem tum iuuentutis vigor leuabat: ſiue aliud eſt, quicquid in mentem inciderit, aeſtu quodam animi effundere: aliud, ſcribere meditata, et ſingula pene verba quaſi ſtatera aurificis expendere atque examinare. Neque tamen (quod ſaepe teſtatus ſum, et nunc poſtremo teſtatum eſſe volo) Demoſthenicam eloquentiam expreſſiſſe me confido, qui et autoritate ſua caret, (quae quantum in dicendo valeat, quis neſcit?) neque Lectores ita attentos habere poteſt, qui ſua nihil intereſſe cenſent ea, quae ſcripta ſunt, vt fuerunt auditores, quorum et dignitas et ſalus agebatur: elocutione item et actione deſtituitur (cui et primas ille et ſecundas et tertias dedit) ſed inuentionem et collocationem tam rerum, quam verborum appendere, fide optima, et perſpicuo puroque orationis genere repraeſentare, ſum conatus. Quae et ipſa in ſua natiua lingua multo ſunt et magis propria, et ſignificantiora, et iucundiora, et illuſtriora: eaque de cauſa interpretationi meae Graecum archetypon eſt additum, quo huius ornatiſſimae et copioſiſſimae linguae vel periti vel ſtudioſi fruantur. Nec tamen illud ipſum qui legent, ita miraturi ſunt Demoſthenem, (id quod Aeſchines, aemulus et aduerſarius, eius dixiſſe fertur) vt ſi ipſum audiſſent. Quanto alia res fuit, cum M. Tullius Conſul, purpuratus, in ſella curuli cum maieſtate aſſidens, ab omnibus bonis pater patriae, et quaſi alter vrbis conditor habitus, ſolicitudinem de republica ſummam, ſalutis vero ſuae prope neglectum prae ſe ferens, in ſummo orbis terrarum concilio (qui non tam ſenatorum, quam regum conſeſſus videri potuit) omnium oculis atque animis in ipſum intentis, conſilium, auxilium, incolumitatem ab eo expetentium, contra coniuratos maxima ſuauiſſimaque voce, cum ſingulari dignitate actionis, motuque et geſtu corporis totius decentiſſimo, perorauit: quam cum eadem illa oratio nunc vel tacite ab otioſo quopiam et ſecuro percurritur: vel a rhetorculo, adeo nullum animi motum et dolorem adhibente, vt etiam ſententias, earumque circumſcriptiones, vel ex imbecillitate ſpiritus, vel ob artis pronunciandi inſcientiam diuellat atque diſperdat, ſine vlla varietate pro ſuggeſto recitatur? Neque vero vobis, viri ampliſſimi, qui plerique in Italia, Hiſpania, Gallia, partim ſtudiorum cauſa,

partim

partim ob grauiſſima et publica et priuata negotia verſati, homines eloquentes, et ſacros oratores concionantes audiuiſtis, vlla tali conſideratione et fictione eſt opus: ipſi recordamini, vt illi ſoleant non mulierculas tantum, rudemque plebeculam permouere, ſed homines etiam graues et conſtantes omni varietate affectuum agitare, nunc excutere lacrymas, nunc easdem quaſi abſtergere, modo iram exſtimulare, mox placare iratos, et flectere ad commiſerationem, iam deprimere ad inferos. paulo poſt velut extra ſeſe raptos ſupra nubes attollere, vt in paradiſo, et illuſtriſſimo ſummi coeli amphitheatro, incredibili geſtientis animi laetitia et exſultatione verſari ſibi videantur. Sed ad Graecum archetypon redeo, in cuius mendis ſi non tollendis, at minuendis, aut ſaltem indicandis, quid iam olim praeſtiterim, doctis non eſt ignotum: et tamen eiuſmodi id fuit, vt pro laude ingenii ac diligentiae, temeritatis in diuinando, et corruptelae crimen mihi a nonnullis, improbioribusne, an ſtultioribus dicam, neſcio, impingeretur. Nunc vero XV codicum inter ſe collatio, id quoque crimen diluit, coniecturis meis pleriſque ſcriptura vetere comprobatis: et iis, quae ſiue librariorum incuria praetermiſſa, ſiue codicum mutilatione deleta, nullius ingenio addi poterant, completis. Et tamen illi quoque tot, tamque vetuſti codices, nonnullis locis parum auxilii tulerunt: quae loca mihi pleraque plana et aperta fecit meum quoddam diuinationis genus. Quod cuiusmodi ſit, quaeritis? Neque Delphici tripodis ſimile, neque auſpiciorum et auguriorum, neque aliarum ſiue ſuperſtitionum, ſiue obſeruationum veterum, ſed ſimplex et naturale, et nemini docto et ſagaci ingenio praedito negatum. Quod igitur illud eſt? Artis Grammaticae cognitio accurata, multa et diligens optimorum ſcriptorum lectio, quorum alii alios declarant: ſtili autoris obſeruatio: animus in ſententias non minus, ac pene magis etiam, quam in verba, intentus: eorum, quae antecedunt et ſequuntur, inter ſe comparatio: ea denique perſuaſio, quicquid vel in verbis abſonum, vel in ſenſis frigidum appareat, id non a viris diligentiſſimis, prudentiſſimis, diſertiſſimis ſcriptum, ſed a negligentibus, imperitis, temerariis librariis eſſe deprauatum. Habeo etiam animo meo conſignatas notas quasdam, et ex animaduerſione variae ſcripturae quaſi veſtigia impreſſa, quae illos in errorem duxiſſe videantur. Qua de re alibi egi vberius. Nunc ad manuſcriptos codices redeo: inter quos is, quem veſtra Bibliotheca ſuppeditauit, antiquiſſimus, et in pleriſque optimae

mae fidei, ſic excelluit, vt principatum ſibi merito vendicet. Quo minus autem vſus illo iam pridem fuerim, minutae et exoletae literae, quas, nec ſpeculis adhibitis, perſpicere potui, obſtiterunt. Tandem in mentem venit M. Simonis Fabricii, mei collegae, viri doctiſſimi, et in Graecis literis exercitatiſſimi, quem, cum acie oculorum non minus, quam ingenii acumine pollere ſcirem, rogaui, vt periculum faceret, num quid ex illo fructus capere poſſemus? In quo ille, pro noſtra neceſſitudine, alacriter morem mihi geſſit, ſuſceptoque negotio, tantum volumen celeritate mirabili perlegit, et ſingulari ſagacitate omnes varietates deprehendit, notauit, excerpſit, marginibus impreſſi codicis adſcripſit, additis etiam ſcholiis, quae non ingrata, neque inutilia τοῖς φιλέλλησι fore ſpero. Qui vna mecum tam illius induſtriae, quam veſtrae beneficentiae ſe debere fatebuntur. Erat hic aliquid dicendum de laudibus Demoſthenis, niſi is et ipſe lectori ſui ſtudioſo abunde ſe commendaret, et in promtu eſſent Ciceronis et aliorum de illo elogia, et meam infantiam viri eloquentiſſimi et celeberrimi claritas repudiaret. Vnum igitur hoc ſupereſt, ampliſſimi viri, domini et patroni colendi, vos vt orem, vt poſtremum hoc opus meum, quod epitaphii loco mihi eſſe volo, (nam ſi qua forte alia ſecuta fuerint, ea nihil ad hoc eſſe videbuntur) pari humanitate accipere dignemini, qua commentarios meos Ciceronianorum libellorum, anno abhinc ſeptimo, veſtrae bibliothecae ſplendore non indignos iudicaſtis: meque miniſtrum veſtrum et clientem obſeruantiſſimum (ingraueſcente aetate, et valetudine, vt ſolet, ſubinde labaſcente, et ruente in deterius) commendatum habere pergatis: ab eoque mei defendendi ornandique ſtudio, nec aut inuidorum calumniis, (quas quis vnquam cauere potuit?) aut imperitorum hominum ineptiis (quas a grauitate et ſapientia veſtra negligi et repudiari certo ſcio) deterreamini. Etſi enim apud nonnullos praeſentia mea, et ſimplicitas, atque ab oſtentatione et pompa abhorrens animus, vitaque ſolitaria, minuunt famam: tamen nec exterae nationes Wolfium ignorant, et poſteri ſcient, et ſtudioſi iuuenes, doctique homines, veſtram in me liberalitatem ac beneficentiam celebrabunt. Quo minus autem munus hoc meum ab amplitudine veſtra repudiatum iri putarem, cum veſtra humanitas facit, D. Paulo autore, tanta virtus, vt eam in Deo Opt. Max. cum primis celebret, tum collegarum veſtrorum, DDD. Matthaei Welſeri, Io. Baptiſtae Hainzelii, Io. Matthaei Stamleri, ornatiſſimorum viro-

virorum, neque a Muſis et Gratiis abhorrentium, autoritas, conſiliique mei comprobatio. Valete, publice et priuatim incolumes, ac perpetuo florentes. Ex auguſta veſtra vrbe, quam Ptolemaeus Vindelicam, Rheticam alii Auguſtam dici volunt. Idibus Auguſti, natali meo. Anno reſtitutae humano generi ſalutis M. D. LXX.

HIERONYMI WOLFII
Oetingenſis ad candidum lectorem in Vlpiani conuerſionem Praefatio.

En, candide lector, alteram promiſſi laboris partem, Vlpiani rhetoris X et VIII orationum Demoſthenis enarrationem, citius etiam, quam ſum pollicitus: opus minus fortaſſe lectu iucundum, ſed ſtudioſis adoleſcentibus, vt mihi perſuadeo, non inutile futurum. Quae etiam cauſa fuit, vt moleſtiſſimum laborem hunc capere non ſim grauatus, et ſummum deuorare taedium, quod quantum fuerit, ii demum intelligent, qui mendas Graeci codicis, in ſingulis fere paginis infinitas, obſeruarint. Ad haec ipſa commentariorum natura eſt talis, vt modica voluptatis illecebra laborem et defatigationem leuent interpretis, tametſi emendatiſſimi eſſent: et vt lectorem requirant, difficultatibus aliquibus intelligendi ipſius autoris conflictantem. Quae res vna fere facit, vt, quae per ſe vtilia ſunt, non modo citra faſtidium, ſed magna etiam cum auiditate legantur. Etſi autem non dubito, eſſe plurima, tum grammatica, tum oratoria, quae ſtudioſus lector explicari ſibi diligentius et copioſius, atque etiam dilucidius optet: non tamen abiiciendi videntur ii libri, qui, cum multa vtilia contineant, quaedam etiam ſuperuacanea admiſcent, quaedam neceſſaria praetereunt. De quibus incommodis ego quoque in omni commentariorum genere mecum ſaepiſſime queror: et tamen, cum cogito, ſi mihi in eodem argumento verſandum eſſet, me quoque praeſtiturum, fortaſſe non quod vellem, ſed quod poſſem, veniam do, et boni conſulo ea, quibus illi tradere meliora non potuerunt. Quanquam in hoc noſtro enarratore iniuria temporum, et quorundam temeritas, qui in alienis libris vel mutilandis, vel augendis, vel ex diuerſorum ſcriptis, variis quaſi centonibus ſarciendis, omnem licentiam ſibi ſumunt, maximam ſuſtinere culpae partem videtur. Sed in hoc ſuo quiſque iudicio fruatur. Me quidem Vlpianum legiſſe non poenituit, propter et hiſtorias non-

nonnullas indicatas, et vocabula expoſita, et artificium multis in locis erudite, niſi fallor, explicatum. In conuertendo quidem magnos labores, et non paruas moleſtias cum ceperim, neſcio tamen, an fecerim operae pretium: non quod ipſos commentarios aſpernandos ducam (de quibus quid ſentiam, expoſui) ſed quod in iis tanta eſt difficultas interpreti, vt ſuperari nulla ratione poſſe videatur. Primum enim exemplar ita deprauatum eſt, tum confuſione diſtinctionum, et verbis Demoſthenis ab Vlpiani explicatione nulla nota aut interuallo ſeparatis: tum aut immutatis, aut additis, aut repetitis, aut omiſſis vocabulis, interdum etiam totis ſententiis, vt affirmare non dubitem, me nullum vel in Graeca, vel in Latina lingua codicem vidiſſe peius tractatum. Deinde ἐξηγήσεις, quas enarrationes interpretari licet, videntur orationem requirere perpetuam, cuius hic alicubi veſtigia quaedam apparent: vt exiſtimem, vbi verba Demoſthenis ſeorſim ponuntur, ibi ab aliquo librorum corruptore, et importune ſtudioſo breuitatis, Vlpiani verba complura eſſe reſecta, vt ſcholiorum faciem, non ἐξηγήσεων prae ſe ferant, atque aſſuta aliena. In connectendis quidem aliorum verbis magna eſt Graecorum felicitas, praeter caetera vel in his duabus particulis, τὸ et δὲ, quibus ceu Delphico gladio vtuntur: cum eadem Latino ſermone ſine longis et moleſtis ambagibus explicari nulla ratione poſſint. Huc accedit vocabulorum maxima et copia et varietas, et longe alia, quam Latinorum, ratio: cuius generis ſunt, vt e multis pauca delibem, κεφάλαιον, τὰ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους, σημεῖα, εἰκότα, τεκμήρια, ἀντιπίπτον, ἀντίθεσις, ἀνθυποφορὰ, σύγκρισις, ἀντεξέτασις, παράθεσις, ἀντιπαράστασις, ἔνστασις, ἀντίστασις, κατάστασις, προκατάστασις, ἔκφρασις, διασκευὴ, διατύπωσις, ἀποσιώπησις, ὑποσιώπησις, ἀναίρεσις, ἀπόστασις, ἀνατροπὴ, περιτροπὴ, πηλικότης, ποσότης, μέγεθος, εἴσοδος, εἰσβολὴ, εἰσαγωγὴ, προκατασκευὴ, προθεραπεία, προδιόρθωσις, συνδρομὴ, περιδρομὴ, συγχώρησις, σύστασις, ἐπιχείρημα, ἀπόδειξις, ἔλεγχος, ἐνθύμημα, νόημα, ἔννοια, et alia complura. nec enim omnia recenſere inſtitui. Iam quid facias in illis adiectiuis, ἠθικὸν, παθητικὸν, πραγματικὸν, προκαταστατικὸν, συνεκτικὸν, ἀντιστατικὸν, ἐπιλογικὸν, προοιμιακὸν, ἀπροσδιόριστον, atque id genus aliis, quae quomodo explicentur, niſi aut improprie, aut barbare, aut longis verborum ambagibus, equidem non reperio: vt nihil dicam, ea praecepta artium, quae ſequutus eſt Vlpianus, ita abhorrere ab ea et Graecorum et Latinorum doctrina, quos hodie in ſcholis plerique ſequuntur, vt ſaepe

diti-

difficile ſit diuinare, quid ſibi velit. Haec et huius generis alia incommoda cum attentius perpenderem, parum abfuit, quin totum Vlpianum deſererem, ipſius Demoſthenis conuerſione contentus. Sed quum aliorum complurium editos in Demoſthenem commentarios, qui ſaepe in hoc opere citantur: cuiuſmodi ſunt Apſinis Genethlii, Aeſculapii, Alexandri, Diocori, Zenonis, Aſpaſii, et aliorum, e quibus multa in Vlpianum translata eſſe ſuſpicor: et ipſe Vlpianus quarta Philippica, τάδ', inquit, ἐν τούτοις ἀσαφῆ παραςήσουσιν οἱ ἐξηγηταί: et in oratione de foedere Alexandreo, ὐκ ἔςιν ἄδηλον, inquit, τοῖς φιλομαθέσιν, ἐξ ὧν ἀνεγνώκασιν ὑπομνημάτων; eos igitur omnes commentarios cum tempus aboleuerit, et huic vni tamdiu pepercerit, (etſi enim quis fuerit hic Vlpianus, quibusve temporibus vixerit, non conſtat, tamen eum ante aliquot ſecula vixiſſe probabile eſt) cogitabam, in eo vel genium, vel vtilitatis aliquid ineſſe oportere, atque ipſe, vt dixi, memineram, me ab eo admonitum, non pauca Demoſthenis loca et intellexiſſe rectius, et diligentius perueſtigaſſe. Quare non committendum arbitrabar, vt Graecarum literarum rudes ea vtilitate penitus fraudarentur. In animo igitur erat, praeteritis aliis, quae plus verborum et obſcuritatis, quam eruditionis, haberent, vtiliſſima quaeque ex eo decerpta inſerere meis Annotationibus, quas in totum Demoſthenem iampridem inſtitui, et quarta ex parte propemodum abſolui, abſoluturus etiam caetera, niſi fortunae iniquitas certam ac tranquillam ſedem, et neceſſarium ad tantum opus, propter quod plurimi, tum Graeci, tum Latini ſcriptores, euoluendi erunt, otium negaret. Sed ab hoc inſtituto duae me rationes depulerunt: vna, quod iniuria fieri videbatur Vlpiano, ſi eius opus, iam ante mutilum, magis etiam truncaretur. Quod enim ego in meis operibus et conuerſionibus iniquiſſimo animo ferrem, (et quis ita lenis aut ſocors eſt, quin ſua ſcripta temerariis aliorum manibus attrectari et compilari aegre patiatur?) ab eo religioſe mihi abſtinendum in aliorum etiam lucubrationibus arbitrabar. Altera, quod, quae ego ſuperuacanea cenſuiſſem, alius fortaſſe cumprimis opportuna ſibi et commoda iudicaſſet. Quot enim capita, tot ſententiae, et ſuam quiſque opinionem putat eſſe optimam, et quam paulo ante probauit, poſt ipſe repudiat, vt mihi cum Luciano exclamare ſubinde libeat:

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδόν ἐςι νόημα,
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Etſi enim illam academicorum ἀκαταληψίαν non probo, infi-

nitae tamen doctorum et ſapientum (vt perhiberi ſe volunt) cum ab aliis, tum a ſemetipſis diſſenſiones, etiam cum nihil dant ambitioni, aut aemulationi, cum ſimplicis veritatis rationem habere ſe dicunt, me vehementer mouent, vt multis in rebus agendum et pronunciandum eſſe cautius exiſtimem. Proinde ne ſtudioſi Latini ſermonis in hoc opere deteriore conditione eſſent, quam Graecis literis eruditi, conuertendas etiam has Vlpiani enarrationes ſuſcepi, non alia re magis fretus, quam candore et humanitate aequi lectoris, (quis enim iis difficultatibus, quas ſupra expoſui, circumuento, veniam non daret, niſi a communi etiam ſenſu alienus?) et aſſiduitate diligentiae ac in doctrinae ſtudiis, quibus me iniquum Saturni ſidus exiguo cum fructu et voluptate alligauit, tolerantia moleſtiarum et laborum. Codicem igitur Graecum, vbi id mihi citra temeritatem, atque adeo vere poſſe facere videbar, partim verbis Demoſthenis, ad quae tota explicatio referenda eſt, diligenter inſpectis, partim ſagacibus coniecturis adhibitis, locis plus bis mille correxi, neque fere pauciora incorrecta praeterii, et ſuſpecta atque obſcura mihi omnia ſtellulis ſignaui. Et ſic primae difficultati mederi ſum conatus. De ipſo autem artificii oratorii et Vlpianicae doctrinae genere, pro ſua quiſque perſuaſione vel probet, vel improbet, quod videbitur: modo illud meminerit, eum vſitatam ſuis temporibus rationem, quae multis ingenioſis et eruditis hominibus placeret, ſecutum, obſtitiſſe atque inuidiſſe nemini, qui doctius aut explicatius aliquid afferre vellet in medium. Sed hoc ad verborum interpretem eatenus duntaxat attinet, vt ne otio (quo ego certe minime abundo) abuſus eſſe videatur: caetera ipſi autori praeſtanda ſunt, ſiue is bene, ſiue male ſcripſerit ac docuerit. Illud autem facere non dubitaui, vt alicubi perpetuam Vlpiani orationem, breuitatis ſeruandae et moleſtiae vitandae cauſa, ſine vllo autoris detrimento, interſecarem, et verba Demoſthenis parentheſeos ſigno clauderem. Veluti cum Vlpianus habet, ἐν δὲ τῷ, οὐχ ἑνὶ δέδωκε τρόπῳ, σοφίζεται ὁ ῥήτωρ, ego ſic feci. *Non vno modo dedit.*) Hic captioſe agit orator. Alioqui ſi ἐν δὲ τῷ, voluiſſem exprimere, dicendum fuiſſet: In his autem verbis, *non vno modo dedit*, captioſe agit orator, quod neque dilucidius eſt, et prolixius, et tale, vt ſi paucis in verſibus ſaepius repetatur, faſtidio lectorem enecet. Nemo igitur, opinor, hoc factum reprehendet, praeſertim cum ita tractatus ſit Vlpianus, vt ab enarrationibus ad annotationes, tanquam ab equis ad aſinos, deuolutus eſſe videatur. In artis

autem

autem vocabulis, quoniam Latinis partim prorſus carebam, partim ſatis propria non habebam, aut Graeca ipſa reliqui, aut Latinam interpretationem, non quam volui, ſed quam potui, quamque feſtinatio et mea et typographi paſſa eſt, adieci. Oporino enim, acerrimi iudicii viro, certis de cauſis, quas nec ipſe improbaui, non viſum eſt Vlpianum ſeorſim eſſe edendum, ſed, quoniam tam mature ad calcem perveniſſem, interpretem cum autore ſuo coniungendum. Maxime autem illud eum ad editionem impulit pene praeproperam, quod me longinquum iter adornare intelligebat, in quo (apud exteras praeſertim nationes) homo valetudinarius leui aliquo caſu ita proſterni poteſt, vt nunquam reſurgat. Maluit igitur Vlpianum qualemcunque edere, quam tot mihi labores omnino perire, quorum fortaſſe lectoribus etiam aliquis vſus eſſe poſſet. Nam ſi ſpatium ac tempus detur, multa, quae mihi quoque obſcura nunc ſunt, declarare poſſe videor. Quod quia non negligentia mea, ſed fortunae culpa, me pilae inſtar huc atque illuc iactantis, praetermiſſum eſt, veniam meretur. Et alioqui totum hoc opus omnino tale eſt, vt cum Ouidio dicendum ſit:

En veniam pro laude peto: laudatus abunde,
Non faſtiditus ſi tibi lector ero.

Vale. Baſileae. Cal. Martii. Anno M.D.L.

Clariſſimo Viro
HIERONYNO PAVMGARTNERO,
Patricio ac Senatori Norimbergenſi, Vincentius Obſopoeus S. D.

Venit nuper in manus meas admirandae vetuſtatis exemplar aliquod orationum Demoſthenis, Hieronyme, vir clariſſime. Quod cum coepiſſem cum Aldino conferre, multis in locis illud cum vulgato diſcrepare comperi. Eos ego locos ſubnotandos putaui, inque publicam ſtudioſorum vtilitatem inuulgandos. Quanquam vero his ſolus priuatim frui potuiſſem, aut in occulto ſeruare tacitus, tamen, cum ab inuidentiae morbo natura abhorream, et candidas muſarum ianuas eſſe oporteat, ferre non potui, vt, prouerbiali conuicio, canis in praeſepi dicerer. Dabo itaque in lucem vtriusque exemplaris lectionem, non ſtatim pronunciaturus, vtra ſit rectior, niſi in locis aperte mendoſis: verum eius iudicii cenſuram doctioribus relicturus. Tantum enim mihi temere non

auſim ſumere, vt ea de re iudicium faciam. Neminem vero hic meus labor proderit, niſi cui Demoſthenes domi fuerit. In tenui labor eſt, fateor: ſed tenuis non gloria, ſi quibus in locis Demoſthenem aut correxerimus, aut illi priſtinum nitorem huius vetuſti exemplaris ſubſidio reſtituerimus. Non attollam hic verbis quicquam, non ſunt iſta meae induſtriae, ſed diligentiae, quam conferendis exemplaribus impendi. Sunt hodie non parum multi, qui, cum in autore aliquo vel vnicum aduerbiolum, aut coniunctiunculam ſecus poſitam, aut ſuperuacuam inuenerint, Dii boni, quos protinus triumphos, quas gloriationes proferunt? quam inſolenter ſibi placent, nimirum ſe ſolos acutiſſime perſpexiſſe, quod homines alioqui oculatiſſimos fugerit. Eſtque ob vnam atque alteram dictiunculam protinus totus autor emendatior habendus, et ad vetuſtiſſima exemplaria reſtitutus credendus. Quid autem mendarum et erratorum hodie hoc mendacio in ſcriptoribus quotidie in lucem prodeuntibus nobis non obtrudunt typographi? Adeo ſolenne et vſu receptum eſt, omnium librorum titulis addere: Ad vetuſtiſſima exemplaria reſtitutus, et ab infinitis mendis repurgatus. Si tamen hoc licet alteri in latino quopiam, neque tantae claſſis autore, inuento vno atque altero verbulo rectiore et emendatiore, exclamare: Reperi, non quod pueri clamitant in faba ſe reperiſſe: cur mihi non idem liceat in Demoſthene, autore tanto, tamque eximio? Quanquam quid nos repererimus, verbis iactantioribus opus non eſt: res ipſa indicabit. Atque vtinam integrum exemplar nobis oblatum fuiſſet, vt ad eum modum omnes orationes inter ſe collatas emendare potuiſſemus, non permutaſſem opes meas cum Croeſi aut Craſſi divitiis. Sed enim, quae nobis reperta ſunt, ea aliis candide impertiemus: rogaturi lectores, vt haec, qualiacunque ſint, boni conſulant, et his nobiscum vtantur, et ſi quid rectius iſtis ipſi aliquando inuenerint, nobis viciſſim benigne communicent. Tibi vero, Hieronyme ornatiſſime, hoc quicquid eſt opuſculi, nominatim dedico, cum Demoſthenis amatori ſummo, tum lectori diligentiſſimo, et imitatori feliciſſimo. Neque enim antiquitate generis ſolum, ſed pulcherrimis quoque virtutum ornamentis decoratus es, et vtriusque literaturae peritiſſimus. Accipe itaque libellum hunc ſtudii in te mei monumentum et pignus, quod tibi amicitiae noſtrae quondam initae, et condiſcipulatus noſtri memoriam refricet. Ornatiſſimos atque eruditiſſimos viros, Andream Oſiandrum, Dominicum Sleupnerum, Venceslaum Lyncum, Thomam

Venato-

Venatorium, Ioachimum Camerarium, Michaëlem Rotingium, D. Chriſtophorum Kolerum, Eraſmum Ebnerum, M. Hieronymum Schallerum, praeterea D. Ioannem Magenpuchium, alterum Aeſculapium, et reliquos literarii ſodalitii proceres, meis verbis communiter ſaluta. Tu vero cum primis bene vale. Onoltzbachii, menſe Nouembri, Anno M. D. XXXIII.

Clariſſimo Viro,
HIERONYMO PAVMGARTNERO,
Hieron. F. conſuli Norimbergenſi, Hieron. Wolfius
S. D.

Fortes creari fortibus et bonis, etſi non ſemper id fieri videamus, Horatio facilius concedi poteſt, quam humanis et doctis humanos et doctos. Plerumque enim, paterna freti gloria, diſcendi laborem fugiunt, et literas et literatos contemnentes, et faſtum ac deſpicientiam aliorum laude ſibi ducunt. In quorum vtroque quantopere errent et peccent, nemini eſt obſcurum. Tu vero, Conſul ornatiſſime, contrariam viam ingreſſus, ad paternae virtutis, eruditionis, humanitatis imitationem ſic te compoſuiſti, vt pater omni laude cumulatus, et illuſtri gloria per Chriſtiani nominis orbem celebris in te reuixiſſe videatur. Habet inclyta reſpublica Norimbergenſis alterum, ac potius eundem Hieronymum Paumgartnerum, virum eruditum, ciuem patriae amantem, ſenatorem grauem, conſulem prudentem, et diſertum. Habent homines docti et ingenioſi adoleſcentes patronum et Mecaenatem: recognoſcunt ciues tui praenomen et nomen idem: eandem ſtaturae proceritatem et formae dignitatem cum grata recordatione patris intuentur: iisque rebus deſiderium illius leniunt et conſolantur. Fuit et mihi abhinc triennium, cum Norimbergae in Chriſtophori Fabii Iulii I. C. viri optimi et humaniſſimi, veteris amici mei, aedibus vna pranderemus, et conſpectus tuus iis de cauſis, quas expoſui, periucundus, et multo gratior comitas orationis, qua me vltro ad renouandam rerum paternarum amicitiam perhumaniter inuitabas. Cui etſi ego meam tenuitatem eſſe imparem, facile video, tamen αἱ καθ' ὑπεροχὴν φιλίαι ſic locum habere poſſunt, ſi cum iis etiam φιλανθρωπίας ὑπεροχὴ coniungatur, quae in Deo Opt. Max. tanta eſt et tam admiranda, vt eius cogitatione mens humana extra ſeſe quodammodo rapta penitus obſtupeſcat, et illa abyſſo diuinae bonitatis abſor-

 beatur.

beatur. Quam ego olim conſiderans, cum neſcio quid de menſe Decembri ſcriberem, in hoc diſtichon erupi:

Omnia quod ſuperat miracula, CHRISTVS IESVS
Tum voluit naſci, cum DEVS *eſſet*, HOMO.

Facit igitur ἡ τῆς φιλανθρωπίας σου ὑπεροχὴ, vt τὴν καθ' ὑπεροχὴν φιλίαν σου, non fraudi, ſed laudi mihi fore ſperem: viciſſimque eandem obſeruantiam tuae quoque praeſtantiae polliceor, qua patrem tuum ab ineunte aetate vsque ad obitum ſum proſecutus. Nam cum illi puer etiamnum a Sebaldo Heideno praeceptore meo amantiſſimo, neſcio quo ingenii et ſtudii cuiusdam ſingularis nomine commendatus fuiſſem, et tum bene de me ſentire coepit, et de adulto, dum reipub. veſtrae inſeruirem, praeſens et abſens bene mereri non deſtitit. Itaque vt viuentem colueram, ita etiam defuncti memoriam verſiculis non tam bonis, quam bono animo ſcriptis, (nam me perpetuo cum morbis moleſtisque laboribus conflictantem et Apollo et Muſae omnes deſtituerunt) te praeſertim hortatore, celebrandum eſſe duxi: quos ideo ad te mitto, vt in eodem opuſculo, non magno illo quidem, ſed magno autori intelligendo ſeruiente, quem et pater et filius magnifaciunt, mentio vtriusque, ſi minus honorifica, at ab animo grato et memori profecta, exſtaret. Vale. Auguſtae Vindel. Calendis Decembris. Anno M. D. LXIX.

HIERONYMVS WOLFIVS
Euſebio Epiſcopio ſuo. s.

Quanti manuſcriptos codices plerique faciant (quod nec ipſe contemno) cum non ignorarem, dolui ſane, Auguſtanae Reipublicae vetuſtiſſimum Demoſthenis exemplar, cum ob temporis anguſtias, tum propter minutas et exoletas literas, a me, nec vitreis iſtis Lamiarum oculis adhibitis, potuiſſe perſpici, et cum impreſſis conferri. Sed cum mihi Luteciana editio de ſententia D. Theodori Zwingeri, cuius iudicio plurimum tribuo, et tua, mi Epiſcopi, cuius voluntati in re honeſta morem gerere et debeo et cupio, perlegenda, graecolatini Demoſthenis impreſſionem prorogaſſet, egi cum egregie docto et honeſto viro, Simone Fabricio, ſcholae noſtrae magiſtro diligentiſſimo, cuius et ingenii acumen, et acies oculorum, et in graecis literis iudicium atque exercitatio nota mihi eſſet, vt eam prouinciam (ſi aut res facultatem haberet, aut, ſi quod operae pretium ſe facturum eſſe confideret) ſuſcipere non gravaretur. In quo ille mihi pro neceſſitudine noſtra non modo

priuata,

priuata, ſed etiam publica, (ſumus enim collegae in eodem graecas latinasque literas docendi munere) et ob rei literariae promouendae ſtudium haud grauiter morem geſſit, atque, opere confecto, hoc modo ad me ſcripſit:

Optimo Viro,
HIERONYMO WOLFIO,
compatri ſuo vnice colendo S.

Mitto ad te, mi optatiſſime compater, Orationum Demoſthenicarum exemplar, in quo varias ac diuerſas lectiones ex veteri manuſcripto codice diligenter et accurate perſpecto, et ad editionem Hervagianam collato, bona fide notaui, multisque in locis grauiſſimum ac eloquentiſſimum oratorem foede ac turpiter mutilatum deprauatumque offendi: (praeter enim innumera pene librarii menda, conſtructionisque verborum perturbationem, integros interdum verſus praeteritos atque omiſſos reperi) quem tamen ſtudio, opera atque induſtria tua perpolitum, integritatique ac nitori ſuo reſtitutum, ſic iam exiturum ſperamus, vt non multa in eius orationibus, ſiue ſplendorem verborum, ſiue ſententiarum ornamenta ſpectes, homines ingenioſi ac docti deſideraturi ſunt. Ego tantum profecto veteris codicis antiquitati tribuo, vt is vel propter ſolam numerorum concinnitatem et ſuauitatem admirabilem compoſitionis (quae in altera editione deſiderari aliqua ex parte videtur) publicis ſumtibus totus deſcribendus, peruulgandus atque edendus mihi eſſe videatur.

Nam cum vnus Demoſthenes inter omnes oratores graecos excelleret, quod ſummam prudentiam, ſummamque vim haberet dicendi, eius fulmina (vt inquit Cicero) non ita vibraſſent, niſi numeris contorta ferrentur, quorum ceu lineamenta ac veſtigia quaedam ſingularia in manuſcripto codice apparere atque conſpici poſſe exiſtimo. Continet is liber fere omnes Demoſthenis orationes praeter *ἐπιϛολὴν Φιλίππου, Δημοσθένους ἐπιϛολὰς, προοίμια δημηγορικὰ, ἐπιτάφιον καὶ ἐρωτικὸν λόγον, τὸν πρῶτον καὶ δεύτερον κατὰ ϛεφάνου ψευδομαρτυριῶν, τὸν κατὰ εὐέργου καὶ μνησιβούλου, τὸν πρὸς κάλλιππον, τὸν κατὰ νεαίρας.*

Scholia quoque graeca in margine notata deſcripſiſſem, atque ad te miſiſſem: ſed video pleraque eſſe eadem cum iis, quae in exemplari graeco Lutecianae editionis repeiuntur.

Reliquum eſt, vt ipſe, quem omnes in omni iudicio elegantiſſimum iudicant, pro ingenio tuo ſingulari, praeſtantiſ-

 ſimum

ſimum oratorem, artificio quodam et expolitione diſtinctum, notisque inſignibus illuſtratum in lucem de integro nunc proferas, priſtinaeque dignitati ſuae reſtituas: qua re non poſteritati tantum plurimum commodabis, ſed aeternum etiam virtutis, doctrinae, induſtriae, laborumque tuorum praeconium colliges, ſummamque gloriam ac laudem tibi comparabis. Vale. *Simon Fabricius*

Marcopibertanus Francus.

Ego vero ſingulari diligentia et iudicio viri egregie docti delectatus, pleraque ab eo notata ſubieci: quamuis animadverterem, Auguſtanum codicem habere non pauca et cum meis coniecturis et cum caeteris *ἐκδεδομένοις τε καὶ ἀνεκδότοις* conſentientia. In hoc enim genere contra praeceptum Iſocratis *πλεονάζειν, ἀλλὰ μὴ ἐλλείπειν εἱλόμην.* Quod factum noſtrum in optimam partem candidos lectores accipere, et aerumnis noſtris ſuo commodo frui velim. In eo autem, quod idem Fabricius cenſet, totum exemplar eſſe de integro deſcribendum, his de cauſis ab illo diſſentio, quod et qui id bona fide praeſtare poſſit, eo ipſo excepto, hic ſcio neminem, et eandem lectionem ex aequo probaturi omnes non eſſent: et ex hac varietate diuerſarum lectionum, ea quiuis homo doctus facile deliget, quae maxime probet: et *ἡ τετριμμένη ὁδὸς, κατὰ τὴν πάλαι παροιμίαν, ἐστὶν ἀσφαλεστάτη.* Vale.

Nobiliſſimo Illuſtriſſimoque Dno. Dno.
IOANNI,
Comiti GRANVILLE, Vice-Comiti CARTERET, Baroni CARTERET de HAWNES, Inſulae IERSEIENSIS Balliuo Regio, Domino de Sto. OVEN, Auguſtiſſimo Britanniarum Regi a Sanctioribus Conſiliis etc.

Offero Tibi, Vir longe Illuſtriſſime, Scriptorem, cui, incredibili omnium aetatum conſenſu, maxima vis dicendi conceditur, Athenienſem DEMOSTHENEM: Metam illam eloquentiae humanae, in quo ſc. natura, quid erat in illo genere laudis ſummum, experta eſſe videtur, et monumentum poſteris tradidiſſe, quantum optima animi indoles acute et feliciter inueniendo, quantum mellitiſſima lingua ornate et eleganter dicendo, quantum denique (vt fama fertur,

tur, nam id hodie non ſentimus) ſtudium et oris confirmatio apte et erudite pronunciando, conſequi potuiſſet.

Eum vt ad Te potiſſimum deferrem, Vir Nobiliſſime, nobis feliciſſime ceſſit, quod non mea me magis voluntas incitaret, quam admoneret publica omnium exſpectatio. Efflagitarunt, inquam, populares Tui, vt prodiret iſte orator Tuo numini conſecratus, eodem animo, quo ſentiunt, eodem ore, quo profitentur, Te vnice natum eſſe ad eum feliciter imitandum. Voluerunt, vt eſſet, aliqua ſaltem ex parte, locus Tuae ſollicitudini in eo auctore edendo, quem, omnibus iis virtutibus, quae ciuilem hominem decent, quem gratia dicendi, conſiliorum grauitate, incredibili ſtudio reip. et genere orationis, totum effinxiſti.

Proinde merito gaudebam, eum maxime ex omni antiquitate ad hanc noſtram aetatem, meamque operam reſeruari expoliendum. Cuius euulgandi ratio tam propriam Tibi et peculiarem hanc noſtram nuncupationem fecit, quam diuturni temporis vſus iſtiusmodi commendationes vel communes reddit, vel ſuſpicioſas. Nihil enim aſſentationi, nihil conſuetudini datum iri ſenſi: nihil de Te ita dici poſſe, vt idem illud de alio, vel in hac, vel in longa maiorum memoria, dici potuiſſe videretur: tantum autem a me exſpectare orationis neceſſitatem, quantum ab aliis ſolet vel emendicare fortuna, et exprimere adulatio.

Praeterquam vero, quod omnibus notum ſit, qui de huiusce gentis laudibus aliquid norunt, quantum nobiliſſimum hunc ſcriptorem prae caeteris antiquae eruditionis et eloquentiae auctoribus didiciſti, nobis id etiam priuatim innoteſcit, tantum eum Tibi adferre voluptatis in euoluendo, quantum publice adtulerit fructus ad imitandum. Quoties Te audiui (audiui autem ſaepenumero) memoriter ea loca adducere, prout ſermonis noſtri ratio poſtulabat, quae ille vel ſapienter in vſum ſuorum ciuium elaborauit, vel magnifice ad poſterorum admirationem, toties Te memini tanta cum gratia, tanta oris ſuauitate, tam eleganter ea recitare, quam ille ſcripſerit feliciter.

Iam vero quale eſt illud, non ſolum ſtudio et aſſiduo labore efficere, vt hae artes eſſent in Te ſummae, verum etiam gratia et praeſidio, vt apud alios quodammodo eſſent perpetuae! Nam cum oratorem hunc noſtrum emaculandum in me receperim, (recepi autem diligenter, cum tanti auctoris celebritate, tum Tui nominis religione non mediocriter permotus) nihil a Te non eſt elaboratum, vt prodiret tum orna-

ornatiſſime, tum etiam emendatiſſime. Proinde DEMOSTENEM Tuum omni officiorum beneficiorumque genere demereri velles, et vt tantum iam foret in conſilio tuo ſollicitudinis, quantum olim erat in exemplo auctoritatis. Non in adumbranda operis imagine, non in ordinibus diſponendis atque adornandis, Tuum deerat ſtudium aut diligentia, non hortatio ad ea loca penitius recolenda, vbi deſiderari videretur quaed m animi intentio, non in iis vna recolendis ſolertia et auctoritas. Nemo erat vel ſupellectile libraria, vel vllo ad hanc rem aut vſu aut conſilio paulo inſtructior, cuius Tu fidem non imploraſti. Poſtremo in quodam colloquio, cuiusmodi conſuetudine me honorare ſoles, cum de MStorum vſu et praeſtantia ſermo inter nos haberetur, atque in mentionem incideremus vetuſtorum exemplarium, quae in inſtructiſſima Bibliotheca VIENNAE AVSTRIACAE adſeruantur, (idque memini me feciſſe dolenti potius ſimilem, quod propter vel itineris longitudinem, vel rei ipſius difficultatem, noſtrorum hominum pauciſſimis eorum vſus aliquis contingeret, quam optanti, neque exſpectanti, fore, vt mihi aliquando contingeret) Tu protinus ea, qua merito eras apud AVGVSTISSIMAM IMPERATRICEM gratia, curaſti, vt mihi necopinanti depromeretur exemplar et aetate et ſinceritate ſpectatiſſimum, atque ad nitorem Tui DEMOSTHENIS accederet quaſi cumulus, iſtius membranae varietas, ſumma, quam vidi, et moroſa diligentia exactiſſime deſcripta. Ita res maximas imperii, et grauiſſimas noſtrae reip. curas cum literarum fortunis temperaſti; atque ea ſtudia, quae per hoſce aliquot annos ſumma cum inclementia nonnulli ne in otio quidem patienter adſpicere ſolebant, Tu interea in maximis muniis exercitatiſſimus, non ſolum diligenter excolere, verum etiam vtiliter propagare potuiſti.

Scilicet a Te ereptum iri illud noluiſti, quod eſt in iſto faſtigio dignitatis pene exoptatiſſimum. Noluiſti tantum apud Te valere auctoritatem diuturno vſu confirmatam, vt non in commouendis ſtudioſorum ingeniis, et poſterorum ſimul vſui, Tuaeque conſuleres immortalitati. Nam vti nullum eſt magno viro impendii genus dignius, nullum honorificentius, quam quod erogatur in poſteros, easque arbores conſerere, quae et alteri aetati ſunt profuturae: ita nulla eſt ſincerior ratio laudis atque honeſtatis, quam praedicatio eorum virtutis, qui cultiſſimas diſciplinas apud retroactam aetatem vel excitauerunt beneficiis, vel exemplo confirmarunt,

vel

vel propagarunt denique conſilio et prudentia. Curaſti igitur, vt Te ita poſteritas ſentiret, vti nos hodie non niſi de optimis ſentimus. Eadem illa aetas, quae caeteras res deterere aut obruere ſolet, Tuis ſemper aliquid additura eſt laudibus, ſuumque ſuffragium adponet, non huic tantum orationi noſtrae, verum iis etiam, quae, neſcio, an magis pudoris Tui conſcientia permotus, an tenuitatis ingenii noſtri, ſentio tantum, eloqui non audeam.

Neque ab iis ſane, qui negligunt omnem hanc rationem eruditionis atque ingeniorum exercitationem, vere illud dicitur, parum ad vitam atque ad remp. proficere, cultiſſimas licet, diſciplinas, in quibus omnibus remiſſio quaedam animorum et liberalis ſolummodo oblectatio quaeritur; neque par eſſe, vt ea ſtudia, quae politioribus in artibus, atque in quadam elegantia literarum verſantur, aut noſtrum otium in iis excolendis, aut veſtrum fauorem in prorogandis exercerent. Clamant ingenii facultates, parum in ſe eſſe laudabilis, ſi iis, qui eas in ſe habent, iisue, quos delectare poſſint, ſint iucundae, ni humano etiam generi eſſent quodammodo fructuoſae: proinde negligendam eſſe prorſus, aut exterminandam potius, eloquentiam, maxime autem caſcam illam, et exoletam, et antiquorum ſolummodo literis incluſam, cuius ſi non omnis, at praecipua ſaltem, laus in delectu verborum, in decore clauſularum, et in quadam vbertate orationis continetur.

Eſſe quandam incredibilem iucunditatem ſuauitatemque in eo genere literarum, quae etiam occupatiſſimos percellere ſolet, niſi earum artium, quibus ad humanitatem informamur, plane rudes fuerint, neque ego negare poſſum, qui in antiquae eloquentiae auctoribus expoliendis aliquam aetatis partem contriuerim, neque apud Te confiteri pudet, qui me, vt id conſtanter facerem, tantum omni beneficiorum genere impuliſti, quantum incendiſti hortatu atque auctoritate. Quid enim tam poteſt eſſe cognitu iucundum, quam grauiſſimis ſententiis atque omni ornatu verborum diſtincta oratio et perpolita: ATHENIENSIVM praecipue, a quibus ſumma dicendi vis et inuenta et perfecta eſſe creditur: atque eius demum ſcriptoris, qui felicitate in excogitando, in explicando atque ornando nitore, tantum caeteris in ea vrbe praeſtitit, quantum ea ipſa omnibus omnino nationibus antecellere iudicatur?

Sed neque in iſto genere laudis, ſi quid ſit tamen in apta collocatione verborum, et in numeroſa conformatione oratio-

orationis laudandum, iſtorum hominum Excellentia paſſa eſt ſe contineri: neque ad Rempublicam adtulerunt infructuoſam ingenii culturam, vel ii, qui in iſta diſciplina enituerunt, vel ii, qui eorum monumenta cum aliqua animorum attentione contemplantur. Quis enim neſcit, multum vtique conferre ad moderationem ciuitatis diligentiſſimam peruestigationem earum omnium rationum, quibus hominum mentes vel ad iram, aut odium, aut dolorem incitantur, vel ab iis reflectuntur? Verumtamen, quae de naturis hominum et de vi omni humanitatis accurate in ſcholis diſputantur, exareſcant plane neceſſe eſt, niſi exſiſtat quidam, qui ea mentibus hominum ac ſenſibus, forenſi vſu, et grauitate quadam orationis, accommodare poſſit. Arma illa vel inflammandis animorum motibus vel extinguendis, ſcitiſſime quidem in vmbra cudi potuerunt: in acie vero reipublicae non poterunt vtiliter niſi ab oratore geri. Deinde, ſi eorum laudamus induſtriam, qui de legibus iubendis aut vetandis, de perſpiciendis rationibus conſtituendarum regendarumque ciuitatum, de ſociis, de vectigalibus, de omni reipublicae genere, caeteriſque, ſine quibus hominum ſocietas aut eſſe, aut bene adminiſtrata eſſe non poteſt, quidquam literis mandarunt, quorum omnis, neceſſaria quidem, cognitio in exilitate quadam doctrinae, et quaſi in lineis reipublicae deſcribendis verſatur; quanto magis conformationem huius diſciplinae, rationemque totius eloquentiae, quae et locorum opportunitate ſolerter diſponere, et orationis lumine luculente diſtinguere poſſit, quae illi vel prudenter inueſtigarunt, vel artificioſe tradiderunt? Perinde vti in mutis quoque artibus, tametſi eorum, qui aut in inſtrumentis conficiendis, aut in terendis coloribus exercentur, nemini ſubtilitas in ſuo artificii genere deſit, diſſimilis tamen laus et excellentior longe habenda eſt ea ratio ingenii, quae in tabula perfectiſſimam iſtam imaginem exprimit, cuius in obtutu atque admiratione tota occupata erit poſteritas.

His ſi addidero, intercedere quandam neceſſitudinem, qua coniungitur iſtius gentis eloquentia, non dicam cum Tua, qui propria quadam felicitate, non communi caeterorum exercitatione, DEMOSTHENEM exſcribis, verum cum ea ratione dicendi, quae hodie in foro, in curia, et ſenatu effloreſcit; a plurimorum opinione non diſcedam. Habet enim eloquentia quoſdam quaſi flexus aetatis, et variam ſubinde maturitatem: et omnis noſter forenſis labor (ſiue id induſtria ſit effectum, ſiue caſu quodam contigerit,

vt ad

vt ad quandam quaſi ſimilitudinem contentionemque deueniretur) et ſententiarum clauſulis, et ſermonis grauitate, et genere laceſſendi et reſpondendi, tota denique figura orationis, quam ſtudioſiſſimi quique magiſtri in animo conceperunt, graecae laudi ab omni parte, quam Romanae eſt propior. Nimirum ea eloquentia, quam in DEMOSTHENE, torrentis ritu, praecipitari non ſine religione quadam contemplamur, deinde poſt aetatis aliquem decurſum, in CICERONE, vbere flumine exundare, et latiori ambitu diffundi et exſpatiari, iam in priſtinum alueum ſe recipere velle videtur. Non quaſi aut huic impetu, aut illi vbertate praeſtemus; nec quaſi in altero deſit ornatus, in altero redundet; ſed quod genere orandi aetas noſtra velocitatem potius DEMOSTHENIS, quam CICERONIS copiam aemulata ſit, licet ingenii praeſtantia et felicitate vtrique multum cedamus.

Et profecto quemadmodum ea tempora, quae DEMOSTHENEM tulerunt, imaginem Eloquentiae nobis reliquerunt, quam feliciter imitari poſſimus, ita quandam ſimilitudinem Reip. quam tueremur. Graecas vrbes PHILIPPVS R. bello laceſſiuit. Inter eas maxime inclaruerunt ATHENAE: nam et armorum vſu et rerum geſtarum fama cum plurimum poſſe videbantur, caeteris etiam prouidere et praeeſſe ſolebant. Ibi cum Macedo nonnullas ciuitates largitionibus corrumpere, vi et obſidione concutere coepit, num DEMOSTHENIS Tui aut deerat in proſpiciendis periculis Solertia, aut in admonendis cogendisque ſociis Sedulitas, aut in cunctorum denique animis excitandis ſtudium et eloquentia? Alios enim nactus eſt, quos neque latuerunt quidem PHILIPPI inſidiae, neque propriae fugit ſalutis ratio: verum qui otio et diuturnitate pacis nimium ſe paſſi ſunt marceſcere. Hi igitur Orationis quaſi admotis facibus erant inflammandi. Alios rurſus, qui licet MACEDONIAE finibus proximi, incendium tamen iſtud omnium fortunarum aut non videre, aut non ſatis pro magnitudine periculi timere videbantur. Hi prudentia et omni conſiliorum ſalubritate erant commonendi. Domi Ciues ſuos edocuit, ſummum reip. eſſe praeſidium, ſi quando eorum animos a PHILIPPO abalienari ſentirent, quorum opibus et amicitia iſtius olim creuit dominatio: ſubueniendum eſſe ei opportunitate cum conſiliorum conſtantia, tum etiam maturitate auxilii: neque tum ſolum timendum eſſe PHILIPPVM, vbi ATTICAM

CAM inuaſerit, verum vbi aut oppreſſis Sociis P. A., aut deceptis, aut quoque modo diſiectis, liceret id ei facere, quandocunque libuerit. Rurſus cum communem rempublicam foederatorum Ciuitatum Legatus obiret, (quid enim aliud iudicemus Gentes, loco quidem, moribus et imperii genere diſſitas, belli tamen fortuna, et libertatis vinculo coniunctiſſimas, quam faciem quandam et figuram reip.?) vniuerſos pares eſſe poſſe docebat; diſperſos militia, aut diſcordes conſiliis, aut animo fractos teſtabatur perituros. Omnibus autem palam edicebat, vnam eſſe cum PHILIPPO pacis rationem, eam nempe, in qua ille non hoſtilem animum deponeret, voluntatemque nocendi, verum etiam facultatem. Quid? Nos, quos conditio temporum fortunae quadam ſimilitudine pene concluſit, anne morum conſiliorumue diſiunget inconſtantia? Anne minora ea exiſtimabimus, maieſtatem reipublicae, ſalutem Ciuium, praeſidium Sociorum, vindicias Libertatis, quam ii olim exiſtimarunt, quibus gloria et auctoritate imperii non cedimus, felicitate et fortuna ſuperamus? Non per illos, qui in acie CHAERONENSI, multitudine quidem oppreſſi, animis inuicti, pro communi libertate Graeciae ceciderunt! Non per illos, qui in DETTINGENSI, melioribus auſpiciis, regioque ductu, communem EVROPAE hoſtem fortiſſime repulerunt!

Taedet Te forſitan prolixioris Orationis noſtrae: taedet etiam, puto, quoniam occupata eſt in recenſendis Tuis virtutibus. Paucis tamen repetendum, quantum vel ex ſummis laudibus ſibi iure arroget tenerorum ingeniorum conformatio, atque ea cultura, qua iuuenum animi finguntur ad omnem ſpeciem atque excellentiam virtutis. Neque enim iſta commentatio ab ea fama, quam de DEMOSTHENE accepimus, neque a Tuis moribus abhorrebit, neque denique ab indole iſtius loci, vnde has literas ad Te dedi; vbi vſus ſane noſter et commoratio iſtam ſaltem adtulit iucunditatem memoriae, vt plurimos praeſtantiſſimorum ingeniorum fructus partim in optimam ſpem matureſcere, partim iam a rep. decerpi ſentirem, quos ipſe noſtrorum hominum cura et praeceptis conſertos et excultos eſſe recordabar.

DEMOSTHENES ille noſter PLATONEM, vti Nos hodie eum cum PLATONE, et aſſidue audiuit, et lectitauit ſtudioſiſſime; atque ab eo fonte nonnullos riuos ad ſuae artis ſtudium a multis duxiſſe creditur. Neque ACADEMIAE ſolum operam dedit, et a ſummo iſto Magiſtro ornate ſplendideque loqui didicit, verum THVCYDIDIS

eouſ-

eouſque ſtudioſus, vt eum octies ſua manu deſcripſiſſe perhiberetur, et abſumtis incendio quodam cunctis exemplaribus, eas hiſtorias memoriter redintegraſſe, ab eo denſitatem illam maieſtatemque ſententiarum deriuauit. A dialecticis argumentationum ſubtilitates, a Rhetoribus genera cauſarum, infinitamque quaeſtionum varietatem adripuit: et cum ex ſua arte colorem orationis, ex ſcena, atque hiſtrionibus oris conformationem, geſtum habitumque accerſiuit. Denique grauiſſima naturae impedimenta incredibili meditatione atque exercitatione ſuſtulit, ſiue linguae vitio, neque expedite, neque plane quidem loqueretur, perfecit diligentia et induſtria, vt nemo eum non ſolum contentione dicendi, verum neque maieſtate vocis, aut ornatu pronunciationis ex omni memoria ſuperaret.

Ecqua autem unquam ſanctior aut ſollicita magis Diſciplina, quam Tua fuerit in iis aedibus, quae et elegantiſſimae culturae laude ſemper floruerunt, atque optimorum exemplorum auctoritate abundarunt? Nihil ibi defuit, vel ad fingendam, vel ad perficiendam eam ſpeciem excellentiae, quae futura eſſet optima: non virtus propria, quam exerceres, non aliorum, quam imitareris. Et cum Naturae contigerit beneficio, vt praeſtantiſſimam haberes animi indolem, quam excoleres, acceſſit etiam illud Sapientiae, vt id velles quam ſeueriſſime, tum fortunae, vt optimis innutritus praeceptis id etiam poſſes pari cum vtilitate. Non Tibi quidem eadem, quae oratori Tuo, oblata eſt concertatio, neque neceſſe Tibi fuit luctari cum peruicacia naturae: erat tamen contentio, ratione quidem confligendi non leuior, victoriae certe laude illuſtrior. Viciſti generis nobilitatem, induſtria, lenocinia aetatis, continentia, aedium denique iſtarum claritudinem, exemplo. Meminiſti, non qualis eſſes, ſed qualis eras futurus. Cedebat iuuentus vtilitati publicae atque exſpectationi communi: cedebat elegantia morum, ſtudiorum ſeueritati: natalium ſplendor, philoſophiae praeceptis: dignitas artibus. Iam tum enim praeſenſiſti eos honores, quos ciuitas erat Tibi debitura, atque vti deberet, elaboraſti. Non enim prius eminere ſtatuiſti, quam Tibi in animo deſcripſiſti, quantum eſſet laboris in eminendo. Mature ergo in literarum ſinu excellebas, licet non hoc genere excellentiae, quo deinde inclaruiſti, eodem tamen animo excellendi. Pulchrum illud ſane et honeſtum, vt, qui omnigenas artes beneuolentia ſua olim erat complexurus, prius id

id experiundo diſceret, quale eſſet innutriri, quale antecellere in optimis.

Laudabilis quidem eſt omnis animorum inſtitutio: neque tanta vnquam fuit aut in naſcendo ingenuitas, aut conditionis praerogatiua, cui non aliquantulum addidit perceptio iſtarum artium, quas profitemur; ſiue contulerint ad exercitationem adoleſcentiae, ſiue ad ſubſidium ſenectutis: ſiue ſint, vbi Illa aetas ſuum otium conſumere poſſit cum innocentia, aut haec cum quodam fructu iucunditatis: denique ſiue tutandis, ſiue ornandis moribus ſint repertae. Tu interea parum contentus neceſſario illo, ſed peruulgato, literarum vſu, adtuliſti ad haec genera ſtudiorum non magis ornamentum aliquod et dignitatem, quam inuidiae quaſi cumulum, cum vnumquemque noſtrum, qui ad ſingulas eruditionis ſpecies comparamur, tantum naturae benignitate, et induſtriae laude antecellueris, quantum antecellas loco et conditioni. Ea exiſtimatione cum ſtatim floreres, petebaris a republica, non ab ea ornari petebas. Conſecutus es omnia honoris ac dignitatis praemia, atque ea quidem aetate, quae non in adipiſcendis honoribus, ſed in animo fingendo, ſollicita eſſe ſolet. Legationes arduas atque longinquas pro republica obiiſti, cum adhuc maturum videri poterat, de primordiis ciuilis ſcientiae, et de rerumpublicarum generibus, moribus et inſtitutis meditari.

Quam deinde aetatis partem transegiſti, aut laudibus vacuam, aut ſterilem felicitate? Non ciuiles rationes gloria caruerunt: non domeſticae gratia et fortuna. Tibi enim publicis licet et muniis, et honoribus innutrito, elargita eſt natura omnes elegantias priuatae felicitatis, quibus fruereris: elargita eſt etiam optimam artem fruendi. Natus ſummo genere, vtroque parente nobilitatus, eaque vſus conditione naſcendi, vt non honoribus, quos contulimus, auctus, verum ad eos condecorandos factus videreris, magna cum omnium ſpe, magnaque fiducia ad rempublicam gerendam acceſſiſti. Et quanquam, quae natura aut fortuna darentur, in iis rebus Te vinci poſſes aequo animo pati, vt dixit ille CRASSVS, ſi tamen vinci poteras, vtile tamen fuit reipublicae, ſicut Tibi glorioſum, tot quaſi pignora conſtantiae, in regem fidei, in rempublicam meritorum, in vtraque proſapia numerari, quot numerat CHRIERETORVM et GRANVILLORVM domus. Quid memorem Tuum ſummum maximumque honorem vultus, dignitatem oris, atque aetatis vegetam et indeflexam maturitatem?

tem: Quid multas magnasque neceſſitudines, vrbanorum officiorum frequentiam, et politiſſimas in agro ruſticationes? Rara illa et ſincera vndique felicitas, contigiſſe vni non magis in ſenatu eloquentiam, grauitatem in conciliis, in rebus agendis experientiam, quam in aditu facilitatem, elegantiam in congreſſibus, in ſermone leporem, humanitatem in amicitiis, maximam denique dignitatem maxima comitate temperatam? Nouimus, Te pari conſtantia res ſerias maximasque tractare, atque has noſtras elegantia: animumque Tuum ea celeritate hinc inde delabi, vt difficile eſſet diiudicare, vtrum maior eſſet in rebus imperii concipiendis, an exquiſitior, dum doctrinarum omnium fontes recluſeris, an demum incredibilior, quod vtramque laudem tam feliciter coniunxeris. Hinc non otium Tibi ſolummodo, ſed bene dixeram negotium, literarum luce diſtinctum. Attamen tanti interea non Tibi ſit vel Tuus ipſe DEMOSTHENES, neque ea, quam deſcripſiſti, methodo concinnatus, neque iis, quas comparaſti, ſuppetiis inſtructus, nequa ea, quam voluiſti, manu recenſitus, Te vt carere poſſet reſpublica; aut, vtilitatis communis impendio, Te nimium allicerent priuatae huiusmodi elegantiae. Sinito Te tamdiu a Tuo DEMOSTHENE diuelli, dum praeſentia curas: Iam dudum enim a Te prouiſum eſt, vt veſtra commemoratio in animis et ſenſibus poſterorum diuellatur nunquam.

Interea autem, dum Te illuc ſequitur, et in ciuilem vitam comitatur, gratulatio noſtra, neſcio, quod genus laudis et virtutis aut adriperem primus, aut cui inſiſterem lubentius. Memoremne PROVINCIAM, quam PRO REGE, in ipſo iuuentutis flore, adminiſtraſti, ſumma cum omnium exſpectatione aditam, et procuratam admiratione, et relictam deſiderio? Si domeſticas noſtras et magis proprias felicitates recolam, ibi meminiſſe oportet ſummam cum OPTIMO REGE gratiam, et noſtrae reipublicae rationes maxima animi conſtantia, incredibili ingenii vigore, optimo conſilio et ſapientia, feliciter et vigilanter ſaepius gubernatas. Meminiſſe oportebit, qualis quantusque fueris in ſenatu, et in conciliis; ſummam atque incredibilem gratiam grauitatemque ſententiarum, facundiam in voce, ſeueritatem affirmationemque in vultu, in oculis, habitu, geſtu, toto denique corpore naturalem quandam et ingenitam vim et eloquentiam. In negotiis publicis expediundis, quanta alacritas ſine trepidatione, quanta vigilantia, propemodum cum animi remiſſione coniuncta: In Quaeſtorum ſcri-

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.

barumque operis excitandis nouus et inſolitus, ſed reipublicae vtiliſſimus, ardor, ſine ſtrepitu, ſine moleſtiis, et fere ſine ſpecie, diligentiae. In legatorum denique congreſſibus elucebat ſumma et maxima experientia, ea, quae cuiusque nationis vota et neceſſitates pene anteuerteret; maxima tamen vbique comitas, neque vlla per interpretem oratio.

Verum, vti oratio noſtra a DEMOSTHENE exorſa tandem in eius editore deſinat, abunde mihi gratulor, oblatam eſſe hanc opportunitarem, vbi vota publice nuncupare poſſim, vt hoc ſedulitatis meae et diligentiae qualecunque monumentum, ita etiam perpetuum ſit argumentum animi Tibi Tuaeque dignitati addictiſſimi. Nunquam autem illuceſcat ille dies, vbi vota, quae pro Te nuncupo, vtilitate potius extorqueri videantur, quam fide Tibi deberi. Neque interea haec eo dico, quo quidquam in hac noſtra tenuitate, aut Tuis rationibus adiumenti, aut reipublicae emolumenti futurum eſſe arbitrer, verum vt palam declararem, id quod mea conditio patitur, et mores poſtulant, me nullius omnino beneficii, qualia multa in me contuliſti, poſſe eſſe immemorem. Omnium autem nouiſſime, gratiae Tuae et commendationi debeo, quod iis adiutus, tantum apud optimum praeſulem Lincolnienſem, morum et ſanctitate pariter et elegantia ſpectabilem, valerem, vt munere illo honorifico, quo hodie apud eum fungor, me augere dignaretur: cuius ratione id mihi non ſolum oblatum eſt honoris, vt in eius et curarum et conſiliorum quaſi communionem admitti contigeret, verum etiam beneficii, vt tantam amicitiam excolere, et virtutem propius imitari liceret.

Vale, Vir Nobiliſſime. Vt gaudeas, vtque rem bene geras, ex animo comprecatur Dignitatis Tuae, honoris atque excellentiae ſtudioſiſſimus, Tibique omni officiorum genere deuinctiſſimus,

Dabam e Coll. Diu. Iohan. Cantab. ipſis Idib. Decembribus Anno M. DCC. XL. VII.

IOHANNES TAYLOR.

IOHAN-

IOHANNES TAYLOR

Tertium hunc DEMOSTHENIS Tomum LECTVRIS S.

Quae praefatus ſum olim, cum Leptineam in publicum emiſi, ea fere omnia hic repetenda eſſe arbitror. Nam vti tunc, quid in me praeſtandum receperim, ita hodie, quid praeſtiterim; ſimulque quid me impelleret, vt inſolito hoc ordine edendi vterer, qui nonnullis praepoſterus videri poteſt, id vtique lectorem eruditum meis verbis aequum eſt edoceri. Qui profecto eadem opera intelliget, eam methodum, quam tum mihi in hoc opere exſequendo praeſcripſi, iam maxima fide et religione a me eſſe obſeruatam.

Eam igitur, quam dixi, orationem prodire iuſſi, et a ſtudioſo lectore verſari, vt perſpiceret meum in his Auctoribus euulgandis ſtudium et conſilium: vt haberet induſtriae meae quaſi pignus aliquod et teſſeram, vnde experimentum capere potuiſſet, quid de futura editione exſpectandum foret: maxime vero omnium, vt illud conſtaret, ſi quibus haec mea opera aut intempeſtiua, aut non neceſſaria eſſe videretur, ſc. non hactenus prodiiſſe editionem DEMOSTHENIS ea, qua par erat, fide et diligentia emaculatam.

Nam cum earum, quae olim emittebantur, pleraeque ex ſanis et vetuſtis ſatis exemplaribus hinc inde erant depromtae, ſequebatur, vt, quod ſingulae vix perficere poterant, id ab omnibus collatis inuicem et diligenter inter ſe comparatis aequum eſſet exſpectare. Nimirum illa erat Francofurtenſium prouincia, qui, cum editionem Demoſthenis A. D. 1604. in ea vrbe procurarunt, omne illud, quod praeceſſerat, in ſuo opere complexuri videbantur. Membranas, vnde antiquiſſimae editiones excudebantur, ſuppeditarunt variae Italorum bibliothecae: Iam vero, cum Hieronymi Wolfii, tum Gul. Morelii opera, acceſſerunt variae lectiones, quas hic ex Gallicanis, ille ex Germanicis exemplaribus deriuauit. Verumtamen ſiue feſtinatione nimia, ſiue illud accidit incogitantia et temeritate,

ſiue denique eorum hominum ad tantas res exſequendas imbecillitate, nihil ab iis profectum eſt hoc noſtro ſcriptore, eaque exſpectatione dignum. Tantum enim abeſt, vt editiones antiquae ſibi inuicem maturam lucem affunderent, vt aliquando et peſſima fide, et indiligenti maxime manu exſcriberentur.

Vt igitur meam qualemcunque operam tam vtili conſilio admouerem, id, quod Francofurtenſes illi in animo agitarunt, effectum autem non dederunt, in me recepi: eaque modeſtia, quae meos mores decet, ea tamen fiducia, quae mentem ſequitur infiniti fere laboris conſciam, lectori meo commendo hanc operis Demoſthenici particulam vulgatis omnibus longe emendatiorem. Multum ſane ad hunc nitorem priuatim contulit Aldus cum P. Manutio Fil., Bern. Felicianus, qui fuit homo accuratiſſimus et diligentiſſimus, deinde Dion. Lambinus, omniumque laborioſiſſimus Hier. Wolfius, cuius editione vtor. Hi mihi omnem iſtam, quae in medio iacebat, laudem fere praeripuerunt: reliquerunt arduam iſtam prouinciam, ſc. vt eorum demum et induſtriae et ſolertiae aliquid adderem, quod lectorem eruditum promereri poterat.

Editiones igitur iſtas binas a Manutiis, tertiam a Feliciano procuratam, necnon luculentam illam ornatamque, ſed, quod dolendum eſt, minus accurate impreſſam, quam excuderunt Pariſienſes, opera potiſſimum D. Lambini, eas vtique omnes verbo tenus diligenter et ſollicite excuſſi: neglectis duabus Heruagianis, quarum vnam ex Aldina, alteram ex Veneta Feliciani, clandeſtino conſilio deriuari comperi. Proximum erat, vt Codd. MStorum opem implorarem: quot autem ii qualesque fuerint, quos vel precibus vel gratia hactenus adhibere poteram, deprehendet bonus lector ex ſyllogo iſto ſiue catalogo, quem huic allocutioni ſubieci. Porro neque contemnendae erant interpretationes, ſiue priſtino latinorum ſermone, ſiue recentioribus, quibus hodie vtimur, a variis concinnatae. Eas autem duplici conſilio euoluebam, cum vt earum auctoritate motus, adnotarem, ſi quando in vertendo minus feliciter cederet Wolfio, qui tamen iſtam prouinciam improbo labore, nec minori laude adminiſtrauit: tum vt veritatem lectionis in textu Demoſthenico forte fortuna elicerem; ſiquidem antiquiores interpretes

terpretes, longe ſecus ac hodierni, ſaepiſſime vetuſtiſſima exemplaria in vſus ſuos ſedulo conquirere, eorumque fidem in vertendo ſequi ſolerent. De Demoſthenis autem interpretibus, qui cum numero ſint plures, linguis et laude diuerſi, commodior erit dicendi locus: ad notarum delectum propero. In ea autem operis parte, praeter Wolfiana pene omnia, (reciſis pauciſſimis, immo nullis) vbi textus laborare videretur, aut Codd. diſcrepantia quidquam conferre ad eius aut nitorem, aut ſanitatem, ibi conſilium meum admiſcui. Id autem quale fuerit, neque mei eſt loci diſſerere, neque, ſi id ſummopere voluiſſem, iam fuiſſet integrum, cum iudicio communi me meamque in ea re exiſtimationem penitus ſubmiſerim. Porro autem, quaecunque in eruditorum ſcriptis ad auctorem noſtrum vel elucidandum, vel emendandum quidquam momenti habere viderentur, ſedulo inueſtigaui. Poſtremo plurimum acceptum refero humanitati et doctrinae ſummorum et praeſtantiſſimorum hominum, Ier. Marklandi, et Iacobi Iurini, quorum amicitiam impenſe colere, atque operam egregie in Demoſthene nauatam maximi ſemper facere, et ſoleo et debeo.

His adiungam licet operarum Typographicarum curam, meamque in ea cauſa non vulgarem ſollicitudinem, aut contemnendam diligentiam; characterum elegantiam, et paginarum accuratam conuenientiam. Curaui omnium primus, vt, qualis foret ratio exarandi et diſtinguendi Graeca, talis quoque in Interpretatione Wolfiana religioſiſſime adhiberetur; quantum id ſineret vtriuſque linguae, Graecae ſc. et Romanae natura et proprietas. Siquando occurrant (occurrunt autem ſaepenumero) verba, quae legitima vocari poſſunt, leges ſc. populiſcita, teſtimonia, ritus, aut iſtius generis monumenta, ea omnia vtrobique literis maiuſculis diſcriminari volui. Cum et in iis cauſae ipſius rationes ſaepiſſime contineri ſenſi, et praeterea eo conſilio quendam quaſi Theſaurum, ſiue repertorium iuris Attici lectori meo ob oculos repraeſentatum iri credidi. Poſtremo autem omnium, flexus iſtos et diuerticula orationis (inciſa maiora, ſiue paragraphos vocant) noua quadam ratione diſtinxi, non pari verborum clauſula, aut aequali orationis portiuncula, vt illi ſolent, dimenſus, ſed argumenti potius pondere, et locorum, quos vocant, varietate; de eorum prolixitate, aut breuitate contra parum ſollicitus. Iſtiuſmodi ergo periodi vbique a li-

tera maiuſcula ordiuntur. Ita ſane prouiſum eſt, vt nec ea abeſſet vtilitas, quam nonnulli ex tali diſtinctione expetiuerunt, neque, textum identidem interpellando, ſuus a pagina decederet nitor.

Non autem inconſulto prima egreditur haec orationum Demoſthenicarum diuiſio, quam Wolfius tertiam conſtituit; in qua etiam parte noſtrae pariter editionis demum erit reponenda. Scilicet id factum eſt auctoritate praecellentiſſimi atque honoratiſſimi Viri, cui non ſolum cunctas huius editionis, verum etiam vitae meae atque officii rationes merito ſuo maximo lubens ſubmitto. Cum enim vnusquisque tomus ſeriem orationum complectatur, quae et argumenti natura, cauſarum ratione et genere orandi a caeteris ſunt diſtinctae, et ſuis quaſi limitibus circumſcriptae; et parum idcirco referret, quo ordine vnumquemque aut typis mandarem, aut denique euulgarem: cum hoc, inquam, eſſet integrum, ideo maluit Vir nobiliſſimus, vt has orationes emitterem primas, quae, cum caeteris nullo genere laudis cedant, tum etiam eiusmodi ſint, vt nouitate quadam lectorem eruditum delectare poſſint. Accidit enim, id quod infinita fere experientia cognouimus, vt vnusquisque pene in iis orationibus, quae remp. et ciuitatis rationes ſpectant, occupatus et quaſi concluſus detineretur; pauciſſimi autem neſcio qua inertia ſe produci ſinerent vel ad contemplandam eam ſubtilitatem, quae in Leptinea eniteſcit, vel impetum illum et violentiam, quae in Midiana dominatur; neque porro intelligerent, quibus aculeis, quam arguta oratione, et quanto eloquentiae flumine, pernicioſis legibus, cuiusmodi erant illae ab Ariſtocrate, et a Timocrate rogatae, eloquentiſſimus ille ciuis, reip. cauſa, reſtitiſſet.

Volumen interea II., ſiue tomus ille, qui Aeſchinis orationes tres, et duas Demoſthenis ἀντιπάλους, ſc. de peiperam obita legatione vnam, alteram de corona complectitur, magna ex parte iam eſt abſolutus. Qui vbi confectus fuerit, ſimili lege et conditione faxo vt diſtrahatur.

Monendus es porro, amice lector, nobis iam inſtitutum eſſe ſecundis conſiliis, quae aliquando ratione vincunt, telam hanc, quam texere occoepimus, in quinque ſiue partes, ſiue volumina diſpeſcere. Autor ipſe, non Wolfiano magis conſilio,

conſilio, quam genere concionum, quadrifariam diſtribuitur. Quo igitur abſoluto, tomus ille poſtremus accipiet, inter alia, monumenta, quae Vett. ſcriptores de vita, ſcriptisue Demoſthenis etc. literis conſignarunt: Vlpiani, aliorumque, quae comparari poſſunt, ſcholia ad textum accommodata, et a mendis repurgata: nouam adnotationum ſeriem, ſi qua forte occurrant vel explicatius confirmanda, vel in melius mutanda: MStorum lectiones varias, quas in notis noſtris non attigimus: Indicem denique atticum locutionum vberrimum atque accuratum.

Patiatur aequo animo lector meus ſe a me denuo obſecrari, vti nolit vel MStorum, ſi qua fuerit, notitiam, vel in Demoſthenem obſeruatorum vſum mihi inuidere. Vtriusque generis exempla plurima, currenti, vt aiunt, rota, lubenti et gratiſſimo animo me accepiſſe praedico. Me interea measque curas fauente animo, quisquis es, accipito, neque neſcius eſto, me in iis, quae fidem, modeſtiam, aut ſollicitudinem deſiderant, Demoſtheni non defuturum.

CONSPECTVS EDITIONVM

manuſcriptorumque, vna cum notis, quibus, compendii gratia, deſignantur.

Ald.] Editio Demoſthenis Graeca, Venetiis procurata ab ALDO PIO MANVTIO, A. 1504. Fol. Iuxta iſtud exemplar deſcripta erat Editio Baſileae impreſſa ab Heruagio 1532. Fol.

Felician.] Editio Graeca, rara et emendatior, quam curauit I. Bern. FELICIANVS, impreſſit autem Venetiis Franciſcus Bruciolus 1543. 8. Hanc etiam, ne literula quidem immutata, typis ſuis exprimi voluit Heruagius, Bas. 1547. 8.

Manut.] Editio Graeca, ſatis accurata et melioris notae, quam dedit PAVLVS MANVTIVS Venetiis 1554. 8.

Morel. Benenat. Paris. Lutet.] Pulcherrima et luculenta Editio Graeca, ex Aldina expreſſa, et cum plurimis Codd. MStis in bibliotheca Regia Pariſienſi collata. Eam vtique inchoauit GVL. MORELIVS, Typographus Regius, intermiſſam vero, ſiue ob inteſtinum bellum, ſiue Morelii obitum, poſt decennium elapſum redintegrauit Succeſſor eius I. BENENATVS: cuius rogatu Dion. LAMBINVS Monſtrolienſis Editioni inuigilauit, ſuasque notulas ad finem operis adiecit. Par. 1570. Fol.

MSS. Ald.] Lectiones variantes, quas ex Codd. quibusdam MSS. Aldus Manutius ſuae Editioni ſubtexuit.

MSS. Felic.] Lectiones MStorum, quas ſimiliter ſuae etiam adiecit Felicianus.

MSS. Manut.] Iterum eae, quas P. Manutius.

Codd. Regg. vel Paris.] Octo exemplaria in bibliotheca Regia Pariſienſi adſeruata, quibus vſus eſt Morelius ad editionem Lutetianam adornandum. Eorum notitiam, quam ille nobis inuidit, mea opera deprehenſam, Lectori erudito hic proponam: ſcil.

α.] Siue Codex Morelianorum primus eo vtique indice in margine eius editionis notatus, locum habet hodie in bibliotheca Regia 2190. Plurimas Demoſthenis orationes complectitur cum Scholiis, ſiue gloſſis, hactenus ineditis. Videtur ſeculo decimo ſexto, aut eo circiter fuiſſe exaratus.

β.] Hodie 2189. Codex probus, ſeculi vndecimi. Orationes paulo plures complectitur, quam praecedens. Praemittitur Vita Demoſthenis anecdota, a Zoſimo Aſcalonita conſcripta: alia rurſus ab anonymo quodam. Eas vtique ad meos vſu deſcriptas quinto huius operis volumini reſeruaui.

γ.] Hodie 2270. Continet duodecim orationes, anno 1480. deſcriptas.

δ.] Exemplar iſtud, quantum elicere poſſimus, duarum tantum eſt orationum, ſc. de falſa legatione et contra Midiam.

diam. Quem locum hodie obtinet, qua aetate deſcriptum, aut qua demum ſit praeſtantia, perueſtigare nequeo.

ε.] Hodie 2188. codex optimus, in quo totus Demoſthenes deſcribitur, ſeculi decimi tertii.

ζ.] Hodie 3276. Exemplar recens, vtpote ſeculo decimo ſexto exaratum, continet orationes in Leptinem, de corona et de falſa legatione.

η.] Codex praeſtantior, ſeculi duodecimi. Videtur hodie ita deſignari, ſc. 2772.

ϑ.] Hodie 2187. Plura complectitur. Codex, vti a Viro doctiſſimo deſcribitur, cum optimis numerandus, duodecimo ſeculo exaratus.

Obſop.] Exemplar admirandae vetuſtatis, verbis vtor Obſopoei. Illud vtique Anno 1533. cum editione Aldina contulit Vir ille eruditus, multaque inter conferendum ſcite obſeruauit. Ea primus protulit Hieron. Wolfius, qui exemplar Pannonium nominare videtur.

Aug.] Exemplar et aetate et fide ſpectatiſſimum, ad ciuitatem, quae Auguſta Vindelicorum dicitur, pertinens. Demoſthenis fere omnia complectitur. Excipiuntur enim ſolummodo epiſtolae, orationes funebris et amatoria, exordia concionum, et priuatae orationes quinque. Codicem illum in Wolfii vſum ad minorem Heruagianam diligenter exegit Simo Fabricius Marcopibertanus, Francus. Vide Hieron. Wolfii literas nuncupatorias ad Senatum Auguſtanae reip. datas, literas item Simonis Fabricii, huius codicis variantibus praefixas, pag. 1420. Editionis Francofurtanae: porro autem, Reiſerum, Hoeſchelium, et Ebingerum, qui de bibliotheca iſtius ciuitatis commentati ſunt.

Ital.] Codex Italicus, atque haud ſcio, annon ex ditione Veneta, cum editione Aldina comparatus. De quo nihil praeterea Francofurtenſes, qui videntur primi adhibuiſſe.

Vindob.] Codex Auguſtiſſimae Vindobonenſis Bibliothecae, Neſſelio philoſophicus graecus Par. IV. N. LXX. bombycinus,

bycinus, et bonae notae, in folio, conſtans foliis ducentis triginta nouem. Liber ille, qui plurimas orationes complectitur, diuerſae eſt aetatis: Nam poſt orationem de Rhodiorum libertate incipit perantiquus character decimi circiter ſeculi, quo caeterae deinceps orationes hoc codice comprehenſae exarantur. Hunc gratia et interuentu Nobiliſſimi Comitis GRANVILLII, in vſum meum accuratiſſime contulit Dominicus Bricherius Columbus I. F. Patricius Finarienſis.

Baroc.] Codex Baroc. Num. LXXIII. tredecim circiter orationes continens cum epiſtola prima. Scribitur in charta bombycina, foliis ducentis ſexaginta duobus, atque ad ſeculum fere decimum tertium aut quartum aſſurgit.

Lindenbrog.] Codex optimus, ſed incertae patriae, cuius varietates decerpſit Fred. Lindenbrogius, atque ſedulo ad oram adnotauit poſterioris Heruagianae, in bibliotheca reip. Hamburgenſis adſeruatae. Apographum iſtud debeo humanitati I. Chriſtiani Wolfii in ea vrbe Profeſſoris celeberrimi, qui in me immerentem plura vltro indicia animi beneuoli contulit. Neque praetereundum eſt, quod nuperrime aliud ſimiliter apographum eiuſdem codicis ad eandem pariter editionem adnotatum humaniſſime ad me tranſmiſit Vir praeſtantiſſimus Kenneth Mackenzie Iuris Caeſarei in academia Edinburgenſi Profeſſor: Cuius ſtudium et beneuolentiam hac grata animi mei ſignificatione carere nolui.

Ven.] Codex, vt conſtare poſſe arbitror, Sancti Marci Venetiis. Variantes excepit Vir induſtriae et fidei ſummae Petrus Pithoeus, cuius in remp. literariam merita declarabit tibi Thuanus Hiſtoricus: Ex Aldino exemplari in bibliotheca Bodleiana Oxoniis, cui ea adleuerat Pithoeus.

Bodl.] Variae lectiones, notae et obſeruatiunculae, deſumtae e margine Exemplaris Heruagiani prioris, in eadem bibliotheca.

Cant.] Annotatiunculae, vt credi par eſt, Claudii Groularti (de eo vide Praefationem Lyſiae, pag. 15.) ex Aldino exemplari in bibliotheca Regia, quae eſt Cantabrigiae.

His

His ſubnectam licet Codd. qui mihi magno vſui et adiumento fuerunt, licet ad hunc tomum non pertineant. *Voſſ. Baroc.* 2. *Baroc.* 3. *Laud. Mead. Locker. Coislin. Reg.* 1. *Reg.* 2. etc. *Bern. Mor.*] Siue ſint ii, qui concionum nonnullas, quas Demoſthenes in Senatu habuit, complectuntur: Philippicas intelligo, vel quasdam de iſto grege. Ex iis nactus ſum Voſſianum, Baroccianos duos, Laudianum etc. Siue ſint ii, qui Aeſchinem ſolum deſcriptum habent. In qua familia primus memorari debet codex Viri praeſtantiſſimi et a me multum colendi R. Mead Archiatri. In eo exarantur tres eius orationes, cum epiſtolis duodenis, nimirum omne, quod de iſto homine ad nos peruenit. Codex doctiſſimi viri I. Locker. Londinenſis, orationem contra Timarchum et Olynthiacas duas habet, et eſt bonae frugis plenus. Plurimum etiam me debere profiteor gratiae et humanitati domini Richardi Elliſtii, τοῦ μακαρίτȣ, de literis ipſis, iisque, qui literis bonis operam nauant, bene meriti. Huius enim gratia excuſſi mihi ſunt Codd. Pariſienſes, in quibus Aeſchines ille deſcribitur, veluti Coislinianus num. CCXLIX. membranaceus, decimi plane ſeculi: ex Regia bibliotheca itidem plures, ſc. numero, 2778. 2775. 3273. 3279. Deinde excerpta quaedam ex MStis ignotis, quae in Aeſchine ſuppeditarunt orae librorum vel Edu. Bernard. in Bibl. Bodl. Oxon. vel I. Mori Epiſcopi Elienſis in Regia Cantabrigienſi.

Harl.] Codex Harleianus adſeruatur in bibliotheca Illuſtr. viri Edu. nuper Comitis Oxonienſis, qui, cum viueret, me amicitia ſua multisque animi beneuoli argumentis auctum eſſe voluit. Eleganter quidem ſcriptus, antiquus et bonae indolis. Vltra orationes publicas (ſunt autem illae praeter Philippicas etc. orationes Aeſchini oppoſitae) non progreditur: Et eo ſane termino plurimos Codd. MStos concludi ſenſi. Liber ille quondam ad Eccleſiam Ripponenſem in agro Eboracenſi ſpectabat.

Codex Iacobi Harris Sarisberienſis, Armigeri, Viri non ſolum literarum elegantia, verum omni genere laudis praeſtantiſſimi. Pertinebat olim ad Eman. Martinum Decanum

Alonen-

Alonenſem, cuius deſcriptione vtor, ſumta ex eius epiſtolis VI. 12. „Codd. porro manu exaratos nactus ſum aliquot— Alter antiquorum Rhetorum ſelectas orationes. [continet] vt Demoſthenis, Ariſtidis, Himerii, Hyperidis, Libanii: cui adiectae ſunt Philoſtrati vitae Sophiſtarum et Platonis Gorgias. Videtur autem hic codex fuiſſe olim Nicephori Gregorae, vt oſtendit eius chirographum in interiore tabula hinc inde ſcriptum. Quo etiam nomine permagno a me aeſtimatur.„ Hactenus ille. Codex eſt Pergamenus, et melioris notae, et eaſdem fere, quas ſuperior ille Harleianus, complectitur orationes, nempe quas publicas vulgo nominare ſolent. Ex eo nactus ſum ſolummodo Variantes Philippicarum IV. Nam cum MS. ille beneficio Viri amiciſſimi ad me Cantabrigiam mitteretur, vt caeterarum, quae ſupererant, varias ipſe *αὐτολεξεὶ* excerperem, in itinere, mala quorundam fide, interceptus eſt, et ex eo tempore diu fruſtraque a me quaeſitus: ſiue imprudentia, ſiue conſilio et dedita opera ſit diſcerptus. Hunc SI QVIS adhuc, nec prece noſtra, nec pretio delinitus, domi in pluteo CONCLVSERIT, VEL quouis modo FRAVDEM FAXIT, DEAE FIDEI SACER ESTO.

IO. IA-

I. IACOBI REISKE

ANNOTATIONES

AD

DEMOSTHENEM.

IO. IACOBI REISKE

AD

ANNOTATIONES SVAS DEMOSTHENICAS, ET AD SYLVAM VARIANTIVM IN LIBRIS DEMOSTHENICIS LECTIONVM, PRAEFATIO.

Ius et fas vtique fuerat, aeque lector, his modo abſolutis Wolfianis atque Tayloranis a me ſubiecta protinus, meisque ipſius annotationibus praemiſſa fuiſſe haec duo. 1. Tourelli ad plerasque Philippicas et ad orationes, alteram Aeſchinis in Cteſiphontem, ſeu contra coronam Demoſtheni decernendam, et alteram aduerſariam Demoſthenis pro Cteſiphonte et pro corona ſua. cur Tourellus orationem de male geſta legatione annotationibus illuminare inſuper habuerit, haud conſtat. 2. Wolfianam reliquiarum demoſthenicarum interpretationem. Verum grauiſſimae cauſae volenti interceſſerunt, haec primo loco, quod ſatisfaciendum tandem aliquando eſſet eorum, quos diutius ſuſtinere, neque aequum, neque honeſtum, neque excuſabile fuiſſet, nam adhucdum prorſus negatum fuit ſatisfacere, flagitationibus; quorun-

dam etiam ſuſpicionibus erat occurrendum, ſi qui fuere, qui ceſſationem atque dilationem editionis annotationum mearum pro larua iactantiae et impoſturae habuiſſent. Aequi omnes vltro fatebuntur, ſi viam tenere vellem, cui vt adſtringerer in programmate Anno 1768. edito, promiſeram me cauturum, ſecundum Demoſthenem ſtatim reliquos oratores fori attici vno tenore fuiſſe edendos. id quod profecto halitu oris confici non poterat. Cum Demoſthene ſimul annotationes omnium measque dare, textui ſubſtratas, non ſinebat anguſtia chartae; nam ſic ſaepiſſime ſenae ad octonas paginae, omni prorſus vacuae oratione demoſthenica interceſſiſſent reuoluendae; quae res moleſtiſſima fuiſſet, praeſertim Demoſthenem legenti, cuius periodi tam extentae et tam implicatae vno conſpectu perluſtrari, et vno ſpiritu perlegi volunt. Demoſthenes in forma tam minuta, cuncto inſtructus apparatu, ſtatim textui ſubſtrato, ſolus octo ad decem volumina impleſſet. Alius teneri modus in oratoribus minoribus poterat, quorum eſſet alia dicendi ratio, minorque ad eos annotatorum, et ſaepe plane nulla copia. Praeterea, cum Demoſthenes et minores excuderentur, ſperabam futurum, vt ad eum ornandum nouae, unde vnde, copiae aduenirent, mihique otii tanto plus ſuperfuturum mea demoſthenica expoliendi et locupletandi; quod otium mihi praeter ſpem negatum fuit. Citius ergo, quam nunc, huc perueniri non poterat, ad facultatem puta mea demoſthenica in publicum proferendi. Quae quanti ſint facienda, cuiusque eſt exiſtimare, quem iis vti ad lectionem Dem. iuuabit. Quam mihi cruda, impolita, illaborata ipſi videantur, in praefatione ad primum volumen huius apparatus critici iam conqueſtus ſum. quo accedit in cumulum malorum hoc ingens malum, quod, quo tempore annotationes meae mihi e vetuſtis

ſchedis

ſchedis expromendae, excutiendae, inter transſcribendum locupletandae, alias decurtandae atque contrahendae; denique variis modis digerendae atque transformandae et retractandae eſſent, incideret haec opera, virum gnauum et vegetum poſtulans, in tempus tam iniquum, vt per totam aetatem meam iniquius aliud numquam attigerim. Iam complures annos moleſta et inſidioſa (nam pertinax et rebellis erat) tuſſis vires meas labefactarat. Iam ab ineunte hoc vere ad hoc diei ſaeuit, fibras pulmoneas erodit, euellit, exſcreat, radices vitae meae conuellit, et dilaniat. Qua mali diuturnitate et ſaeuitie tam ſum fractus, et exinanitus, et eneruatus, vt vix in cubiculo vel lecto (nam ſic loquebantur veteres, ſed hodierni, hanc latinitatem haud capientes, in oeco vſurpant, literulis exercendis conſecrato) rectus et conſtans inambulare poſſim. Hoc eſt illud iniquiſſimum tempus, quod dico, quo oppreſſus annotationes hoc volumine comprehenſas conſcripſi, et variantes, dudum ante collectas, auxi. Habebunt in aeſtimanda mea opera demoſthenica aequi arbitri horum incommodorum et humanae infirmitatis rationem.

Iam ſeorſim mihi de Tourello adhuc nonnihil eſt admonendum, antequam vlterius procedam. Magna vtique ſunt meritoque celebrata Tourelli de Demoſthene merita. Sed, vt orator diſertus magis, qui erat, quam vt ſubtilis criticus, Demoſthenem tractaſſe mihi viſus eſt, et in colligenda materia annotationum hiſtoricarum maiorem induſtriam, et in extricandis nodis chronologicis atque genealogicis ſolertiam, quam in perſpiciendis ſententiis obſcuris, aut mendis corrigendis ſagacitatem atque felicitatem approbaſſe. Saepenumero a ſententiis oratoris ita late aberrauit, vt conſtet, eum, cum e coniectura vertiſſe, tum graece neſciſſe. Homo Tayloro in ſedulitate oratoris hiſto-

ricos et chronologicos ſcopulos tollendi ſimillimus, a reliquis eius vitiis, putidae et caliginoſae dictionis affectatione, vanitate et arrogantia ſcholaſtica, venatu et venditatu minutiarum liber, humanior atque liberalior, vt Francum decebat. Opera eius in his noſtris terris inuentu rariſſima multi emtorum mei operis, de quo certiſſime mihi conſtat, ſummas mihi gratias habituri eſſent, ſi liceret ipſis per me Tourelliana hoc in volumine legere; quorum emtorum bona pars magis annotationibus hiſtoricis, quam criticis ducitur. Et ſolas Tourelli annotationes cum ſummariis, cuique orationi praemiſſis, ſine francica orationum verſione, ſi edidiſſem, id quod iam parabam facere, videntur illae parum vltra alphabetum impleturae fuiſſe. verum, re diligentius penſitata, viſum eſt ab hoc propoſito deſiſtere; ne meae materiae, cuius tantum ſuppeteret, in tanta ſpatiorum anguſtia, quam Wolfiana atque Taylorana mihi reliquam fecerunt, locum prorſus praecluderem. deinde noram, iam dudum permultos deſiderium mearum annotationum aegerrime ferre, quos diutius ſuſpendere nefas fuiſſet. porro noram, homines copiis librariis affluentes queri, ſi cogantur eadem rurſus emere, quae iam dudum in forulis habent, diuites nempe illi atque beati, de aliorum penuria ſecuri. tum Tourelli quicquam redditurum nusquam receperam. Alias pari iure etiam Lucheſini commentationes fuiſſent recudendae, quae Tourellianis nil cedunt, et neſcio, an quodammodo quoque praeferendae ſint, nihiloque crebriores inuentu his in terris ſunt. Praeuidebam quoque, non poſſe fieri, quominus coeptum hoc meum deteriorem in partem acciperet Athanaſius Augerus, V. C. Profeſſor eloquentiae Regius in Collegio Rothomagenſi, a quo breui poſt Demoſthenem vniuerſum francice redditum et hiſtorice criticeque illuminatum exſpectamus. Cui vt

totum

totum Tourellianarum reliquiarum arbitrium ſaluum et intactum relinquerem, ius et fas poſtulabat. Sed ad rei caput tandem deuenio. Reliquiae hae Tourellianae ne dignae quidem ſunt recudi. Scatent ſcoriis, quas eliquari par fuiſſet. quae res neque otii, neque ſtomachi mei eſt. Vix tertia earum pars ad Demoſthenem proprie quicquam facit. reliqua miſcellanea, triuialia, neſcio quam vera, e Morerio, Baudrando, ſimilibus promtuariis, corraſa, et veluti ſcopis conuerſa. quamquam hoc ad inuidiam bono viro faciendam dictum nolim, aiens, me hoc non explorata re, neque certa ſcientia fidentem, ſed mera probabili ſuſpicione ductum dicere. Inquirant, quorum intereſt hac in re certam veritatem deprehendere.

Wolfianam item interpretationem latinam Demoſthenicarum reliquiarum multis de cauſis perquam expediſſet, atque neceſſarium fuiſſet reddi; optauique ſaepius me mihi ſpatia ampliora primitus ſtatim fixiſſe. Verum ne ipſe quidem praeuidere poteram, materiam inter manus ita quaſi ſuccreturam eſſe; tum ſi emtores ad opus XV. voluminum inuitaſſem, ecquem non abſterruiſſem? Porro ſi recudenda interpretatio Wolfiana fuiſſet, non ſola mera, intemerata, debuiſſet repraeſentari, ſed etiam annotationes criticae ei ſubſterni, quibus lapſus eius benigne indicarentur, et blande caſtigarentur; quemadmodum Sylburgius in Dionyſio Halicarnaſſ. Lapi atque Gelenii interpretationes recenſuit. Quae opera vt eſt perutilis et perneceſſaria, ita a mea perſona abhorret, qua de re pluribus alio loco expoſui. Annotationes ad Dem. meas conſcribenti mihi ſi libuiſſet, aut potius licuiſſet, Wolfianam interpretationem inſpicere, nullum dubium eſt, quin ea mihi largam materiam diſputationum fuiſſet praebitura. verum neque allubeſcebat aegrotanti, neque alias iucundum erat praeceptorem et cenſorem

 agere,

agere, otioque non abundabam; (nam intra paucas hebdomadas illas, quibus Wolfianarum et Tayloranarum annotationum ea pars, quae volumine hoc Apparatus ſecundo exhibetur, ſub prelo ſudaret, annotationes meae ad Philippicas, ad or. pro corona et or. de falſa legatione, cum hac praefatione, mihi fuerunt, animoque corporeque miſere languenti, conſcribendae, ne operae feriarentur. denique cauendum erat, ne materiae alienae luxurians copia locum domeſticis meis copiolis praeriperet.

His de omnibus ergo ſiue addendis, ſiue excludendis videbit atque pro arbitratu ſuo videbit is, qui olim aliquando nouam Demoſthenis et oratorum minorum editionem ſuper huius meae fundamentis condet, vbi deficientia ſupplebit, et disiecta membra colliget atque coaptabit. Meis de annotationibus quod nouum hoc loco, praeter illa iam paſſim locorum alibi dicta, dicam, paene nil habeo. Ab homine conſcriptae ſunt, e valetudine torpente et paene ad omnia nauſeante; ab homine, non ventoſam multifariae lectionis gloriam venante, ſed quem non puderet, vbi lectorum quorundam videretur e re fore, etiam ad minuta et paedagogicalia deſcendere; qui contenderet, locorum obſcurorum ſententias, ſine odio, ſine obtrectatione cuiusquam, ſimpliciter et ſine ambagibus, quibus poſſet verbis planiſſimis enucleare et declarare. Quos mutaui locos, quosue correxi, ſiue mea, ſiue librorum auctoritate fidens, eos diligenter et religioſe indicaui. Auctores vbi nullos prodidi, ſimpliciter *correxi* dicens, ibi correctionum auctores ſunt codices, ſiue manu ſcripti, ſiue dudum typis excuſi; quorum nomina in variantibus lectionibus, lector, inuenies. Correctiones rurſus ab ipſo memet profectas, praeterquam quod in ipſo textu aſteriſcis inſigniui, in annotationibus quoque nominatim

tim quibusque locis caui admonere, quid meum eſſet; et cauſa mutationis vbi minus aperta videretur, eam mutationem paucis verbis purgare atque approbare contendi. Vineta mea memet caedere haud puduit. In Wolfii et Taylori metalla ne inciderem, ſedulo caui, quamquam non vbique locorum effugi imprudens cum his, aut cum Marklando, colliſionem inuitam. Locos Scholiaſtarum ad Hermogenem crebrius recitaui, non quo bonarum doctrinarum atque nouarum et inauditarum ſummique faciendarum pleni eſſent, ſed quo collectio haec Aldina inuentu rariſſima eſt, cuius vſuram Erneſtius, ſenior, V. C. Theologus et literator nobilis, praedicatione mea maior, mihi conceſſit, ſi quis forte literatus ad horum Scholiaſtarum et ad veterum technicorum, ſeu rhetoricorum, qui ſecundum Aldum typis nunquam renouati ſunt, incitaretur ſtudio recoquendi. Haec ferme forma eſt mearum ad Dem. annotationum, quorum pars nunc in hoc ſecundo Apparatus volumine prodit, reliqua in tertio prodibunt, ſi per fata licebit, inſeruitura lectorum vſibus, et obnoxia futura cenſorum aequitati aut maleuolentiae; intelligentiae aut imperitiae et temeritati. Iam ſupereſt, vt de variantibus lectionibus dicam, quae meis ad demoſthenicam quamque orationem annotationibus ſubiectae ſunt.

Negotium ſpiſſum et perquam moleſtum, ob indiligentiam veterum, vnde ſuas lectiones hauſiſſent, dilucide et certis atque indubiis notis et nominibus deſignandi. Dubitabam itaque initio, num meliores tantum lectiones e farragine mearum ſchedarum deligerem, an totum effunderem. Fuiſſent, qui illud laudaſſent, ſed erant contra multo plures, qui hoc maledabant. Et praeſtat vtique ſemper in eiusmodi re, atque tutius eſt, liberalitate donandi, quamuis inſint, quibus vti nequeas, quam parcitate peccare; quorum il-

lud fidem tuam teſtatur, vtut lectori operam deligendi relinquat; hoc de diligentia iudicioque tuo dubium relinquit, et arrogantiam tuam prodit, quaſi lectoribus tuis haud ſatis multum ſagacitatis ineſſe credidiſſes, qui delectum ipſis praeripuiſſes. Et profecto ante omnes primo mihi delectus hic durus et anceps fuit, vt ſaepe, promerem an premerem aliquam lectionem, ambigerem. Tentabam opus, ſed progreſſus vſque ad p. 24. rurſus abiiciebam moleſtum et infructuoſum conatum. et praebeo hic quaecunque olim in ſchedas congeſſeram vndecunque lectionum demoſthenicarum. At hoc nolim tamen, hanc crudam molem, ſic vt nunc eſt, vel auctam etiam, per omnes, quae poſtmodum exſiſtent, editiones Dem. maiores, prouolutari. Vnam ab aliquo viro docto noſtrate, aut in Belgio, vel Anglia, condi editionem, in qua mea haec tota, ſed reformata, cum cuncta hac ſylua variantium, eaque etiam, cum e libris bonis, tum ex editionibus aliorum veterum auctorum, aucta verbatim reddatur, id tantum abeſt vt nolim, vt potius in votis habeam. Verum ea ne mera recuſio, ſeu recantatio intra paucos annos eſto, antequam mea exemplaria diſtracta ſint, quare magna calamitas rei meae familiari, et magna mihi iniuria inferretur, ſed reformatio et digeſtio multis annis agitata, induſtria et felicitate colligendi, acrimonia et veritate iudicii perfecta, ſic tamen vt a me ſcriptorum ne ſyllabam quidem mutet, ſolummodo errores in annotatiunculis cuique loco addendis demonſtret atque corrigat, deficientia addat, et partes operis nunc diſtractas copulet in melioremque ordinem redigat. Poſt editam eiusmodi plenam omnibus numeris abſolutamque editionem, acquieſcent poſtmodum Demoſthenis lectores ſeuero et acerbo lectiſſimarum lectionum delectu, a viro docto in minore quadam editione faciendo.

In nac-

In naeuis collectionis meae variantium hunc videntur multi eſſe numeraturi, quod auctores vulgatae nusquam ediderim, ſed ſolummodo auctores lectionum a vulgata diſcedentium. Vulgatam appello vbique Morellianam, ex Aldina expreſſam, niſi vbi Morello viſum fuit ab ea diſcedere. Fuerat id quidem profecto non inutile, ſed infinitum in modum laborem meum et molem operis duplo exaggeraſſet. Ipſe in naeuis hunc pono, quod lectionem Wolfianam non indicauerim, cum editionum ſuperiorum nulla conſentientem, ſed aut Felicianeae veſtigia prementem, (quod vellem vbique factum eſſe) aut, id quod dolet multo ſaepius factum, coniecturas paene omnes Wolfianas pro verbis Demoſthenicis ſubiicientem. Taylorus hanc lectionem Wolfianam, maculoſam et infidam, recudit, neque tamen in annotationibus eam ſiue examinans, ſiue explanans, repetit, vt cum mea editio exemplum aliud repraeſentet, lector, Wolfiana aut Taylorana carens, ignoret, quid lectionis Taylor ſeu defendat, ſeu impugnet. Cui malo citius occurriſſem, ſi praevidiſſem. ſed nunc demum poſt excuſas Taylori annotationes deprehendo, Taylorum obſeruans ſatis habere loci cuiusque a ſe in annot. agitati primam quamque vocem ponere, cum addito κ. τ. λ. quae res lectori operam tomum quemque Dem. reuoluendi imponit. Moleſta vniuerſe res eſt, in Taylorana annotationes non textui, ſed orationis cuiusque calci ſubiectas eſſe, vnde incommodum exſiſtit, vt neceſſe tibi ſit, ad locum quemque librum reuoluendi horſum prorſum. Taylorus nempe typographo primum dabat excudendam orationem quamque ſeorſim. tum abſoluta cuiusque impreſſione, ceſſandum erat operis ad annos. mittebat orationis cuiusque folia a prelo vda ad Marklandum ruſticantem. hic remittebat, vbi margines ſuis annotatiunculis conſcripſiſſet, quaerus, et

defectum librorum, et hominem in Demoſthene hoſpitem produnt, ad gerendam vocatum prouinciam, quam prorſus ignoraret. tum Taylor interim ipſe ſuas annotationes elaborabat. quo facto excudebantur. et tum noua rurſus oratio, in qua eadem voluebatur rota. vnde mirum non eſt, illam editionem ad tot annorum diuturnitatem extractam eſſe. Nobis, qui Carteretis Granuilliis caremus, ſumtuum in typos et chartas largis adminiſtris, non licet tam lentis et otiantibus libros noſtros edere, ſed e paupere peculio noſtro ſumtus ipſi erogantes neceſſe habemus accelerare et vrgere cuiusque voluminis excuſionem, et chartas confeſtim aere mutare. Sed in viam redeo. In tam immani ſylua lectionum facile factu fuit, neque debet mirum cuiquam videri, vt a me ſubinde erraretur in edendis ſeu nominibus codicum, quos cito, praeſertim iis, quos ipſe non vidi, vt e. c. Harleyanum, pro Harriſoniano, quam culpam vt alienam non praeſto, cum Taylor ipſe in ſchedis non ſatis diligenter iſta diſtinxiſſet, aut in numeris codicum, vt quintum pro ſexto e. c. appellem. quae culpa profecto noxa caret. quotus enim eſt quisque, cui liceat iſtos codices adire atque euoluere? Non vbique a me annotatum eſſe, vbi ἅπας, pro πᾶς, aut ſimile quid, aut vocabula tranſpoſita reperiſſem, ſpero laudem potius inuenturum, quam in vitium incurſurum eſſe. Eccui enim prodeſſet tam infinita, tam ineluctabilis, tam putida et moleſta, et prorſus omni vſu caſſa diligentia? Eccui enim ſunt hodie aures tam teretes, tam ſubtiles, tam vſu multo ſubactae et acutae, vt ſtatim delectum verborum, conſtructumue hunc minus, illum melius cum atticiſmo conuenire dignoſcat? Et ſi dignoſcat quoque, quid id multum ad felicitatem noſtram faciet? eumne ego dignum tanta mea opera iudicem, quem

vniuer-

vniuerſum flocci non facio, commentitium quendam ſuauem et argenteum tinnitum atticum?

Vitio hoc quoque mihi haud pauci vertent, quod lectiones auctoritatesque a Tayloro iam relatas rurſus retulerim. tum quod coniecturas Wolfii, Marklandi, Taylori. Sic eadem bis ter recocta reponi. Verum lectionum Taylori magna pars e Pariſina ſeu Morellina editione depromta erat, quam totam hic reddere a principio ſtatim decreueram. quod ſi ergo Tayloro dedecus eſt lectiones, quae facile a quouis illinc peti potuiſſent, haud defugiam reprehenſionem operae incaſſum in eo nauatae, quod Tayloranas lectiones cum meis coniunxerim, quo ſub vno conſpectu, velut in breui tabula, coram oculis haberet lector, quicquid opis ad intelligendum Demoſthenis quemque locum, ſeu librorum fides, ſeu doctorum virorum ingenia praeſtarent. Chartulae iactura quos acrius vret, quam alios ſtudium meum commoditatis ſuae delectabit, aequo animo feram hos de me querentes. Permultis in locis meos a Morellina diſceſſus in annotationibus, item in variantibus, iudicare ſeu inſuper habui, ſeu oblitus fui. ſed profecto tam minuta iſta erant, vt iſta annotare tantundem fuiſſet, atque ſtultitiam ſuam ore ſuo praedicare, teſtarique, quam parum ſcias otio ſapienter vti, quo vereor ne nimis multis videar vel ſic ad ineptias abuſus eſſe. Aliis, ſi ſecus feciſſem, procul dubio viſus fuiſſem diligentiae meae acerbitatem putide iactatum iſſe.

Diſputationi huic meae nil ſupereſt quod addam, praeter admonitiones quasdam nouas de Codd. mſtis, quibus vſi ſumus, Taylorus et ego, quamquam de iis iam dudum expoſuimus. Nam ſecundum editam praefationem meam ad Demoſthenem, miſit ad me Aſkewius V. C. qui nuper in viuis agere deſiit, ingentem faſcem exemplarium Demoſthenis, Aldinae, Baſileenſis primae,

primae, Baſileenſis ſecundae, ſeu Wolfianarum omnium primae, Morellinae ſingula, Francfurtanae tria, Tayloranae aliquot, chartis mundis interſtincta, quibus aut prorſus nihil eſſet inſcriptum, aut dudum edita. ad Philippicas, et cauſas priuatas adiumentorum parum. de quo iam queſtus ſum dudum publice, ſuperſtite et conſcio Aſkewio, et ad hunc ipſum in literis priuatis, quem decebat mendacii me coarguere, ſimulac fraudis conſcius mihi fuiſſet. Vt tamen nuper rem diligentius explorare coepi, deprehendi, me ſubitaria inſpectione et opinatione veroſimili deceptum, a veritate diſceſſiſſe. Quod nunc reprehendam, religioſe hic indicaturus, quid in illorum ad me miſſorum, quos modo dixi, codicum vnoquoque reperi, et in collectione variantium exhibebo lectiones ipſas, quas hi libri Taylorani adminiſtrabant. In his igitur erat primo loco Aldina, quam in V. L. libellis appello *Aldinam Taylori*, cuius margines, vetuſta, non ſcita, ſed lectu plana et expedita manus variis lectionibus, haud conſtabit aliquando vnde petitis, conſcripſit. Nam nuſquam veſtigium vllum apparet, vnde conſtet, quo e fonte lectionis iſtae manarint, vt initio dubitarem, eſſentne e codice quodam mſto depromtae, an a viro quodam docto e marginibus Pariſinae, ex Auguſtani lectionibus a Fabricio collectis, a Wolfio proditis, ex indicibus variantium, qui editionibus Aldi et Feliciani et Pauli Manutii ſubiecti ſunt, et vnde farrago Wolfiana conflata eſt, compilatae, vt adeo ridiculum eſſet eiusmodi teſtem citare. Verum breui videbam, ibi referri lectiones a nemine vsquam locorum ad hoc diei prolatas; quarum cum alias a codicibus meis confirmari cernerem, tum aliarum mentionem nullam fieri. Quo mihi certo conſtabat, illas quoque e mſto quodam eſſe depromtas. Iam ſupererat codicem illum explorare. Et ſtatim videbam, eundem eſſe, quem

quem Taylor ad or. pro corona et de falſa legatione Venetum appellat, niſi quod teſtimonio Taylori ſcripta in marginibus Aldinae Tayloranae aut non addicunt, aut contradicunt. nam de περὶ, quod in Veneto eſſe Taylor ad p. 256. 8. ait, Aldina Taylori tacet. Lectiones alias eadem dat, a Tayloro, dubium, an a volente, praeteritas. Pluribus in locis ibi legitur λείπει ἐν παλαιῷ. Sed quod fortiſſimum argumentum eſt, eadem manus, quae reliqua omnia vno tenore ſcripſit, in media ſerie verſus ad clauſulam argumenti orationis de Falſa Legat. haec ſcripſit: ταῦτά εἰσι ἐν παλαιῷ τοῦ ἁγίου Μάρκου. Iam plus quam credibile eſt, vnde haec eſſent petita, reliqua quoque inde petita eſſe. Quia tamen ſemel coeperam in Philippicis Aldinam Taylori (pro Veneto) laudare, perrexi porro, per opus quoddam ſupererogationis, etiam vbi Taylor iam Venetum nominaſſet, Aldinam Taylori addere, tametſi non noua haec eſt auctoritas, ſed mera Veneti. Aldina haec, Taylorana quondam, quae nunc penes me eſt, exemplum eſt, aut ipſius Petri Pithoei, aut ex eo ductum, locupletiſſimum et fidiſſimum illorum omnium excerptorum, quae vnquam prodierunt, ſiue ex editione Francfurtana, ſiue ex Aldina Leſſingiana per me voluminis ſecundi a p. 191. Appendicis Scholiorum prodita. niſi quod ſcholiorum nihil in Aldina Taylori, aut perparum inueni. In oratione de foedere cum Alexandro adſcripſit eadem manus ad pleraſque lectiones, ſed non ad omnes, *Bar.* hoc eſt Baroccianus. id quod dubium relinquit, num lectiones auctoritate carentes e Veneto depromtae ſint, reliquae e Barocciano ſolo, an contra, omnes primitus e Veneto hauſtae, quae autem ipſi cum Barocciano communes eſſent, ad eas *Bar.* adſcriptum ſit. Illa copia Pithoeana, e codice Veneto deriuata, reperitur etiam in duobus aliis libris, qui procul dubio Taylori quo-

que

que ſtudiis olim inſeruierunt, tum, ad Askewium cum tranſiſſent, ab hoc ad me miſſi ſunt, qui ſeruo. Baſileenſis ſecundae (ſic appello illam vaegrandem in folio, quae anno 1572. cum latina Wolfii interpretatione multisque aliis acceſſionibus, et Wolfianarum omnium poſtmodum partu typographico editarum mater eſt) huius itaque ſumma in pagina illa, cui incuſum eſt Libanii argumentum orationis primae Olynthiacae ſuperſcripſit aliquis haec. [MS. in margine cod. Venetiani orat. Demoſthen. edit. 1504. qui in Bodleyana bibliotheca iam ſeruatur, lectiones, quae ſequuntur, variantes manu egregia, forte Petri Pithoei Lugam [ſic] cuius nomen in frontiſpicio apparet, ſcriptae reperiuntur. Ita apographum D. Hudſoni, a quo ego] Sed quis nobis dicet, qui ille *ego* ſit. Rurſus reperi easdem lectiones in marginibus editionis Francfurtanae, ſeu Wechelanae, cuius in ſumma p. 1. illa puta, vbi prima Olynthiaca incipit, haec, paene eadem cum ſuperioribus, adſcripta leguntur ab alia manu. [In margine codicis orat. Dem. Venetianae editionis MDIV. qui in Bodleyana bibliotheca iam reſeruatur, lectiones, quae ſequuntur, variantes manu egregia, forte Petri Pithoei, cuius nomen in frontiſpicio apparet, ſcriptae reperiuntur.]

In exemplo alio ſeu ſecundo editionis Francfurtanae reperi 1) Prolegomena ad Demoſthenem, alia illis, quae in volumine oratorum octauo publicaui; haec vt a ſeniore iam Tayloro, perfectiora, iſta breuiora et ieiuniora erant, vt a iuniore profecta. His in prolegomenis reperi inter alia indicem codicum Demoſthenis Anglicanorum, diuerſum ab illo, quem in Prolegomenis poſterioribus l. c. p. 703. publicaui, nec minus ab illo, quem ipſe Taylor ſuperſtes adhuc, ſub exitum ſuae ad vniuerſum Demoſthenem praefationis publicauit. Iuuat eum, vt breuem, hic ponere.

In Bi-

In Bibliotheca Bodleiana. Codd. Barocciani. Num. 45. Demoſthenis Olynthia 1. et 2. cum notis Vlpiani. Num. 73. Demoſthenis oratio contra Midiam 1. contra Ariſtocratem 48. contra Timocratem 92. contra Ariſtogeitonem 1. 141. 2. 162. contra Neaeram 168. amatoria 198. funebris 210. de foedere cum Alexandro 218. contra Zenothemin 224. contra Phormionem 231. aduerſus Lacriti exceptionem 247. Epiſtola 1. 256. exceptio contra Nauſimachum et Xenophitem 258. 6. Num. 96. Ecloga vocum quarundam Rhetoricarum e Philippicis Demoſthenis. Num. 139. Demoſthenis funebris oratio, fine caret. Num. 159. expoſitio vocum Rhetoricarum in Philippicis Demoſthenis. Τὸ μέλλον 303. Codd. MSS. Laud. Num. 26. Demoſthenis orationes aliquot Graece.

Aduerſaria Langbainii. 8. p. 205. Demoſthenis orationum et epiſtolarum Cat.

Codd. Ashmole. 780. 2. Liues of Cato Vticenſis — Demoſthenis.

In Colleg. Lincolnienſi. N. 15. Oratio Demoſthenis ad Alexandrum eum ad clementiam inuitantis.

Codd. Mſſ. Iſ. Voſſii. 47. Demoſthenis orationes iudiciales. 90. Comparatio Demoſthenis et Aeſchinis. 115. Demoſthenis orat. Olynthiacae, de Pace et contra Philippum. 175. Demoſthenis Oratio ἐρωτικός.

Codd. Mſſ. Edu. Bernardi. 57. Demoſthenes.

Codd. Mſſ. Epiſc. Noruic. 102. Nicol. Carri verſio quarundam Orationum Demoſthenis e Graeco. 4.

Porro reperi in illa, quam dixi, Francfurtana collationem Philippicarum quarundam cum codicibus Lockerano et Harleyano, et argumentorum ad has orationes e codice Gonuillano; quae omnia diligenter in variantibus meis retuli. 3) denique ibi reperi ſcholia Moſchopuli

puli ad tres Olynthiacas e codice Barocciano n. 159. a p. 305. inde exſcripta a Tayloro, quae quia is digna exſcriptu habuit, quo ſunt indigniſſima, et qua farragine potuiſſem lectores, ſi voluiſſem, e Bauarico ob ruere, vbi Moſchopulea ad or. pro corona adſcripta erant, ne quis eſſet, qui bonorum praeſentium quicquam a me ſciente, volente praeteritum eſſe diceret, ſpeciminis ergo, quamquam de Moſchopulea ratione iam ex aliis editis eius documentis conſtat, cum paucarum chartarum iactura hic referam.

Scholia Moſchopuli ad tres Olynthiacas.

9. 3. τὸ μέλλον.] τὸ γενησόμενον. Ibid. συνοίσειν.] χρησιμεύσειν. Ibid. σκοπεῖτε.] σκέπτεσθε. 6. ἥκει τις.] παραγίνεταί τις. 7. τύχης.] εὐτυχίας. 8. πάραχρῆμα.] εὐθέως. ἐξ αὐτοσχεδίε. Ibid. ἐνίοις.] τισὶν. 9. ῥαδίαν.] εὐχερῆ. 10. αἵρεσιν.] ἐκλογὴν. 8. δεόντων.] συμφερόντων. 11. μονονουχὶ λέγει.] σχεδὸν εἶπεν. Ibid. φωνὴν ἀφιεὶς.] λαλῶν καὶ διαλεγόμενος. 12. ἀντιληπτέον.] ἀνθεκτέον. 13. φροντίζετε.] ἀγωνιᾶτε. 15. ψηφίσασθαι.] ψήφισμα γράψαι. pen. ἐνθένδε.] ἀπὸ τῆς πόλεως.

10. 3. εἴκων.] ὑποχωρῶν. 4. τύχη.] δόξη, συμβῆ. Ibid. εἰκότως.] εὐλόγως. Ibid. ἀξιόπιςος.] πιθανὸς. 6. τῶν ὅλων.] ἀντὶ τε μεγάλων. 7. ἐπιεικῶς.] μετρίως. 10. ῥητῶν.] φανερῶν. Ibid. ἀποῤῥήτων.] ἀφανῶν. 11. ταμίαν.] φύλακα τῶν χρημάτων. 14. προέχει.] βέλτιόν ἐςι. 15. ἄσμενος.] χαίρων. 17. ἀναςάσεως.] πορθήσεως. 18. ἀνδραπ.] αἰχμαλωσίας. 21. πολιτείας.] δημοκρατίας. Ibid. ὅμορον.] γείτονα. Ibid. ἄλλως τε.] μάλιςα. 27. λόγος.] ἀπολογία. Ibid. σκῆψις.] πρόφασις. vlt. ἐθρύλλεν.] ἐφήμιζον.

11. 3. ἀνείλοντο.] ἀπεδέξαντο. Ibid. σφαλερὸς.] ἀβέβαιος. 4. τε.] τινος. 5. βεβαίαν.] ἀμετάβλητον. 12. κελεύοντες.] ἀξιεντες. 17. ἡνίκα.] ὅτε.

ὅτε. 19. διατρίβω.] ἐγχρονίζω. 21. ῥᾴονι.] εὐχερεστέρῳ. 23. προϊέμενοι.] προϊόντες. vlt. λογιστής.] ἐξεταστής.

12. 1. ὑπηργμένων.] συμβάντων. 6. ἀντίῤῥοπον.] ἴσον, ὅμοιον. 16. προϋπαρχόντων.] προγεγενημένων. 17. κρίνεται.] δοκιμάζεται. 19. ἀποτριψώμεθα.] ἐξαλείψωμεν.

13. 6. στρατείας.] ἐξόδους. 9. ἀλυσιτελὲς.] ἀσύμφορον. Ibid. φιλοπραγμοσύνην.] σπουδήν. 11. ἀγαπήσας.] ἀρκεσθεὶς. 16. εὐήθης.] ἁπλοῦς. 21. ἀρχαίων.] κεφαλαίων, ἐνεχυρῶν.

14. 4. ὑποστείλασθαι.] φοβηθῆναι. 9. τριήρεσι.] πολεμικοῖς ὄγκοις. Ibid. θατέρους.] ἑτέρους. 10. ὀκνῶ.] φοβοῦμαι. 12. παραστήσεται.] καταδουλώσεται. 14. προσκαθεδεῖται.] προσεδρεύσει. 15. περιέσται.] περιγενήσεται. 22. προσδεῖ.] χρεία ἐστί. 27. σύνταξιν.] ὅρον.

15. 1. εἰσφέρειν.] συντελεῖν. 9. εὐπρεπῶς.] καλῶς. 13. κᾆτα.] πάνυ καὶ εἶτα. Ibid. διέψευσται.] διήμαρτεν. 17. κομιδῇ.] λίαν. 21. καρποῦσθαι.] προσοδεύεσθαι. 23. εἰς στενὸν.] εἰς στένωσιν. 26. αὐτονόμους.] ἰδίοις νόμοις ζῶντας. 27. ἀήθεις.] ἀσυνήθεις. pen. κατακούειν.] ὑπακούειν.

16. 1. εὖ πράττειν.] εὐτυχεῖν. Ibid. παρὰ τὴν ἀξίαν.] παρὰ τὸ προσῆκον. 4. ἀκαιρίαν.] δυστυχίαν. 5. συνάρασθαι.] συναγωνίσασθαι. 14. αἵρεσις.] ἐκλογή. 16. ἀντέχῃ.] ἰσχύῃ. 21. συνεισβαλοῦσι.] συναγωνιοῦνται. 23. ἀλλ' ὦ τὰν.] ἀλλ' ὦ φίλε, ὦ ἑταῖρε. Ibid. ἀτοπώτατον.] θαυμαστότατον. 24. ἄνοιαν ὀφλισκάνων.] ἀνοηταίνων. 25. ἐκλαλεῖ.] κηρύττει. 26. ἡλίκα.] ὁποῖα.

17. 12. ἐμπειρίαν.] γνῶσιν. 13. ἀκεραίου.] ἀσφαλοῦς. 14. εὔθυναι.] ἀπολογίαι, κρίσεις. 15. ὁποῖ' ἄττ'.] ὁποῖα ἅτινα.

Ad ſecundam Olynthiacam.

18. 3. ἐχ ἥκιςα.] μάλιςα. 8. διαλλαγὰς.] φιλίας. 9. ἀνάςασιν.] πόρθησιν. 21. φιλοτιμίαν.] μεγαλοψυχίαν.

19. 2. παρ' αὐτȣ.] ἀφ' ἑαυτȣ. 9. πειράσομαι.] σπȣδάσω. 11. κενὴν.] ματαίαν. 16. ὑπερεκπεπληγμένȣς.] πλεῖον φοβȣμένȣς. Ibid. ὡς ἄμαχον.] ὡς ἀκαταγώνιςον. 18. παρακρȣόμενος.] ἐξαπατῶν. 27. τὸ θρυλλȣμένον.] τὸ φημιζόμενον. pen. προσαγόμενον.] προσφερόμενον.

20. 5. πεφενάκικεν.] ἐξηπάτησε. 11. καθαιρεθῆναι.] καταλυθῆναι. 12. ἐξελήλεγκται.] διελέγχθη. Ibid. ἀκαίρȣ (ſic).] ἀκαιρίας. 16. παρὰ τὴν ἀξίαν.] παρὰ τὸ ἀξίωμα. 18. ἄσμενοι.] πρόθυμοι. 19. ἡγȣμαι.] νομίζω. 22. συςῇ.] γένηται. 27. ἀνεχαίτισε.] εἰς τȣπίσω ἤγαγε.

21. 3. φωρᾶται.] ἐλέγχεται. 4. καταῤῥεῖ.] συμπίπτει. 25. εἰσφέροντας.] συντελȣντας. Ibid. ἐξιόντας.] ςρατευομένȣς.

22. 13. ςρατείας.] ἐξόδȣς. Ibid. ἐπισφαλεςέραν.] ἀσθενεςέραν. 17. ἐζήλωκε.] ἐσπȣδακε. 21. ᾑρημένος.] προκρίνας. 22. κοπτόμενοι.] συντριβόμενοι. 23. ἄνω καὶ κάτω.] πανταχȣ. 24. ταλαιπωρȣσιν.] ὀλιγωρȣσι. 25. ἔργοις.] γεωργοῖς. 27. διαθέσθαι.] πωλῆσαι. pen. ἐμπορίων.] λιμένων.

23. 1. ȣ χαλεπῶς.] εὐχερῶς. 2. πεζαίτεροι.] δορυφόροι. Ibid. δόξαν.] ὑπόνοιαν. 3. συγκεκροτημένοι.] ἠσκημένοι. 5. ȣδαμῶς οἷȣ τε ψεύδεσθαι.] ἀξιοπίςȣ. 11. ἀνυπέρβλητον.] μεγάλην. 12. ἀκρασίαν.] ἀκολασίαν. 27. δειναί.] ἱκαναί.

24. 3. τέως μὲν.] ἕως μὲν. 12. ταύτῃ.] κατὰ τȣτο. 13. ῥοπὴ.] πρόσκλησις. leg. πρόσκλισις, βοήθεια. 25. μελλόντων.] ἀναβαλλομένων. vlt. περιῆμεν.] περιγινόμεθα.

25. 2.

25. 2. ὑπὲρ τῶν ἑλληνικῶν τε δικαίων.] ὑπὲρ τῆς ἑλλήνων ἐλευθερίας. 3. ἀντήρατε.] ἀντέϛητε. Ibid. πλεονεκτῆσαι.] πλεονεκτίαν λαβεῖν. 18. ἀγνωμόνως.] ἀλογίϛως. 24. πέφυκε.] ὑπάρχει.

26. 3. ἐλλείματα.] ὑϛερήματα. 8. τῶν ὄντων.] τῶν ἀληθῶν. 12. ἐφεϛηκότων.] ϛρατηγῶν. 14. Λάμψακος, Σίγειον.] πόλεις Φρυγίας. 19. περίεϛι.] ὑπόλοιπόν ἐϛι. 20. διεϛάναι.] διακεχωρῆσθαι, φιλονεικεῖν. 22. εἰσφέρετε.] συντελεῖτε. 23. συμμορίας.] κλήρους. ἦν δὲ ἑκάϛη μία συμμορία ἀνὰ ξ συνεϛηκυῖα. 25. διανεμεῖσθαι.] διαμερεῖσθαι. 27. ἐπανέντας.] ἐάσαντας.

27. 4. συμπονεῖν.] συγκάμνειν. 5. ἐν καιρῷ.] εὐκαίρως. 7. κεφάλαιον.] σύντομον. 9. παριοῦσι.] ῥήτορσι.

Ad tertiam Olynthiacam.

28. 5. προήκοντα.] προεληλυθότα.

29. 3. ἐξέϛαι.] ἐξουσία ἔϛαι. 4. ὑποθέσθαι.] διατυπώσασθαι. 9. ἀπορῶ.] ἀμηχανῶ. 13. συνιέναι.] νοεῖν. 17. ἐνίους.] τινὰς. 18. μοχθηρίας.] δυσχερείας. 27. εἰσφέρειν.] συντελεῖν.

30. 1. κενὰς.] ματαίας. 2. ἀσθενῶν.] νοσῶν. Ibid. ἐξῆν.] δυνατὸν ἦν. 4. ἀφήκατε.] διελύσατε. 12. παντὶ σθένει.] πάσῃ δυνάμει. 13. ἐϛρατηγηκότες.] συναγωνισάμενοι, συμπράξαντες. 17. ἐμπόδισμα.] κώλυμα. 18. ἐφορμεῖν.] ἀνθίϛασθαι. 19. ἐκπολεμῶσαι.] ἐχθροὺς ποιῆσαι. Ibid. δεῖν.] δίκαιον νομίζειν. 24. καθυφείμεθα.] προδοίημεν. 27. ἀπειρηκότων.] ἀπειπόντων. pen. ἐμποδὼν.] ἐμμέσῳ. vlt. καταϛρεψαμένῳ.] καταδουλωσαμένῳ. Ibid. ἐπικλῖναι.] ῥῆψαι, χωρῆσαι.

31. 9. παράδοξον.] θαυμαϛὸν. 16. ἀθώους.] ἀζημίους. 17. ἀθυμοτέρους.] ῥαθυμοτέρους.

32. 2. ἀπέχθειαν.] ἔχθραν. 7. προὖπτον.] φανερὸν. 11. αὐτάρκη.] ἱκανά, δυνατά. 22. ὀξύτατοι.]

τοι.] δυνατώτατοι. vlt. ὑπισχνϐμεθα.] ἐπηγγειλάμεθα.

33. 4. συγκατασκευάσαντες.]συμπράξαντες. 18. ἀθροίσαντα.] συναγαγόντα.

34. 3. ἐνδέχεται.] δύναται. 5. ϐ τοι σωφρόνων.] ϐδαμῶς φρονίμων. 9. ἐᾷν.] συγχωρεῖν. 11. ἀπέχθωμαι.] ἐχθρὸς γένωμαι. Ibid. τηνάλλως.] μάτην. 18. παριόντες.] ῥήτορες. 23. προπέποται.] προδέδοται. vlt. βραχὺς.] σύντομος. Ibid. γνώριμος.] φανερὸς.

35. 1. παραδείγμασι.] ὁμοιώμασι. 17. ἀναθημάτων.] ἀγαλμάτων. 18. σώφρονες.] ἐπιεικεῖς, μέτριοι. 19. ἐν τῷ τῆς πολ.] ἐν τῇ ἰσότητι. 22. σεμνοτέραν.] πολυτελεςέραν. Ibid. εἰς περιϐσίαν.] εἰς πλϐτον.

36. 3. ἐρημίας.] ἡσυχίας. 5. ἀποχρέω.] ἱκανοῦ. Ibid. περὶ τῶν πρωτείων.] περὶ τῆς ἡγεμονίας. 6. ἀντιτάξασθαι.] πολεμῆσαι. 7. βραβεύειν.] διοικεῖν. 9. εἰς ϐδὲν δέον.] εἰς ϐδὲν χρήσιμον. 12. ἠσκήκαμεν.] ηὐξήσαμεν. pen. ἀγαπητὸν.] εὐκτὸν.

37. 3. ἐκνενευρισμένοι.] ἀσθενεῖς, δύναμιν ϐκ ἔχοντες. Ibid. πεπηρημένοι. (ſic)] ἀφῃρημένοι. 7. ἀνανδρότατοι.] ἀσθενέςατοι. 8. καθείρξαντες.] συγκλείσαντες. 9. τιθασσεύϐσι.] ἡμερϐσι. Ibid. χειροήθεις.] πράους. 12. ἐπιτηδεύματα.] πράγματα. 24. λημμάτων.] κερδῶν, προσόδων. 27. νέμεσθαι.] διαμερίζεσθαι. pen. διαρκῆ.] ἱκανὴν.

38. 1. μισθοφόρον.] μισθὸν εἰσφέρειν. 25. τῆς τάξεως.] τοῦ ὅρου. pen. ἕλοισθε.] προκρίναντες λάβοιτε. vlt. συνοίσειν.] συμφέρειν.

Ad ſecundam Philippicam.

nam ad primam nihil Scholiorum adſcriptum erat.

66. 9. ἀφέςαμεν.] ἀναχωρϐμεν. 23. πορρωτέρω] μακρότερον. Ibid. λήσει.] λανθάνει. 24. ἀνταραι.] ἀντιςῆναι.

68. 6.

68. 6. ἀνταλλάξασθαι.] ἀντιδοῦναι. 9. ἑτέρως] ἐναντίως. 16. προελομένους.] προκρίναντας. 18. γλιχόνται.] ἐπιθυμοῦσι.

69. 17. ὑπόπτως.] ἐχθρωδῶς. 24. ἀναιρεῖ.] ἀπολύει.

70. 3. συντάττων.] συντρέχων. 5. ἀνταγωνιστάς.] ἐναντίους. 19. σκαιότητα.] δυστροπίαν. 21. ἐναργῆ.] φανερά.

71. 2. ἀνῄρητο.] ἀνέλαβεν. 14. παραιρήσεσθαι.] λήψεσθαι. 22. χειροποίητα.] διὰ χειρῶν γενόμενα.

72. 12. συνιέντες.] νοοῦντες. 14. περιτειχίζεσθε.] περικυκλοῦσθε. 16. ῥαστώνη.] ῥαθυμία.

73. 4. δύσκολος.] χαλεπός. Ibid. δύστροπος.] κακότροπος. 8. τέλεσι.] δαπανήμασι. 21. τηνάλλως.] μάτην. Ibid. ἀδολεσχῶ.] φλυαρῶ.

74. 1. δεδωροδοκηκόσι.] δῶρα εἰληφόσι. vlt. ὑποσχεῖν.] δοῦναι.

In tertio exemplorum editionis Francfurtanae ab Askewio ad me miſſorum reperi iſtaec. in primo volumine varias lectiones ex Harleyano et Lockerano codd. de quibus modo dixi. in ſecundo et tertio tota farrago lectionum, quam Taylor in ſua editione orationum et in cauſa Aeſchinea, et in aliis cauſis publicis verſantium expromſit. tum volumen quartum, cauſas priuatas tenens, quod meam ſpem imprimis arrexerat, eam turpiſſime fefellit, plenum chartis, ſed inanibus, in quibus ne litera quidem eſſet exarata, niſi quod ad orat. c. Macartatum lectiones quaedam ex Auguſtano eſſent annotatae, haud conſtat cur, aut quo. Supereſt in ſubſidiis Tayloranis Londino ad me miſſis editio Pariſina, in qua haec reperi. In parte prima, quae penes me, penesque omnes ad orat. pro corona procedit, paene nihil egerat Taylorus, quam vt lectiones aut coniecturas, ſiue Morelli, ſiue Lambini, Pariſinae in

calce ſubiectas adſcriberet, ſi quid in ſcholiaſta notabile, ſeu citatum auctorem reperiſſet, nomen eius in mardine indicaret, ſiue vocabulum inſignius enarratum, item. raro coniecturas ſuas adſperſit, quas hic ſeorſim referam, quia ſic melius ſpectari, h. e. iudicari poſſunt, quam in turba alienarum annotationum veluti ſepultae. Sunt igitur Io. Taylori ad Olynthiacas et Philippicas et Suaſorias, (quae omnes alias vno breui nomine Philippicarum comprehendi ſolent) annotationes hae.

9. 13. ἅπερ ὑπὲρ.] orat. pro corona εὔηθες ὠήθης.

10. 4. εἰκότως.] ἐκείνως. 7. q. gloſſa.

11. 8. γρ. περιπεπτωκότα — σχολ. (id eſt ſic Scholiaſtes.) 9. ταὐτὸ.] F. τȣ̃το. 27. τὶς ȣ̃τος;] l. τὶς; ȣ̃τος. id quod p. 30. 9. quoque repetit.

12. 13. ad ſententiam οἱ μὴ χρησάμενοι — Antonius et Maximus ſermone 50.

16. 1. Plutarchus de fortuna ad extremum.

18. 20. ὑπὲρ.] περὶ.

20. 16. πιςεύȣσιν.] F. πιςεύσȣσιν. 23. ταῦτα.] F. ταὐτὰ.

21. 4. οἶμαι.] *for inſtance.* Antonius et Maximus ſermone primo.

22. 9. ὅποι.] l. ὅπῃ.

24. 6. ςρέμμα.] Plutarchus videtur σπάσμα legiſſe. v. de diſcrimine adulatoris et amici p. 43. ed. Gr.

25. 17. ταῦτα.] F. ταὐτὰ. 27. ἐκ φαύλων αὖ τὰ χρηςὰ, ſine forte. et in poſterum vbi f. non praepoſui, ibi Taylor quoque omiſit.

28. 2. ἀποβλέπω.

32. 20. ὑπάρχειν.] ὑπάρχει.

33. 26. Plutarchus de vitioſo pudore.

36. 18. Ariſtophanes.

37. 6. Βοΐδια.] Scholiaſtes ſcribit Βȣδρόμια.

38. 14. μικρὸν.] μικρῶν Scholiaſtes.

41. 4.

41. 4. γρ. χρωμένοις. v. Schol.

43. 1. προσπεριβάλλεται.] γράφεται in nonnullis exemplaribus, ait Vlpianus, περισχοινίζεται. haud credo. fortaſſis in quibusdam περισχοινίζεται pro περιστοιχίζεται. Sed in hodiernis exemplis iſtius lectionis nec vola, nec veſtigium.

44. 14. ἄλλος.] F. ἄλλο. Haec verba ἡ μὲν ὑπόσχεσις etc. alicubi, vti memini, citat Longinus, qui multa mutuatur a Demoſthene non adducendo tantum, verum effingendo (ſic), vt alibi notaui.

44. 20. ἱππαγωγοὺς, τριήρεις, καὶ πλοῖα ἱκανά. ita diſtinguit Laz. Bayſius in libro de re nauali. v. Robortelli Emendat. 1. 2.

46. 5. καὶ ἱππαγοὶ s (ſic) τούτοις. Robortellus Emendat. 1. 2.

47. 3. f. punge poſt στρατιωτῶν. [nam comma deeſt h. l. Pariſinae.]

pen. τάλαντα ἐννενήκοντα καὶ μικρόν τι πρὸς.] 20. M. per Monath + 12. = 240 + 10 = 2400 = 40 Talents. 10 Dr. p. M. + 2000 στρατιωτ. = 20000 Dr. + 12 = 240000 = 40 tal. 30. Dr. p. M. + 200 equit. = 6000 dr. + 12. = 72000 dr. = 12. talents.

40 Talents.
40 Talents.
12 Talents.

S. T. 92 Talents.

48. 22. τόπον.] F. τρόπον.

49. 23. ἄγων καὶ φέρων.] Robortell. Emendat. 1. 3.

50. 20. ἀντιδόσεις ποιούμεθα.] Robort. l. c.

52. 9. ὑπὲρ.] F. ὑπὸ.

61. 24. quo pacto hi videantur declaraſſe ſibi placere, et calculo ſuo probare, facta eorum, quaeque ipſi ab illis perpeſſi ſint. Ita vertit et diſſerit de vi vocis ἐκδέχεσθαι cl. Abreſch Animad. ad Aeſchylum, 2. 32.

67. 19. F. ποιῆσαι, aut ποιήσειν. vlt. αὐτὲς.] F. αὐτός.

68. 2. ταῦτα.] F. ταὐτὰ, quod idem ad

70. 18. repetitur.

71. 23. Plutarch. praecept. politic.

78. 22. ἐπιδείκνυται.] F. ἐπιδείκνυτε.

90. vlt. δ'.] F. δή.

100. 27. ἀργυρίων.] F. ἀργυρείων.

121. 27. v. notas ad Plutarchi Themiſtocl. initio MS. de ἄτιμος v. Harpocr. et Abreſch. ad Aeſchylum 2. 21.

152. oratio haec non videtur appoſita epiſtolae Philippi n. 133. or. pro Corona. [edit. Lipſ. p. 250. pen.] licet iſtud ibi videatur Vlpiano. mihi fides huius orationis valde ſuſpecta eſt propter locos communes, quibus referta eſt. Imo tota paene conſarcinata eſt ex Philippicis et Olynthiacis.

154. 6. ὁρῶ.] F. ἐρῶ.

172. 14. ἐκεῖνοι.] Olynth. 3. c. Ariſtocrat. p. 328. ed. noſtrae.

178. ad titulum ὁ περὶ τῶν συμμοριῶν.] rectius Dionyſius ὁ περὶ τῶν βασιλικῶν.

Haec pauca et ſola, et nil aliud praeterea, quod proprium Tayloro et dignum relatu fuiſſet, ab eo adſcripta reperi marginibus editionis Pariſinae ad Philippicas, quae iam ſpectare et aeſtimare cuiusque eſt. nam reliquis ad orr. in cauſis Aeſchinea aliisque publicis ab ipſo editas adſcriptis ipſe iam dudum publice vſus eſt. Quae in eiusdem exempli marginibus ad cauſas priuatas, ſecundo volumine noſtrae edit. comprehenſas, adſcripſit, ea ſuo tempore, vbi illuc peruenero, proferre haud obliuiſcar.

In eo volumine Wolfianae Francfurtanae, in quam lectiones Harleyani et Lockerani inſcripſerat, interſperſas illis variantibus proprias Tayloro animaduerſiones et coniecturas reperi, quas in libellis variantium

lectio-

lectionum, loco quamque ſuo retuli. vt e. c. ad p. 15. v. 26.

Porro tenendum, lectiones has Harl. et Lock. a Tayloro bis eſſe illatas in exempla Franckfurtanae, alterum illud, vnde Moſchopoli ſcholia protuli; verum ibi vix decimam partem reperi earum lectionum, quas poſtmodum in altero exemplo reperi multo pleniores. Solebat Taylor, homo, vt videtur, in tractando certe Demoſthene, ordine commodiſſimo non vſus, vt mirer, qui potuerit ipſe ſcripta in ſchedis ſuis reperire, eadem vel decies in diuerſis chartis, paſſim locorum exarare, alia prorſus eadem, alia mutatis formis. vt hic loci, lectiones has in altero exemplo plenas dedit, in altero mutilatas. Quod cur fecerit, equidem non exputo. Mihi vero moleſtiam haec eius indiligentia creauit haud mediocrem. nam cum ex altero decurtato exemplo lectiones illas iam in libellos meos variantium intuliſſem, paulo poſt, perquam tempori, cum ſchedae iam typographo tradendae eſſent, incidens in alterum plenius exemplum, neceſſe habui iam actum denuo agere.

Haec habui de ſubſidiis dicenda, ad Demoſthenem illuminandum facientibus, ab Askewio velut ex haereditate Taylorana, ad me vltra mare miſſis. de codicibus mſtis librisue vetuſtis prelo excuſis, quibus ego ſum vſus ad congerendam materiam variantium lectionum, iam dixi alio loco, neque multum eſt, quod iis nunc addere habeam. verum tamen paucis verbis recenſebo copiolas meas, vt quicunque eas cito intuitu breui in areola expoſitas oculis colluſtrare poſſit. 1. Aldinae primae penes me eſt codex, cui Vlpianus et Harpocration a bibliopego adiunctus eſt, item ab Aldo editus. volumen, quod magni facio, meique iuris et mancipi eſt. 2. Aldina poſterior, ſed eundem annum, quem prior, praeferens. Exempla eius olim

complura vſurpaui, Weimaranum, Leſſingianum, et illud, quod plures per annos penes me habui e bibliotheca ſenatus Lipſienſis Ampliſſimi. nunc habeo penes me exemplum illud, quod in libellis variantium *Aldinam Taylori* vſurpo.

3. Baſileenſis primae, in folio, mere graecae, e typographeo Herwagii, quod eſt Aldinae, fortaſſe paullo emendatius, apographum, habeo duo exempla, alterum purum, quod eſt mei iuris, aere meo emtum, alterum ab Askewio Londino ad me miſſum. quod quia ſuperius loco ſuo copioſius deſignare oblitus ſum, pauca de eo dicenda hic repetam. In titulo, circa ſtatuam tricipitem, quod ſymbolum Herwagii eſt, ſcriptum adhuc clare legitur Edouardus Rauenus. et perobſcure, nam cultello eraſum eſt hoc nomen, vt vix agnoſci poſſit, quod Εὔϱικος Μέλανδϱος ſuſpicabar legendum eſſe, verum in extrema calce huius ipſius exempli rurſus circa ſtatuam Herwagii tricipitem latinis literis hoc idem nomen reperiebam clare et perſpicue exaratum, non eraſum, ſic *AHenry Ailand.* id eſt *Auguſtus Henricus Ailand.* Qui homines nigri an albi fuerint, mihi non conſtat. Fortaſſis Ed. Rauenus annotata illa in marginibus huius exempli exarauit. haec enim ductibus literarum, quibus in titulo nomen ſuum Rauenus exarauerat, ſunt ſimillime exarata. Ipſe Taylor in ſummo margine huius tituli nigris literis ſeu atramento haec adſcripſerat. *Black. From a Copy Bibl. Bodley. A. 2. 20. artic. Selden.* in imo autem rubris ſeu rubro liquore. *Red. MS. notes in a Copy of this Edition lent my by Dr. Barnard, Deanof Rocheſter.* Vbi in variantium lectionum libellis huius codicis mentionem facio, ibi *Herwagianam Taylori* cito, ſed cum diſtinctione. quae ſcripta a vetuſta manu recito, ſic appello, *vetuſta manus in Herwagiana.* maluiſſem dicere *Eduardus Rauenus in H. T.* ſi certo mihi con-

hi conſtitiſſet ab eo iſta ſcripta fuiſſe. quae autem Taylor atramento adſcripſerat, ea appello *Selden. in Herwagiana Taylori*, quia dicitur ille liber e legato Seldeni in Bodleyanam bibliothecam perueniſſe. quae autem Taylor rubrica adſcripſerat, ea appello *Herwagiana Taylori e Barnardina.* Horum librorum ille Seldenianus procul dubio eſt is, quem Taylorus in Prolegomenis ad Demoſthenem, a me in volumine octauo oratorum editis p. 702. verſu 14. deſignat his verbis *obſeruatiunculae ad oram exemplaris Herwagiani prioris* [hoc dicit, reſpectu minoris in tribus voluminibus in octauo, quae eſt Herwagiana poſterior] *in bibliotheca Bodleyana.* Exemplum autem Herwagianum a Barnardo, Decano Roffenſi, cum Tayloro communicatum, eſſe videtur id, quod ibidem loci, in continenti, ſic deſcribitur a Tayloro. *Bern.* Variae lectiones.

4. Felicianea, quam Strasburgo ad me miſit e lectiſſima atque inſtructiſſima ſua bibliotheca Brunkius, Vir illuſtris. Hac ſi citius potitus eſſem, aut ex ea recudendum Dem. textum operis noſtris in manus dediſſem, aut certe variantes eius lectiones omnes quam diligentiſſime inde excerpſiſſem. quod nunc ſecus eſt factum. Interim tamen idem eſt rurſus quoque quodammodo factum. nam antehac illam Venetam, quae decennio paene poſt Felicianeam ex officina Pauli Manutii prodiit, a Io. Frid. Fiſchero, V. C. bonarum literarum apud nos Lipſienſes profeſſore induſtrio, mecum communicatam, diligentius excuſſeram; quod merum eſt Felicianeae apographum, niſi quod innumeris mendis typographicis ſcatet, a cuiusmodi faecibus Felicianea liquida et defaecata eſt. Interim ſic ſatis certus eſſe poterit lector, vbi aio in Var. Lect. Manutianam ſic dare, in Felicianea quoque ſic legi, quod exemplum Felicianeae operae Paulinae verbatim recenſuerunt. Adminicula haec omnia (nam de Wolfiana et Taylorana editio-

editione cum alibi a me dictum ſit, neque eae ſint editiones primariae, e codd. mſtis expreſſae aut correctae, hic a me non commemorabuntur) adminicula igitur haec ſi citius omnia vna ad manus habuiſſem eo tempore, quo vni huic rei, collectioni variantium lectionum e libris demoſthenicis manuſcriptis et primis atque vetuſtiſſimis excuſis, deditus eram, multo diligentius et illas ambas Aldinas inter ſe contuliſſem, quod omiſſum valde doleo, et Felicianea melius eſſem vſus. quod hoc aegrius fero, quia libris tam inuentu raris paucis potiri licet. Tempore poſt, animo ad alia conuerſo, piguit ad moleſtam illam operam reuerti, qua profecto non eſt alia miſerior calamitas, cum vita hominis grammatici, ſeu, ſi mauis, critici, copulata, quam variantes colligere, caſſas plerumque nuces. Et vel ſic tamen illam inuiſam et exoſam operam prorſus deuitare nuper non potui, ſed neceſſe habui denuo ſubire, cum copiae Tayloranae ex Anglia ad me perlatae excutiendae eſſent. id quod his ipſis diebus, per quos nauſeans et torpens ad nihil non, ab eiusmodi moleſta opera magis, quam vſquam alias, abhorrebam, faciendum mihi fuit. Vniuerſe, ſi qua alia in parte editio mea Demoſthenis defectu et labe quadam laborat, quas ei labes inſidere permultas vltro confitebor, in hac parte variantium vel maxime laborat, tametſi caeteroquin hac ipſa in parte reliquas omnes ſuperiores copiis rerum antecellit. Quod vltra hoc loco dicam, non habens, deum rogo, vt intra breue tempus virum fortem, adoleſcentem nauum, excitatum, ardentem, ingenii pollentem viribus, reliquis affluentem commoditatibus atque oportunitatibus, impellat, vt operi a me inchoato feliciter coronidem imponat. Scripſi Lipſiae d. 20. Iulii 1774.

I. I. R.

IO. IACOBI REISKII
AD
OLYNTHIACAM PRIMAM
ANNOTATA.

9. 1. Citat h. l. Scholiaſtes Thucydidis p. 26. vlt. ed. Ducker. Comparatio philippicarum Dem. cum reliquis eiusdem orationibus Plutarch. Opuſcul. p. 810. 31. ed. Wechel. Lucianus Iouis Tragoedi cap. 15. T. II. p. 658. ſcurriliter traducit initium Olynthiacae primae. Οὕτω καὶ Δημοσθένης μόνῳ τῷ συμφέροντι τοὺς Ὀλυνθιακοὺς λόγους ἐξετέλεσε. Schol. in Aphthonium p. XIV. 12. ed. Ald.

Κρίσιν δὲ δικαστῶν. οἷον, ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει. τῷ γὰρ παρ᾽ αὐτοῦ ῥηθήσεσθαι μέλλοντι τὴν τῶν ἀκροατῶν συμπεριέλαβε κρίσιν. Scholiaſtes ad Hermog. p. 384.

3. περὶ ὧν] id eſt ἐν τούτοις, περὶ ὧν.

5. οὐ γὰρ μόνον.] citat hunc locum Hermogenes de Ideis p. 287. 1. et pro ἥκει dat ἥκοι in optatiuo. editionem Criſpini cito.

9. Hermogenes p. 302. circa fin. βεβηκὼς γίνεται ῥυθμὸς, εἰ ἅμα τῇ ἐννοίᾳ πληρουμένῃ καὶ μέρος λόγου τι μακρὸν καὶ εἰς μακρὰν τὴν τελευταίαν καταλῆγον συλλαβὴν, οἷον· ὥστ᾽ ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν γενέσθαι.

10. Κέχρηται δὲ καὶ ὁ Δημοσθένης προσωποποιίᾳ, πρόσωπον ὑποθεὶς τὸν καιρὸν αὐτὸς ἑαυτῷ. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου τῶν ὀλυνθιακῶν τὸν καιρὸν παρεισήγαγεν. καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ λόγου ἥρμοσεν ἂν παρ-

εισαχθεὶς

εἰσαχθεὶς εἰς τὴν ἀνάμνησιν τῶν εἰρημένων. ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς ταύτας ἀφιεὶς ἐφάνη τὰς φωνάς. ὅτι τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἐκείνων ἀντιληπτέον ἐστίν. ὅτι ἡ τῆς πόλεως τύχη βελτίων τῆς Φιλίππου. ὅτι πολλὰ πρὸς τὸ νικᾶν ὑμῖν ἐστι πλεονεκτήματα. ὅτι ἀσθενῆ τὰ Φιλίππου παντάπασιν. ὅτι ἀναιρουμένων Ὀλυνθίων, ἐν τῇ ὑμῶν αὐτῶν ἀμυνεῖσθε τὸν βάρβαρον. οὕτως ἀνέμνησεν ἂν διὰ τῆς προσωποποιίας τὰ κεφαλαιωδῶς. Apſines p. 707. cfin. ed. Ald.

Ἡ προσωποποιία δέ ἐστι προσώπου διάπλασις, ἤτοι τὴν ἀρχὴν μὴ γενομένου πώποτε, ἢ γενομένου μέν, οὐκ ἔτι δὲ ὄντος. τοῦ μὲν [prioris nempe generis] παράδειγμα τὸ δημοσθενικόν· ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς. οὐχ ὑφεστηκὸς γὰρ πρόσωπον, τὸν καιρὸν αὐτὸν [f. λέγοντα deeſt] εἰσάγει. Alexander de ſiguris ed. Norm. p. 32.

9. 12. ἐκείνων.] rerum, quae illic, apud Olynthum puta, geruntur.

13. αὐτῶν.] correxi αὑτῶν, cum ſpiritu aſpero, id eſt ὑμῶν αὐτῶν.

14. Ἐπειδὴ λυπηρόν ἐστι τὸ λέγειν, εἰ δὲ μή, ἀπολεῖτε τὰ πράγματα, περιέπλεξεν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὑτῶν φροντίζετε. καὶ πάλιν παρὰ πόδας ἔνεστί γε περιπλοκὴ μετὰ συλλήψεως. ἡμεῖς δὲ. ὑπακούεται, ἀμελοῦμεν. ἀλλὰ τοῦτο λυπηρόν ἐστι τοῖς Ἀθηναίοις. πῶς οὖν; περιέπλεξεν. οὐκ οἶδ᾽, ὅντινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά. Hermogenes π. μ. δ. p. 412. Citat h. l. quoque Thomas M. v. δοκῶ. p. 214.

vlt. πρότερον.] Conf. p. 29. 20. ſq.

Ibid. πρεσβείαν δὲ πέμπειν.] ad Olynthios puta.

10. 1. ταῦτ᾽ ἐρεῖ.] ſcil. αὐτοῖς τὰ ἐγνωσμένα παρ᾽ ὑμῶν.

Ibid. παρέσται τοῖς πράγμασιν.] quae ibi apud Olynthum gerantur, et inuigilet bello, copiisque veſtris et ipſis imperatoribus, atque exſecutioni conſiliorum et

rum et

rum et mandatorum veſtrorum interſit, eamque vrgeat atque gubernet.

10. 2. *μὴ πανȣ͂ργος ὢν.*] locum hunc cum altero oratoris, qui p. 206. 3. legitur, comparat Hermogenes de Ideis tomo ſecundo, capite *περὶ ἐπιεικείας*, his verbis p. 341. *δῆλον δʹ ἐςὶ τȣ͂το ἐκ τῶν κατὰ φιλίππȣ ῥηθέντων, ἐναντίως τῇ ἰδέᾳ ταύτῃ λέγοντος τȣ͂ ῥήτορος, οἷον· μὴ πανȣ͂ργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος. πρῶτον μὲν γὰρ πανȣ͂ργος φησὶν, ἀλλʹ ȣ̓χ ἁπλῶς δεινός. σφοδρότερον δὲ τὸ πανȣ͂ργος ὄνομα τȣ͂ δεινὸς δήπȣθεν. ἔπειτα ȣ̓δὲ δοκεῖν αὐτῷ πανȣ͂ργον τὸν φίλιππον εἶναι ἔφη, ȣ̓δʹ ἐνεδοίασεν, ὥσπερ ἐκεῖ, [p. 206.] ἀλλʹ ἀπεφήνατο. ἔπειτα ȣ̓κ ἐοικέναι πανȣ́ργοις, ἢ δεινοῖς, ὥσπερ τȣ̀ς Λακεδαιμονίȣς, ἔλεγεν, ἀλλʹ αὐτὸν εἶναι τὸν φίλιππον καὶ δεινὸν, καὶ πανȣ͂ργον. οὐκοῦν ταῦτα μὲν καὶ σφοδρὰ καὶ τραχέα, ἐκεῖνα δὲ [p. 206.] ἠθικὰ καὶ ἐπιεικῆ, καὶ σαφῶς ὑφιέντος τὴν σφοδρότητα τȣ͂ ῥήτορος.* Ad iſtum locum Hermogenis Scholiaſtes eius p. 408. cfin. iſtaec annotauit vocab. *πανȣ͂ργος* declaraturus. *ὁ πανȣ͂ργος κυρίως μὲν ὁ πᾶσιν ἔργοις ἐπιβάλλων, ὁ δραςήριος, καὶ ἐνεργός. κατεχρήσαντο δὲ τῇ λέξει οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τȣ͂ ἐν κακοῖς νοήμασι καὶ ἔργοις ἐπιβȣ́λȣ.*

6. *τρέψηται.*] Sic vulgatae, ſed rectius videtur, aut *καταςρέψηται*, aut, quod praetuli, *δρέψηται* per delta, a *δρέπεσθαι*. Sed oblitus ſum, diſtinctionem vulgarem item emendare, id quod fieri decebat. Scilicet ita diſtinguendus eſt locus, *τὰ δʹ ἡμᾶς διαβάλλων*, tum infamando nos, *καὶ τὴν ἀπȣσίαν τὴν ἡμετέραν δρέψηται*, noſtramque abſentiam veluti deflorct, carpat, metat, vindemiet. h. e. noſtrae a locis, quibus inſidiatur, abſentiae fructus aufferat. Sin autem *καταςρέψηται* malis, manebit vulgaris diſtinctio, et haec exibit ſententia. calumniis, falſis criminationibus, ad amicos noſtros ſuſpectos nos reddens, malitioſae de-

ſertionis

ſertionis inſimulando, quaſi gauderemus ipſorum malis, eosque perditos vellemus, data opera cunctantes, non autem neceſſitate, temporisque aduerſitatibus et neceſſitatibus conſtricti, ſociorum noſtrorum, aut ditionis noſtrae nonnihil ſub poteſtatem ſuam redigat.

10. 7. τῶν ὅλων πϱαγμάτων.] Demoſthenes appellat hic loci, ſimilibusque aliis in locis, τὰ πϱάγματα, id quod nos appellamus, *das Intereſſe des Staates.* id omne, de quo agitur, et ſuper quo certatur, vt conſeruetur, vt ſaluum atque ſoſpes populo alicui maneat, aut etiam amplificetur atque increſcat, opes atque maieſtas reip. ſiue ſunt locorum poſſeſſiones, ſiue ſociorum, ſiue numi, ſiue copiae militares, ſiue naues, ſiue arma, ſiue commerciorum cum exteris agitationes, ſiue annonariae copiae, et quaecunque bello gerendo inſeruiunt; quae ſalua eſſe, multum intereſt. Sic Latini quoque voc. *res* vſurpant. vt apud Liuium. *Si coeptis ſucceſſiſſet, ſe res afflictas recepturum.* 25, 37.

Ibid. ἐπιεικῶς.] ferme, plerumque, potiſſimum, creberrime. Citat h. l. Hermogenes p. 364. ἔννοιαι τῆς τοιαύτης δεινότητος αἱ παϱάδοξοι καὶ βαθεῖαι, καὶ ὅλως αἱ πεϱινενοημέναι. οἷον· οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐπιεικῶς etc.

9. τὸ γὰϱ.] malim τῷ γὰϱ in datiuo. nam πϱοέχει manifeſtum eſt ad Philippum redire. praeſtat in eo vobis atque potior multis partibus eſt, quod — *er hat darinne viel vor euch voraus.* durum tamen hoc eſt, quod ἐναντίως ἔχει non ad Philippum redit, ſed ſubauditur τοῦτο αὐτῷ. *hoc ei contra habet*, ſeu aduerſatur.

12. πϱὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ad ἐναντίως ἔχει.] colon hoc citat Hermogenes p. 296. vt exemplum antiſtrophae.

14. Citat h. l. Apſines p. 696. circa finem. ἐνίοτε δὲ καὶ μὴ θέντες ἀντίθεσιν, τὰς λύσεις αὐτοῦ [lege αὐτῆς] τίθεμεν. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν ᾖ πάνυ βαϱύνῃ ἡμᾶς ἡ ἀντίθεσις ἐκ πϱοφανοῦς τεθεῖσα, καὶ δεῖ [l. δέῃ] αὐτὴν

αὐτὴν προανελεῖν λεληθότως. ὡς ἐν τῷ α τῶν Φιλιππικῶν πεποίηκεν ὁ Δημοσθένης. τὶς γὰρ ἦν ἡ πάνυ βαρύνουσα αὐτὸν ἀντίθεσις; ὅτι ἄπιστοι ἡμῖν οἱ ὀλύνθιοι. τοῦτο τοίνυν μὴ θεὶς ἐκ προφανοῦς, λέλυκεν εἰπών· πρὸς δὲ τὰς καταλλαγὰς, ἃς ἐκεῖνος ποιήσεται ἄσμενος πρὸς ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει. καὶ γάρ ἐστι τύραννος Φίλιππος, καὶ ἐχθρὸς φύσει τοῖς δημοκρατουμένοις. καὶ ὑπὲρ μεγάλων ὀλυνθίοις ὁ κίνδυνος, εἰ πεισθήσονται. καὶ ἐκ παραδείγματος. καὶ ἴσασιν ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν, καὶ πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους. ταῦτα τίνος ἐστὶ συστατικά; τοῦ ἀπίστους μὲν αὐτοὺς μένειν Φιλίππῳ, ἡμῖν δὲ πιστούς. ὁρᾷς, πῶς μὴ θεὶς τὴν ἀντίθεσιν, τὰς λύσεις τέθεικεν.

10. 16. Citat h. l. Minucianus ed. Norm. pag. 138. τῶν ἐπιχειρημάτων τὰ μέν ἐστι παραδειγματικὰ, τὰ δ' ἐνθυμηματικά. παραδειγματικὰ μὲν, ὅσα ἐξ ἱστορίας καὶ ὁμοιώσεως τῶν ἤδη πεπραγμένων λαμβάνομεν. οἷον· οὐ πιστεύουσιν Ὀλύνθιοι Φιλίππῳ. οὐ γὰρ περὶ μέρους χώρας, οὐδὲ περὶ δόξης, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος, ὁ κίνδυνός ἐστιν αὐτοῖς. καὶ εἰς τοῦτο παράδειγμα. καὶ ἴσασιν ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν etc. Citat item, ſed aliam ob cauſam, Scholiaſtes Hermogenis pag. 386. cfin. τινὲς ῥητορικὴν ἔμμετρον τὴν [fort. τινα] κωμῳδίαν ἐκάλεσαν. πολλοὺς γοῦν παρά τε τῷ Ἰσοκράτει καὶ μάλιστα τῷ Δημοσθένει λανθάνοντας ἰάμβους τε καὶ χωριάμβους ἐστὶν εὑρεῖν διὰ τὴν ἐναρμόνιον συνθήκην τῶν λέξεων. ὡς εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὀλυνθιακῶν. δῆλον γάρ ἐστι τοῖς ὀλυνθίοις, ὅτι [eſt merus et plenus ſenarius] νῦν οὐ περὶ δόξης, οὐδ' ὑπὲρ μέρους [habes ſenarium poſtremo pede mutilatum] τῆς χώρας κινδυνεύουσιν. οὐχ ὡς ῥητόρων κινδυνευσάντων καὶ ἔμμετρα λέγειν. ἀλλότριον γὰρ τοῦ πολιτικοῦ λόγου τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' αὐτοφυῶς εἰς μέτρον ἀπενεχθείσης τῆς φράσεως.

10. 17. *ἀναστάσεως.*] citat h. l. Pollux 3. 91. ad docendum, vocabulum hoc h. l. non emigrationem, ſed abductionem e patrio ſolo in peregrinum, *ἀναστάτωσιν*, ſignificare. verum hoc vocabulo *ἀναστάτωσιν*, quod ſane ad rem docendam peropportune excogitatum eſt, nemo vtitur.

20. *ἄπιστον.*] Locum hunc citat Stobaeus Geſneri p. 344. 16.

21. *πολιτείας.*] ad hunc ſimilemue alium locum reſpexit Harpocration in v. *πολιτεία*, his verbis: *πολιτεία. ἰδίως εἰώθασιν οἱ ῥήτορες τῷ ὀνόματι χρῆσθαι ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, ὥσπερ Ἰσοκράτης τε ἐν τῷ πανηγυρικῷ καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς.*

vlt. *ἐκπολεμῶσαι.*] citat Harpocration in hoc eodem vocabulo, et Minucianus p. 162. fine, vbi pro *ἐθρυλλεῖτε* dat *ἐθρύλλουν.*

11. 1. *ταῦτ' ἂν*] malim *ταὐτὰ ἄν.* Subaudi *ὑμῖν.* eadem ipſis fuiſſet, quae vobis, ſententia, concordes vobis iisdemque ſtudiis dediti fuiſſent.

5. *ἐκ τῶν πρὸς αὑτοὺς ἐγκλημάτων.*] id eſt *ἐκ τῶν προσκρουμάτων Φιλίππου, πρὸς ἑαυτοὺς γεγενημένων.* exoſi ſunt Philippum propter offenſiones, quibus ipſi ab eo laeſi ſunt. aut, quae ab eo ad ſe profectae ſunt. *ἔγκλημα* eſt facinus, de quo quereris, aut querendi cauſam tibi eſſe autumas.

8. *οὐδὲ δὴ παθεῖν.*] addidi *δή.*

9. *ταὐτὸν* ob concurſum cum vocali dedi, pro *ταὐτό.*

10. *εἰ γάρ.*] Citant hunc locum Hermogenes, Ariſtides et Apſines ille de formis libro 1. p. 287. *τὸ κατὰ συστροφὴν σχῆμα σφόδρα ἐμπερίβολόν ἐστι. οἷον· εἰ γάρ, οὐθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσι.* — Ariſtides de dictione ſimplici 2. 13. *οὐ μὴν οὐδὲ πολλὰ δεῖ περιλαμβάνειν πράγματα ἐν τῷ ἀφελεῖ λόγῳ, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐποίησεν* [nimis ille multa vno complexus ambitu] *εἰ γάρ, οὐθ' ἥκομεν*

ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες· ἀλλ' ἐν ὀλίγοις, ὡς ἂν εὐπαρακολούθητος ᾖ σοι ὁ λόγος. Apſines denique p. 707. 11. dictum hoc ait eſſe κατὰ συστροφὴν καὶ τόνον. Theophilus Corydaleus item in expoſitione rhetorica, edita a Fabricio B. G. T. XIII. p. 663. 11. hunc locum proponit in documentum argumentationis ab exemplo, et id quidem ſecundum primam ſpeciem, qua demonſtratur res praeſens, a re ſimili olim geſta. Opuſculum hoc Theophili paucis annis ante, vna cum typis epiſtolicis et Aphthonio recuſum fuit Halae Magdeburgicae, edente familiari quondam noſtro Ambroſio Peperis, hieromonacho. in 8. 1768.

11. 11. Citat h. l. Harpocrat. v. Ἱέραξ. Legi malim παρῆσαν [ſubaudi πρὸς ἡμᾶς ἐνταῦθα] παρ' Ἀμφιπολιτῶν.

13. τὴν πόλιν.] ſubaudi αὐτῶν. Amphipolin puta.

Ibid. παρειχόμεθα.] citat h. l. Ammonius de differentiis vocc. p. 108. ed. Valck. v. παρέχειν.

24. καὶ ηὐξήσαμεν.] detraxi particulam copulantem.

12. 3. τὸ μὲν γάρ.] citat h. l. Hermogen. de ideis t. 1. p. 293. διακόπτει τὰς παρισώσεις κατ' ἐπεμβολὰς οὕτως· τὸ μὲν γὰρ πολλὰ — τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, (καὶ ἡ ἐπεμβολὴ) πεφηνέναι τέ τινα ὑμῖν — βουλώμεθα χρῆσθαι· εἶθ' οὕτως ἀπέδωκε τὸ ἴσον κῶλον τῷ ἐξ ἀρχῆς τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην. ad quem Herm. locum ita commentatur eius Scholiaſtes. ἡ μὲν παρίσωσις οὕτως ἂν ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον, τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη. τὸ δὲ μὴ πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν θείη. [Annotari hic velim, Scholiaſten in tertia perſona θείη efferre, non in prima, vt eſt in texto, et Demoſthenis, et Hermogenis.] πάρισον γὰρ τὸ ἀπο-

 λωλε-

λωλεκέναι τῷ πεπονθέναι. τὸ δὲ θείῃ τῷ θείῃ. ἡ δ' ἐπεμβολὴ διέκοψε τὴν παρίσωσιν.

12. 8. ἀλλ' οἶμαι —.] Sopater ad Hermogen. p. 315. ἐστὶ κἀκεῖνο τῶν τελικῶν κεφαλαίων τὸ ποτὲ μὲν καθολικοὺς ἀφορισμοὺς προθέντα πρὸ τῶν προκειμένων, οὕτως ἐπάγειν τὰς κατὰ μέρος ἀποδείξεις, ποτὲ δὲ ἐπὶ ταῖς μερικαῖς κατασκευαῖς ἐπάγειν τοὺς ἀφορισμούς. καὶ πολλὰ τῶν τοιούτων παρά τε τῷ Θουκυδίδῃ καὶ τῷ Δημοσθένει τὰ παραδείγματα, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν; προτάξας τὸν ἀφορισμὸν, ἐπάγει τὰς κατασκευάς. ἀλλ' οἶμαι παρόμοιόν ἐστι καὶ περὶ τῆς τῶν χρ. κτ. etc. vbi has ferme lectionum diſcrepantias inſigniores deprehendi. verſu 14. ὡραίως, pro ὀρθῶς. 16. tria iſtaec vocabula ὥστε τὰ πολλὰ deſunt exemplo Sopatri Aldino. 18. legitur in eodem ὑμᾶς ἀνθρώπων φροντίσαι.

10. ἂν μὲν γὰρ —] citat h. l. Hermogenes p. 296. 10.

25. δι' οὗ.] ſic correxi pro vulgari δι' ὅν.

26. τὸ πρῶτον.] Citat h. l. Hermogenes p. 309. τὸ κατ' ὄνομα κομματικὸν, οἷον· Ἀμφίπολιν, Πύδναν, Ποτίδαιαν, Παγασὰς, Μεθώνην· καὶ αἱ πυκναὶ καὶ δι' ἐλαχίστου ἐξαλλαγαί· οἷον· τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβὼν, etc.

vlt. τρόπον.] num τόπον.

13. 2. πάλιν ῥαίσας.] citat h. l. Harpocrat. v. ῥαίσας.

4. τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς —] citat h. l. Ariſtides in l. de dictione ciuili. p. 232. αἱ μὲν κατ' ἀρχὰς γίνονται παραλείψεις, οἷον· Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Ἀπολλωνίαν. αἱ δ' ἐπὶ τέλει· τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας αὐτοῦ, καὶ ὅποι τις ἂν εἴποι, παραλείπω στρατείας. hic Arymbae nulla facta eſt mentio.

5. citat h. l. Harpocr. v. Ἀρύμβας.

13. 9. *καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην.*] ſubaudi e praemiſſis *ὡς ἐςιν ἡμῖν ἀλυσιτελές τι.* valde tamen vereor, ne deſit aliquid h. l. *ὡς ἀγαθὸν*, vel *ὡς πολυωφελὲς*, quod illi *ὡς ἀλυσιτελὲς* e contrario reſpondeat.

22. *ἐπὶ πολλῷ.*] ſubaudi *τόκῳ*, vel *διαφόρῳ.* magno foenore. magno intertrimento. breuis enim voluptas otii magnarum opum et ſociorum iactura emitur.

26. Lucianus l. h. laudat Iouis Tragoedi c. 23. p. 668. et Pollux 9. 138.

14. 4. *ὑποςείλασθαι περὶ ὧν συμφέρειν ὑμῖν ἡγοῦμαι.*] latius et plenius ita dixiſſet *ὑποςείλασθαι λέγοντα περὶ τούτων, ἃ συμφέρειν ὑ. ἡγοῦμαι.*

10. citat h. l. Harpocr. in v. *Ὀλιγωρήσετε. ἀντὶ τοῦ ἀμελήσετε. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς.*

11. ad *ποιούντων* aut addendum, aut certe ſubaudiendum eſt *μόνον*, id quod in altero oppoſito membro verſu 13. expreſſum eſt.

18. ad *πόρου* addendum videtur *πῶς*; ſubaudi *γινώσκω.* de adminiculis autem pecuniae expediendae, ecqui vel ecquid ſtatuo? tum ſubiicit reſponſionem *ἐςὶν* — vulgatam ſi tuemur, ſubaudiendum erit *εἰ δεῖ λέγειν*, ſi me diſſerere oportet.

19. citat h. l. Hermogenes p. 414. vlt. *ἐπὶ ἤθους βεβαιώσει· ἔςιν ὑμῖν, ὦ ἄ. Ἀ. χρήματα, ἔςιν ὅσα οὐδενὶ τ. ἄ. ἀ. ςρ.*

26. *ταῦτα.*] ſcil. *ἃ ὑμεῖς λαμβάνετε*, [id eſt *ἀναλίσκετε*] *ὡς βούλεσθε.* illas largitiones, quas vos, quoquo vultis, inſumitis, eſſe *ἀρχῆθεν καὶ κατὰ τὸ δέον*, primitus, origine tenus et prout etiam par eſt, ſtipendia militibus debita.

27. poſt *μίαν* videtur *πάντων* deeſſe. vnum hunc eundemque cenſum eſſe omnium. *σύνταξις* eſt cenſus, ſeu aeſtimatio, taxatio, quantum ſiue de ſuo ad neceſſitates reip. conferre, ſiue ex aerario pro mercede ope-

rae reip. nauatae referre oporteat. citat h. l. Harpocr. v. *σύνταξις.*

15. 1. citat h. l. Stobaeus Geſneri p. 504. 3. et Scholiaſta Hermogenis p. 315. quem apud Scholiaſtam lectionis hanc reperi diſcrepantiam *πάντως δὲ δεῖ χρημάτων.*

7. *τοῦ* vt tollendum vncis incluſi.

9. *εὐτρεπῶς.*] hanc lectionem alteri vulgari *εὐπρεπῶς* praetuli. neſcio, an res Philippi praeſentes minus ſint ad ſubitum quemque caſum ita paratae atque inſtructae, vt ei pares ſint ſuſtinendo. *ἔχει* in indicatiuo videatur quidem melius conuenire. ego tamen coniunctiuum tenebo, et ſic accipiam, ac ſi ſcriptum eſſet. *ὅρα, μὴ ἔχῃ τὰ Φιλίππου πράγματα οὔτ' εὐτρεπῶς, οὔθ' ὡς ἂν ἔχῃ, εἰ κάλλιστα ἔχῃ.* neque paratae, neque ita compoſitae, vt habiturae ſe ſint, ſi optime atque praeclariſſime ſe habeant.

15. Citat Theophilus Corydaleus p. 662. 11.

16. poſt *ἀεὶ* videtur *ἔσται* deeſſe. Theſſali natura ſunt infidi et ſemper erunt. v. Hemſterhuſ. ad Ariſtoph. Plut. p. 153.

18. Innuit h. l. Harpocrat. v. *Παγασαί.*

19. Citat h. l. Ariſtides de dictione ciuili p. 256. *ἀξιοπιστίας δὲ καὶ εἰ, ὅσα μὴ ἔχει ἄλλοθεν συστῆσαι, ἐξ ἀκοῆς ταῦτα πιστοῦται. ἤκουον δ' ἔγωγε τινῶν* etc. item Scholiaſtes Hermogenis p. 45 1. *τῆς τῶν ἀορίστων ἐξετάσεως τρεῖς παραδέδωκε μεθόδους. ἢ γὰρ κατασκευαστικοὺς αὐτοῖς παραθήσομεν λογισμούς. ὡς Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς· ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων ὡς τὰς ἀγορὰς καὶ τοὺς λιμένας οὐκ ἐπιδοῖεν* [Sic] *αὐτῷ καρποῦσθαι. ὃ καὶ κατασκευάζων* [f. *ὃ δὴ κατ.*] *διὰ τῆς τοῦ ἀορίστου σαθρότητος* [lege *διὰ τὴν τοῦ ἀ. σαθρότητα*] *λογισμὸν ἐπάγει. τὰ γὰρ κοινὰ τῶν Θετταλῶν* etc. *ἢ καὶ ἐπικρίσει οἰκείᾳ τὸ ἀόριστον συνίστησιν, ἣν ῥήτωρ μὲν μεθ' ὅρκου πιστώσεται. οἷον· καὶ μὰ τὸν Δία οὐδὲν ἄπιστον ἴσως. ὁ δὲ*

Πλά-

Πλάτων τῷ οἰκείῳ ἀξιώματι, οἷον. καὶ ἐγὼ πείθομαι. ἢ ἐπαίνῳ τῶν εἰρηκότων, ὡς ὁ Δημοσθένης· ὡς δ' ἐγὼ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ γεγενημένων ἤκουόν τινος, ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἵου τε ψεύδεσθαι. οὐδένων εἰσὶ βελτίους. [v. Olynth. 2. p. 23. 5.] ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐ τῶν ἀκηκοότων, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς ἔργοις πεπιςευκότων [ſententia poſtulat παραγεγονότων] ὁ ἀπαγγείλας ἐςί.

16. 1. celebris haec eſt ſententia, a multis laudata. vt ab Hermogene p. 181. τοῦτο δὲ μάλιςα πάσχουσιν αἱ γνωμικαί. ἐςι δὲ γνωμικὴ περίοδος αὕτη. τὸ γὰρ εὖ πράττειν — τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. et Ariſtide, de dictione ciuili p. 186. καὶ τὸ γνωμολογεῖν δὲ τῆς σεμνότητός ἐςιν, οἷον· τὸ γὰρ εὖ πρ. — item ibidem p. 310. περίοδος δ' ἐκ μὲν ἑνὸς κώλου συνίςαται, ὡς τό· τὸ γὰρ εὖ πρ. — item p. 392. vbi negat Ariſtides, huic dictioni, quae ciuilem vel maxime deceat, locum in dictione ſimplici eſſe. a Stobaeo Geſneri p. 566. 20. a Plutarcho Moral. p. 100. 7.

4. citat Theophilus Corydal. p. 728. §. 47.

5. correxi ὑμέτερον. citat vetus Lexicon apud Montfauc. Bibl. Coiſlin. p. 498.

Ibid. συνάρασθαι τὰ πράγματα.] ſubaudi τοῖς ἠραμένοις. belli, aut vniuerſe reip. onera portanda capeſſere vna cum iis, qui ea vltro, vel ex neceſſitate ſua, vel iam ante nos, ea ſuſceperunt. h. e. parte oneris eos releuare.

8. aut delendum eſt ὡς, quod vncis incluſi, aut cum οὕτως eſt commutandum, aut cum ὧδε ſic.

9. τοιοῦτον καιρὸν, καὶ πόλεμος γένοιτο.] idem eſt ac ſi dixiſſet τοιοῦτον καιρὸν, ὥςε πόλεμον γενέσθαι πρὸς τῇ ἡμετέρᾳ χώρᾳ.

11. citat h. l. Hermogenes p. 179. pen. ἔςι δὲ καὶ ἐπιτιμητικὴ περίοδος τῷ σχήματι, ὅταν λέγωμεν — εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε etc. item p. 181. 19. Minucianus p. 150. appellat hoc enthymema ἀπὸ τοῦ ἴσου a pari.

16. 13. ἔτι τοίνυν.] Syrianus ad Hermogenem 316. vlt. ἀπορήσειεν ἄν τις, τίνι διαφέρει τὸ ἐκβησόμενον κεφάλαιον τῆς ἐν τῷ συμφέροντι ἐκβάσεως. ἐν ᾗ φαμὲν, ὅτι συμμαχησάντων μὲν ἡμῶν τάδε ἀποβήσεται, μὴ συμμαχησάντων δὲ, τάδε. Φαμὲν οὖν, ὅτι ἐν μὲν τῇ τοῦ συμφέροντος ἐκβάσει τὰ προσεχῆ ἐξετάζομεν τέλη, ἐν δὲ τῷ ἐκβησομένῳ τῶν ἐκεῖ τελῶν ἐξετασθέντων τὰ τέλη διασκοποῦμεν. τὴν δὲ διαφορὰν ταύτην ἔδειξεν ἡμῖν ὁ Δημοσθένης ἐν Ὀλυνθιακῶν πρώτῳ; τὸ μὲν συμφέρον ἐξετάζων ἔφη, ὅτι συμφέρει ὀλυνθίοις βοηθῆσαι. εἶτα ἡ ἔκβασις. τοῦτο γὰρ ἡμῶν ποιησάντων, ἐν Μακεδονίᾳ ἔσαι ὁ πόλεμος. μὴ συμμαχησάντων δὲ τοῖς ὀλυνθίοις, ἐλθὼν εἰς τὴν ἑλλάδα φίλιππος πολεμήσει τὴν ἀττικήν. καὶ ταῦτα μὲν τὰ προσεχῆ τῆς ἐκβάσεως τέλη. τὰ δὲ τῶν τελῶν τέλη, ἅπερ εἰς τὸ ἐκβησόμενον ἄγομεν, ἐκεῖνα. ὅτι ἐν Μακεδονίᾳ μὲν πολεμοῦντες πλεῖςα κερδανοῦμεν. ἐν δὲ τῇ ἀττικῇ τοῦ πολέμου συςάντος, τάδε καὶ τάδε ἡμᾶς περιςήσεται τὰ δεινά. τὴν μὲν οὖν τοῦ συμφέροντος ἔκβασιν ἐξετάζων τάδε φησὶν. ἔτι τοίνυν, ὦ ἀθηναῖοι, μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς λανθανέτω, ὅτι νῦν αἵρεσίς τις [Sic] ἐςὶν ὑμῖν — κακῶς ποιήσετε. καὶ ἑξῆς. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐκβησομένου πάλιν ἐξετάζων τάδε φησὶν. ἀλλὰ μὴν ἡλίκα γέ ἐςι τὰ διάφορα [verſu 25.] ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐ [Sic] λόγου προσδεῖν ἡγοῦμαι — χρωμένους τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνεται [Sic] καὶ ἑξῆς. καὶ προτρέψαι δὲ καὶ ἀποτρέψαι ἱκανωτάτη ἐςὶν ἡ τοῦ ἐκβησομένου ἐξέτασις. διόπερ ἐπιμελῶς αὐτῇ χρῆσθαι προσήκει.

18. ταύτην h. l. vi caret, quare αὐτῷ malim. vt ſit τὴν ὑπάρχουσαν καὶ οἰκείαν αὐτῷ ἀδεῶς. ditionem, quae iam in eius poteſtate eſt, et ipſi per maiores veluti cognatam atque domeſticam.

19. τίς αὐτὸν —] Syrianus ad Hermog. p. 308. 22. χρήσιμον δὲ ἡ τοῦ ἀναγκαίου ἐξέτασις καὶ μάλιςα χώραν ἔχει ἐν ταῖς δυσκολίαις τῶν πραγμάτων, ὅταν

ἐπὶ

ἐπὶ πόνους, ἢ δαπάνας, ἢ ἄλλο τι τῶν δυσχερῶν παρακαλῶμεν τοὺς ἀκούοντας. ἔνθα καὶ ἡ τοῦ ἐκβησομένου ἐξέτασις ἀναγκαία, ὡς, εἰ μὴ τάδε πράξομεν, τάδε ἡμᾶς καὶ τάδε περιστήσεται τὰ δεινά. ὅπερ Δημοσθένης ἐν Ὀλυνθιακῷ ποιεῖ κατασκευάζων, οἷα συμβήσεται τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ βοηθήσειαν [malim εἰ μὴ βοηθ.] ὀλυνθίοις. καὶ γὰρ εἰπέ μοι, τίς αὐτὸν κωλύσει δεῦρο βαδίζοντα [Sic] — ἢ ἄλλος τις;

16. 25. v. Theophil. Corydal. p. 729. 6. Apſines in Arte rhetor. cap. *de vtili*, p. 706. τὸ συμφέρον κατασκευάζεται ἀπὸ τῶν ἐκβάσεων, οἷα ἐκβήσεται πεισθεῖσι. τελεία δὲ ἀπόδειξις συμφέροντος, ὅταν ἐπ' ἄμφω ἀποδείξῃς, τὶ μὲν ἐκβήσεται πεισθεῖσι, τὶ δ' εἰ μὴ ὑπακούσαιεν. ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν ὀλυνθιακοῖς· ἀλλὰ μὴν ἡλίκα τὰ διάφορα etc.

27. εἰ γὰρ —] Minucianus p. 160. n. 30. figuram hanc appellat enthymema ἀπ' ἀναπλασμοῦ a figmento. et pro ἔξω γενέσθαι dat, e memoria recitans, ἔξω τῆς πόλεως στρατοπεδεύσασθαι.

vlt. στρατοπέδῳ videtur cum χρωμένους eſſe coniungendum, et στρατοπέδῳ χρῆσθαι idem eſſe, atque στρατοπεδεύειν, ἐν στρατοπέδῳ εἶναι. vt ſententia ſit, καὶ λαμβάνειν, στρατοπεδεύοντας, τῶν ἐκ τῆς χώρας γιγνομένων τοσαῦτα, ὅσα ἀνάγκη ἐστὶ λαμβάνειν στρατοπεδεύουσιν.

17. 4. εἰ δὲ δὴ καὶ πόλεμος.] addidi καὶ.

6. praetuli ζημίας in genitiuo, pro vulgari ζημία.

Varietas lectionum in Epiſtola Libanii ad Montium.

Titulus ei praeſcriptus hic eſt in Bauarico et Auguſtano ſecundo. qui ſolus Auguſtanorum hunc prologum tenet, Λιβανίου ὑπόθεσις τῶν λόγων Δημοσθένους.

1. 3. περιδέξιος.] ἀμφιδέξιος margo Pariſinae tacito auctore.

2. 1. τοσούτων idem margo ſine auctoritate.

2. 1. μνημονεύσαντες.] μνημονεῦοντες Bav. Aug.

4. πατὴρ μὲν ἦν Aug. ad παιανιεὺς adſcriptum eſt in Bau. hoc ſcholium: διττοὶ δῆμοι τῆς πανδιονίδος φυλῆς εἰσι, καὶ ὁμοίως ἑκατέρȣ τȣ͂ δήμȣ τὸν δημότην καλεῖσθαί φασι παιανιέα.

17. ȣ͂ν addidi e Bau. et Aug. qui ambo conſtanter vno τ exhibent voc. Βάτταλος.

24. ὑποδήμασι.] ἐσθήμασι Aug.

27. Verba ſic ordinata dat Bauaricus, paulo concinnius. λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν ἐπὶ τȣ̀ς λόγȣς ὁρμὴν ἐντεῦθεν σχεῖν.

3. 3. αὐτὸν Aug.

7. ἀνεςήσατο Bau.

13. τὸ deeſt eidem.

14. διορθȣ͂σθαι Bau. Aug.

25. ἀτονώτερον Aug.

4. pen. αὐτȣ̀ς.] αὐτοῖς Bau. vnde αὐτοὶ effeci, et ſic diſtinxi νικήσαντες, αὐτοὶ παρῆλθον.

5. 10. λακεδαιμονίων dant vulgatae, ſine particula, ſiue δὲ, quam de meo addidi, ſiue καὶ, quam Aug. et Bau. praeponunt.

19. ἄρ' addidi ex iisdem.

6. 1. titulum hunc ex Aug. addidi.

3. καὶ deeſt ambobus.

Ibid. καὶ τȣ͂ συμβȣλευτ. Bau.

14. τȣ͂ φιλίππȣ deſunt ambobus.

Ad argumentum Olynthiacae primae.

7. 4. ἦλθε ſimplex dat Gonuillianus.

Ibid. ὑπερεῖχεν.] ἐπῆρχεν Bau. quod equidem praeferam.

5. τι deeſt Pariſſ. 5. et 7.

17. συνετέθειτο in ſingul.] συνετέθειντο in plurali Pariſinus 5. et 7. Bau. Aug. codex Obſopoei, ipſo probante, et editio Feliciani.

8. 1.

8. 1. γένηται Pariſſ. 2. 3. 5. 7. γενήσεται Gonu.
3. δύσμαχον eſt etiam in texto Aug. verum margo dat γρ. δυσμάχητον. atque hoc refert margo Morellianae e Pariſſ. 5. et 7. legitur etiam in vtraque Aldina, vbi codex Leſſing. ſuperſcriptum dat μᾶλλον. quod quid ſibi velit, quisque pro ſe coniectato. δυσμάχητον item eſt in ed. Feliciani, quam ſequi decuerat.
4. ὅτως.] οὐχ ὡς ὅτως ὑπείληπται Gonuill. quae eſt egregia lectio. non quaſi ſic cenſeret orator, hoc agens, vt Athenienſes fiducia impleat atque inflammet aduerſus eum. οὐχ ὡς ὑπείληπται editio Feliciani. ὡς ὑπείληπται dat Ald. Leſſing. ὅτως ἐπείληπται Aug.
10. τὸν τόπον.] articulus abeſt a Pariſſ. 2. 3. Bau. Aug. edd. Feliciani et Aldi.
14. βαλόντα ſimplex dant Gonuill. Aug. Pariſſ. 2. 3. 5. Aldina vtraque. βάλλοντα Bauar. καταλαβόντα Pariſinus 7. καταβαλόντα primus dedit Felicianus. et corrector Leſſingianus.
18. τοσοῦτον.] τοῦτο Pariſſ. 2. 3. 5. Bau. Aug. Obſop.
25. ἐπαπειλοῦντα Pariſſ. 5. 7.
9. 1. τοσαῦτα profectum eſt a Feliciano. habet Obſop. quoque. ταῦτα dat Aldina vtraque, Pariſſ. 2. 3. Bau.
5. φησὶ.] ſic etiam Gonuill. ἔφη dant Aldina vtraque, Felicianea, Bau. Aug.

Olynthiaca prima.

Ab initio mutilus eſt codex Auguſtanus primus. Incipit a verbis ἡμᾶς πλεῖν p. 4. 11. ad p. 6. 5. τὶς ὅτως. tum eſt lacuna, ad p. 14 17. vbi folium rurſus eſt a κοπτόμενοι, vsque ad ὀκνεῖτε ἐξιέναι p. 17. 4. tum rurſus eſt lacuna vsque ad p. 25, 14. vbi a κατέλιπον ſunt duo folia procedentia ad p. 30, 15. hae paucae ſuperſunt reliquiae vetuſtae manus in prima parte operum Demoſthenicorum. Suppleuit autem deficientia pleraque

raque, ſcil. a p. 5, 8. inde, vsque ad p. 35. 7. recentior manus decem foliis. Ab hac noua manu exarata appellâre in hoc indice ſoleo *ſupplementum Auguſtani primi*, vt, quae vetuſta manus exarauit, nude *Aug. 1.* appello. A p. 35, 7. inde vetuſta manus reliqua omnia, quae in illo codice ſuperſunt, hodie exarauit.

9. 1. ἄνδρες ab α. ε. ϑ. et codice Obſopoei abeſt; quem codicem interdum *Pannonicum* appello, cum Obſopoeo, item Harleyano. In enotandis hiſce minutiis aliqua ſum vſus, non acerrima tamen, diligentia circa Auguſtanum primum, circa caeteros nulla. E. c. nusquam annotaui, in Auguſtano quinto ſemper legi ὦ ἀϑηναῖοι ſine ἄνδρες. Inutilis et moleſta et putida eſt diligentia, quae in huiusmodi nugis ponatur, melius ad res maioris momenti conferenda.

3. ὧν νυνὶ σκοπεῖτε.] ſic Pariſina. ſemel monuiſſe ſufficiat, me primo loco Pariſinae editionis lectionem ponere, tum varietates aliorum librorum. ὧν etiam in texto Bauarici eſt, ſed ſuperſcriptum eſt ȣ. In Pariſ. nono et Harleyano eſt ὧν ὑμεῖς νυνὶ σκ. In appendice Francofurtana etiam ȣ eſt annotatum.

6. ἥκει.] γρ. ἥκοι. Pariſ. 9.

Ibid. τȣτον Laud.

7. ὑμετέρας.] ἡμετέρας. η. Aug. ſecundus.

11. ἄνδρες abeſt ab α. et η. Harley. Lock.

13. ὑπὲρ.] περὶ Vlpianum in praefatione comment. dare, annotauit Taylor.

Ibid. αὐτῶν.] αὑτῶν Bau.

15. δή.] δέ. Pariſ. 8. Ald. Taylori.

16. παρασκευάσασθαι etiam in texto Bau. eſt, ſed eadem manus ſuper σα ſcripſit ζε. vt ſit παρασκευάζεσθαι.

vlt. ταὐτὸ Barocc.

10. 3. ἄνθρωπος.] φίλιππος Pariſ. nonus, Harl.

4. τύχῃ.] τύχοι ε. ϑ.

10. 4.

10. 4. ἀξιόπιςος.] conſentit textus Bau. ſed adſcripſit eadem manus in margine ἀξιόπιςα.

8. ὃ δυσμαχώτατον.] ὅπερ δυσμ. Aug. ſecundus, Ald. Felic. ſed ὃ ex Harleyano et Lockerano annotauit Taylor.

9. ὑμῖν.] ἡμῖν. ε. η. θ.

10. ἐκεῖνον.] ἐκείνων Bau. ſed ſuper duabus poſtremis literis ſcripſit eadem manus ον. Variantes omnes Bauarici codicis cum exaratae ſint ab eadem manu, quae reliqua exarauit, ſatis habebo in poſterum dicere, ſuperſcriptum ſic eſſe, nulla de *eadem manu* commemoratione facienda; niſi vbi vſu veniat, vt aliena manus aliquid addiderit; quod locis quibusque nominatim indicabo.

12. τὸ abeſt a Bauarico.

14. πολλῷ.] πολὺ. η. Bauar. ſed correctum id in hoc eſt πολλῷ.

Ibid. ὡς ἄν.] ὡς ἂν Bau. ſed vulgata ſuperſcripta eſt.

15. ποιήσηται.] ποιήσεται Bauar. ſed in margine annotatum eſt ſic. γρ. ποιήσαιτο. quod idem etiam in Weimarano et Felic. reperi. Nunquam, quod obiter hic ſemel admonendum duco, poſthac non iteraturus, de meo γρ. addidi, ſed, ſicubi exhibeo, tenendum eſt, me id ſic ſcriptum in ipſo codice reperiſſe. ποιήσαιτο cum dediſſet Wolfiana, ex Harleyano et Lockerano annotauit Taylor ποιήσηται.

17. πολεμοῦσιν.] πολεμήσουσιν. Pariſ. 8. 9.

18. ἅ τ'.] ἅττ'. Pariſ. 1. 5. ἅτε. 9.

19. αὐτῷ deeſt Harley.

22. πάντα abeſt ab Aug. ſec.

pen. τὰ abeſt ab Ald.

vlt. ἐθρυλλεῖτε.] ἐθρύλλουν. Pariſ. 8. ἐθρύλλουν τέως. Pariſ. 9. Harley. videtur hoc idem voluiſſe Bauarici quoque librarius, qui in margine annotauit. γρ. ἐθρύλλουν τε.

10. vlt.

10. vlt. δεῖν.] δεῖ Pariſ. 1. 9. Ald. P. Manut. ed. Wolf. Aug. ſecundus. Sed δεῖν adſcripſit Taylor ex Harleyano.

11. 1. ταῦτα.] τοῦτο Par. 5. 9. τοῦθ᾽ ὡς appendix Francofurtana, Aldina Taylori, Harley.

2. ὑμῖν.] ἡμῖν. Par. 8. 9. Aug. ſec. Harley.

Ibid. γὰρ abeſt ab Aug. 3.

Ibid. ἡμῶν.] ὑμῶν. α. ed. Wolf. Aug. ſecundus. Sed ἡμῶν Taylor ex Harley. annotauit.

4. ταῦτ᾽.] τοῦτ᾽. Pariſſ. 5. 8. 9. Harley.

Ibid. εἰκὸς.] εἰκότως Aug. ſecundus.

6. αὐτοὺς abeſt a Paris. 8.

8. οὐδὲ παθεῖν.] οὐδὲ δὴ παθεῖν. 9. notabile eſt diſcrimen, quod h. l. in diuerſis exemplis editionis Pariſinae conſpicitur. Duobus vtor eiusdem exemplis, quae cum in plerisque modis conueniant inter ſe omnibus, paucis tamen quibusdam locis diſcrepant, neſcio qui, vt hic, in eo, quod Ioannis Benenati librarii nomen in titulo, thyrſumque angue circumuolutum praefert, lego δεῖ, in altero, quod Michaelis Sonnii nomen cum alio quodam inſigni minus liberali, praefert, lego δή. Locos huic ſimiles, ſi qui poſtmodum occurrent, annotabo. Iudicent peritiores, qui potuerint eiusmodi diſcrepantiae in eandem prorſus editionem irrepere.

9. ταὐτὸ.] ταὐτόν. Pariſ. 3. Meerman. Ald. Paul. Manut. ed. Wolfii. ſed ταῦτα ἅπερ dat Lokeran. Aldina Taylori et Barocc. appendix Francfurt. ταὐτὸ dat, et illa quoque ὃ πολλάκις.

Ibid. πρότερον.] abeſt ab Aug. 2.

12. ὑμᾶς.] ἡμᾶς. Pariſſ. 5. 8. 9. Aug. 1. ὑμᾶς dat Bau. in texto, ſed ſuper prima litera ſuperſcriptum eſt ἡ.

Ibid. πλεῖν.] ἐκπλεῖν Aldina vtraque et Felic. Harley. et Lock. dant ſimplex πλεῖν.

13. καὶ abeſt ab Aug. 1. Bauar. Harley.

11. 14. ὑπὲρ.] περὶ Aug. 3.

Ibid. τῆς εὐβοέων.] τῆς τῶν εὐβοέων Par. 8. Auguſt. ſecundus, Ald. Felic. (v. annotat. Obſopoei ad p. 1. 1.) poſteriorem articulum omiſit Harley. dans ἥνπερ τῆς Εὐβ.

16. καὶ πάντων ἂν ἦτε τῶν μετὰ ταῦτα ἀπηλλ. πρ. Harl.

18. ἕκαςα] ἕκαςον. ε. Auguſt. tert. ſed hic e correctione. videtur ab antiquiore manu veniſſe ἕκαςα. Sed iunior vltimam literam cum ον mutauit.

20. ἑνὶ τῷ πρώτῳ.] ἑνί τῳ (enclitice) πρ. Pariſ. octauus.

21. ἂν abeſt ab Ald. et Laudiano. Sed addit Weimaranus ex eo libro, neſcio quo, quem tertium appellare voluit. Etiam in Leſſingiano additum reperi, et in Aldino Taylorano, nec non Felicianea.

22. νῦν.] νυνὶ. ε. η. θ. Aug. 1. Harley.

Ibid. ἀεὶ.] αἰεὶ. Pariſ. ſec.

24. καὶ ηὐξήσαμεν.] copulam omittunt Pariſ. 8. 9. Bauar. Auguſt. primus, ſecundus et tertius, Harley. Locker.

25. κατεςήσαμεν.] καθεςήκαμεν Locker.

Ibid. οὐδεὶς πω βασιλεὺς.] Sic etiam Bau. in texto dat, ſed ſuperſcriptum eſt οὐδεὶς πώποτε β. hoc idem dat Aug. tertius quoque. οὐδεὶς ποτε dat Pariſ. pr. Lock. Ald. Tayl.

26. δὲ.] δὴ Bauar. νῦν δὲ δὴ καιρὸς Locker.

27. cum in Wolfiana ita ſit diſtinctum τὶς; οὗτος — annotauit Taylor in Lockerano ſic eſſe diſtinctum τὶς οὗτος;

pen. προτέρων.] πρότερον Pariſ. pr. codex Obſopoei, cui id videtur magis atticum et demoſthenicum. dat idem Felic. et in Bauarico ſuperſcriptum eſt. teſte Mountenego idem eſt in Voſſiano et Laudiano.

vlt. δοκεῖ.] δοκοῖ Harley.

12. 1.

12. 1. ὑπηγγμένων.] ὑπηρετημένων Bauar. in texto, ſed vulgata ſuperſcripta eſt. eadem lectio ὑπηρετημ. eſt in appendice Francfurtana et Aldina Taylori.

2. ὅμως deeſt Harley.

3. πολλὰ ἀπολωλεκέναι.] πολλὰ ἁπλῶς ἀπολωλεκέναι Aug. ſecundus.

4. τὸν abeſt ab α. ε. η. θ. Aug. ſecundo, Harley.

5. πάλαι.] πάλιν. α. Auguſt. ſecundus, Locker.

6. τε.] δὲ Ald. Tayl.

Ibid. ἡμῖν abeſt a Meermanniano.

7. cum in Wolfiana eſſet βελόμεθα (Frankfurtana certe) annotauit Taylor in Lockerano eſſe βελώμεθα (in coniunct.)

9. χρημάτων.] κτημάτων. η.

11. ἔχει.] ἔχῃ Aug. tert.

12. συναναλώσε.] συναναλώσεται. η. συνανήλωσε Bau. ſed ſuper η ſcriptum eſt α.

14. παρὰ.] περὶ Aug. primi ſupplem. ſaepiſſime ab ignaris et oſcitantibus librariis hae duae praepoſitiones inter ſe permutantur.

16. προϋπαρξάντων.] τῶν ὑπαρξάντων Harl. πρὶν ὑπαρξάντων. Barocc. Par. 8. Locker. Ald. Tayl. et codex Obſopoei. quo iudice haec lectio eſt emendatior et γνησιωτέρα.

Ibid. ὡς τὰ πολλά.] verba haec abſunt a Locker. et Bauarico, ſed in hoc ſuperſcripta ſunt ſuper κρίνεται, vt dubites, omiſſane ſint per incuriam, an ſcholium ſint.

18. ἡμᾶς.] ὑμᾶς α. β. γ. θ. Aug. 1. 2. Bauar. Sed ἡμᾶς eſſe in Harley. et ſibi magis placere annotauit Taylor.

Ibid. φροντίσαι.] φροντίζειν β. et in texto Bauar. Sed vulgata ſupra ſcripta. item Aug. 2.

19. ἐπὶ.] περὶ Ald. Tayl. ἀποτρεψώμεθα Harley.

23. ὅποι.] ὅπȣ varietas Wolfiana. ὅπῃ. Paris. 5.

12. 23. γε abeſt ab Aug. tertio, ſed ſupra verſum eſt ſcriptum ab ea manu noua, quae ſcholia adſcripſit; abeſt item a Barocc.

24. ὑμῶν.] ἡμῶν Harley. Locker.

25. δι᾽ ὅν.] δι᾽ ὃ Aug. primi ſupplementum, ſed vulgata ſuperſcripta.

Ibid. ὧν.] ὧν correxit Leſſingianus ὧν Aldinae.

26. φίλιππος.] ὁ φίλιππος Aldina Taylori, Aug. prim. et eius ſupplem.

27. μεθώνην.] καὶ μεθώνην Auguſt. ſecundus.

pen. φερὰς.] φεῤῥὰς Auguſt. 2.

13. 1. εἶτ᾽ abeſt a Pariſ. tertio.

4. Ἰλλυρίας Aldina Taylori.

5. ἀρύμβαν.] ἀρύββαν. Aug. 1. et ſupplem. eiusdem. item Bauar. ſed hic ſuper primo β. erat μ ſcriptum. Ἀρύβαν Harley.

Ibid. ὅποι.] ὅπῃ Ald. P. Manut. et cum in Wolfiana quoque ὅπῃ ſit, annotauit Taylor, in Harley. et Lock. eſſe ὅποι.

Ibid. εἴποι.] εἴπῃ Aug. primi ſupplem. παραλείψω Aldina Taylori. παραλίπω Locker.

6. ἄν τις εἴποι.] τις ἂν εἴποι. Bauar. Meerm. Ald. Felic. ſed Aldina Taylori, appendix Francfurt. et Harl. dant vulgatam. εἴπῃ Locker.

10. πρὸς ἅπαντας abſunt ab Pariſſ. 1. 2. 5. 8. 9. Bauarico, Aug. primo, et eiusdem ſupplemento, ab Aug. ſecundo et tertio, Barocc. Meermanniano, ab indice Aldi, Harley. et Locker. item Aldina Taylori.

Ibid. συζῇ.] Wolf (T. VI. p. 138. ed. Herwag.) pro varia lectione, tacito auctore, affert συτῇ, quod quid ſibi velit, ſi non συνῇ ſignificat, haud intelligo. Appellabo impoſterum hanc Wolfianam varietatem, *indicem Herwagianum.*

12. ἀεὶ.] ἀεὶ. α. 9. Ald.

13. 13. τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν.] τ. ὑ. δεῖν πρ. Aldina Taylori, Barocc. Pariſ. octauus, Aug. ſecundus, τ. ὑ. ὅτι δεῖ πρ. Auguſt. primus, et eiusdem ſupplementum. vnde colligitur, in codd. quibusdam fuiſſe τῶν ὑπαρχόντων οἷ (id eſt αὐτῷ) δεῖ πράττειν. In appendice Francfurt. eſt ἔτι δεῖ.

14. υμεῖς.] ἡμεῖς Aug. primus et ſecundus, Bauar. ἡμῖν index Aldinus, manus vetuſta in Herwagiana Taylori. ὑμῖν index Herwag.

Ibid. ἐῤῥωμένως omiſit Ariſtides, p. 234.

15. σκοπεῖτε.] σκοπεῖσθε manus vetuſta in Herwag. Taylori. Pariſſ. primus, ſecundus, tertius, quintus, ſeptimus, octauus. Bauaricus, Auguſtanus primus, eiusdem ſupplementum, Aug. tertius, Pannonicus Obſopoei, Meermannianus, Aldina poſterior, cui Weimar. annotator adſcripſerat vulgatam, quae eſt in Aldina prima. vulgatam appello lectionem, quam exhibet editio Pariſina. σκοπεῖσθε quoque dat Felic. ſed appendix Francofurtana dat σκοπεῖτε.

Ibid. τελευτῆσαι.] τελευτήσειν Aug. primi ſupplementum.

16. τὶς ὄντως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν.] τίς ὄντως ἐστὶν εὐήθης ὑμῶν ſupplem. Aug. pr. ἡμῶν Locker.

17. ἀγνοεῖ.] ἀγνοεῖται Harley.

Ibid. ἂν.] ἐὰν Pariſ. quintus. ἀμελήσωμεν] ἀμελήσομεν Aug. ſec.

19. ὥσπερ.] ὅνπερ ſupplem. Aug. pr. Ald. Taylori.

22. ὄντω.] ὄντως Bau. πολλῶν praue Harley.

24. ἐβουλόμ. Locker.

26. ἴσως a Locker. abeſt, et ἂν ab Harl. et Aug. ſec.

14. 1. ὑστάτους deeſt Ald. priori, ſed eſt in poſteriore.

3. γε abeſt a Pariſſ. primo, ſecundo, tertio, quinto. Meerm. Aug. tertio, et Bauarico, Lockerano.

5. Φημὶ.] ſic et Bauar. in texto, ſed ſuper η ſcriptum eſt α.

14. 5.

14. 5. δή.] δεῖν Meerm. videtur δ' ἐν voluiſſe, quod appendix Francfurtana dat, et Aldina Taylori.

6. ὑμῖν.] ἡμῖν Pariſ. quintus, Locker.

10. ὀλιγωρήσετε.] ſic et Obſopoei codex et Felic. ὀλιγωρήσοιτε Ald. ambae et Pariſinus tertius, item Laudian.

Ibid. ἡμῖν.] ὑμῖν Pariſ. octauus, P. Manut. Aug. ſecundus.

Ibid. ϛρατεία.] ϛρατιὰ Bauar. Harley. errore, quo Auguſtanus primus paene vbique tenetur.

11. ὑμῶν.] margo Lutetianae, ſine auctore; ὑμῖν Aug. tertius, ſed ſcholiaſtes ſuperſcripſit ἤγουν ὑμῶν.

13. οἰκείαν.] οἰκίαν Bauar. crebro errore.

14. ἀκινδύνως ὁρῶν.] ὁρῶν ἀκινδύνως Aug. ſec.

15. περιέϛαι.] καὶ περιέϛαι Pariſinus octauus, et quia Wolfiana quoque ſic dat, annotauit Taylor, καὶ a Lockerano abeſſe.

16. δή.] δὲ Bauar.

17. τῆς abeſt a Pariſino octauo, et Ald. Tayl.

18. ταῦτα.] τοσαῦτα Locker.

19. χρήματα ὑμῖν.] ἡμῖν χρήματα Harley.

20. ἀνθρώπων abeſt a Pariſino quinto.

22. ἀποδώσετε.] ἀνταποδώσετε codex Obſopoei, Lockeranus.

23. μᾶλλον δ' ἅπαντος.] μᾶλλον δὲ παντὸς Pariſſ. primus, quintus, ſeptimus, octauus, item Aug. ſecundus, Aldina Taylori, Harley. Locker. codex Obſopoei, qui hoc iſto mollius pronunciatu iudicat. μᾶλλον δὲ πάντως Aug. primi ſupplem. vocabula τοῦ πόρου delenda ſibi videri adſcripſerat Taylor.

24. ταῦτ' abeſt a Pariſ. quinto et ſeptimo. εἶναι ταῦτα dat Aug. ſecundus ordine inuerſo.

25. ἡγοῦμαι.] οἶμαι Locker. γὰρ abeſt ab Harl.

27. μίαν σύνταξιν.] μίαν τὴν σύνταξιν Pariſ. octauus, Harley.

14. pen. πραγμάτων λαμβάνετε.] πραγμάτων ταῦτα λαμβάνετε Pariſ. primus et quintus. λαμβάνειν dat Bauar. in texto, cum vulgata ſuperſcripta. ταῦτα λαμβάνειν εἰς Aldina Tayl.

vlt. ἐςὶ δὲ λοιπὸν Ald. Tayl.

15. 1. οἶμαι.] εἶναι Bauar. Ald. Tayl.

2. δὲ.] ſic quoque liber Obſopoei, et Harley. ſed δὴ dant Auguſtanus ſecundus, Pariſ. primus, tertius, quintus. Ald. Paulus Manut. vtramque lectionem dat Bauaricus, δὲ in texto, δὴ ſuper verſu. δὲ abeſt a Barocc.

3. γενέσθαι τῶν δεόντων.] τῶν δεόντων γενέσθαι Meerm.

26. citat h. l. Alexander Rhetor de figuris p. 22.

237. 7. ἔχηθ᾽] praetuli ἄγηθ᾽.

10. τȣ̓ναντίον αὐτὸν ἐχθρὸν] expunxi mediam vocem.

11. citant Harpocr. v. ὀνομάζων. Hermogenes p. 245. τοιȣ̃τόν τι [durum puta aſperumque] καὶ τὸ παρὰ Δημοσθένει ῥηθέν τε ὑμȣ̃, καὶ θεωρηθὲν ὑπ᾽ αὐτȣ̃. λέγω τὸ· ȣ̓ γὰρ τὰ ῥήματα τὰς οἰκειότητας ἔφη βεβαιȣ̃ν. εἶτα ἡ θεωρία· μάλα σεμνῶς ὀνομάζων. locum hunc Hermogenis cum iam recitaſſet Taylor, tamen nil ideo minus recitandum ego quoque duxi, ſed integrum et plenum. Taylor enim mutilatum attulerat, vt intelligi nequiret. citat item Schol. Hermogen. p. 392. 21.

23. πρὸς τȣ̀ς θηβαίȣς] articulum addidi.

24. γενέσθαι] praetuli γεγενῆσθαι.

238. 10. ἀπειθήσῃ τῷ ψηφίσματι τȣ́τῳ, ἔνοχος] praetuli ἀπειθήσῃ τῷδε τῷ ψηφίσματι, ἔνοχος.

238. 12.

238. 12. περὶ δὲ τῶν ἀδυνάτων] militat Taylor pro περὶ δὲ τȣ̃ ἀδυνάτȣ. cuius vtique auctores ſunt multi et boni, et in his Aug. pr. nolim tamen ideo vulgatam damnare, cuius quae ſit labes, equidem haud intelligo, ſiue ἀδυνάτων pro maſculino, ſiue pro neutro accipiatur. dixerat modo ἀδύνατόν τι. ſunt ergo plura ἀδύνατα, quorum de ſingulis quibusque iudicare, vtique eſt περὶ τῶν ἀδυνάτων iudicare. Pari modo p. 262. 23. legitur πολλὰ δὴ τὰ ἀδύνατα συνέβαινεν. Sunt autem τὰ ἀδύνατα cauſae improuiſae, aut humanae voluntati non obnoxiae, coeptis tuis peragendis, aut muniis obeundis intercedentes. breuiter, excuſationes legitimae et honeſtae. Poſſit περὶ τȣ̃ ἀδυνάτȣ etiam in genere maſculino acceptum ſic reddi, de eo, qui inualidus, impar gerendo muneri ſit, nec ne ſit. Strategus ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων commemoratur, quia alius adhuc ſtrategus erat ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως. praetor ille caſtrenſis erat, in cauſis militaribus. hic praetor aerarii.

14. citat h. l. Harpocr. v. γραμματεὺς. Scriba ſenatus nominatur, quia populo quoque ſuus erat.

18. Ἄφιδνα] correxi Ἄφιδναν.

21. ἐπηγγείλαθ᾽] praetuli ἐπηγγέλλεθ᾽ in imperfecto, quia tempus idem modo praeceſſit. Sed αὖ τὴν ἐπιςολὴν ſeruaui, tametſi Marklandi coniecturam αὐτὴν τὴν ἐπιςολὴν ab Aug. confirmatam reperirem. nam vulgata bene habet. αὖ h. l. eſt *etiam, ex altera parte, contra.* vt auctoritatem Calliſthenis modo recitaſti, ſcriba, ita iam Philippi *quoque* literas recita. Eſt etiam αὖ pene idem atque μετὰ ταῦτα. et ſaepe iſta αὖ μετὰ ταῦτα vt finitima inter ſe atque conſentanea copulantur.

vlt. εἰς αὐτὰ] duo haec vocc. addidi.

239. 2. ἀκȣ́ων δὲ καὶ ὑμᾶς] deleui copulatiuam.

239. 4. *μὴ πλεῖον*] interpoſui *ἐπὶ*. plus, quam par eſt, vel expedit. nam idem eſt atque ſi dixiſſet *ἐπὶ πλεῖον, ἢ προσήκει*, vel *ἢ συμφέρει*.

6. *ὅμως* Marklandi blanditur quidem prima ſpecie, verumtamen vulgata nihilominus bene habet, et eodem tendit. pace mecum contracta, copiis infeſtis contra me in aciem eductis proceditis, et caſtra mea, quoquo eunt, veſtris e regione proſequimini, non ſecius, atque faciebatis bella aperta mecum gerentes. ſimilis eſt locus p. 263. 18. vbi miror Marklandum non item *ὅμως* ſuaſiſſe.

10. Marcellinus ad Hermog. p. 212. *εἰ δὲ μηδ' αὐτὴ ἡ ἐξέτασις ἡμῖν συμβάλληται, ἡ τῆς διανοίας, ἐπὶ τὴν διαβολὴν τῆς γνώμης, ἐπειδὰν καιρὸν ἔχωμεν, τρεψόμεθα. καθάπερ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου, παρεχόμενος Φιλίππου ἐπιστολὴν ἔφη· ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, ὡς σαφῶς δηλοῖ καὶ διορίζεται* — Scholiaſtes anonymus ad Hermog. p. 402. *κατὰ λέξιν ποιεῖ ἐνάργειαν τὰ πληκτικὰ τῶν ὀνομάτων καὶ τὰ σημαντικά. οἷον· ὁρᾶτε, ὡς σαφῶς διορίζεται καὶ δηλοῖ.*

16. Dictio *ᾤχετο αὐτοὺς λαβὼν* tam crebro legitur apud Demoſthenem aliosque, vt mirum ſit, potuiſſe viros doctos in ea errare. Sententia eius haec eſt. Progreſſus eſt Philippus vlterius. Thebanos Theſſalosque, velut turbo omnia coram ſe agens, propellens, ruens et rotans, egit, quo voluit, obtorto collo, praecipites, occoecatos, dementatos, vt malorum ſibi imminentium nil praeuiderent. v. p. 347. 10. aut eſt ſimile ductum de eo, qui ſubito, per vim correptum, ſublatumque in humeros auffert, quo vult, inuitum et vociferantem.

26. citat h. l. Alexander de figuris, capite de ironia p. 44.

240. 2. *οὓς αὐτίκα μᾶλλον ἁρμόσει λέγειν ἴσως*] praetuli hunc ordinem. *οὓς αὐτίκα μάλα ἴσως ἁρμόσει λέγειν.*

λέγειν. mallem tamen nunc μᾶλλον a me non eſſe repudiatum. poteram ſic dare. ἐς αὐτίκα μάλα ἴσως μᾶλλον ἀρμ. λ.

240. 7. μισθωσάντων ἑαυτοὺς τῷ Φιλίππῳ, καὶ οὐδὲν] duo vocabula, tertium cum quarto, expunxi.

10. citat h. l. Alexander Rhetor p. 28. in capite περὶ ἐπιμονῆς. et Phoebammon p. 132. qui genus tautologiae facit διάφορα ὀνόματα σημαίνοντα τὴν αὐτὴν διάνοιαν, ὑπὸ δὲ τὴν αὐτὴν πτῶσιν, ὡς τὸ φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα ἡγοῦντο.

12. αὐτοῖς. καὶ οὐδὲ] ſuſtuli copulam.

23. τότε πάντες] praetuli, vt fortius et elegantius, ex Hermogene τότε δὴ, τότε πάντες.

27. Hermogenes p. 243. αἱ μετρίως μὲν οὖν ἔχουσαι τροπαὶ τοιαῦταί εἰσιν. εἰ δ᾽ ὑπερβαίνοιεν τι τοῦ μετρίου, τραχύνουσι τὸν λόγον. οἷον· αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν. διὸ καὶ ἐξηγήσεως αὐτῷ ἐδέησε, τὸ γάρ· τῶν μὲν ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν, δωροδοκούντων, καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦ ἐνόσουν ἐστὶν ἐξηγητικά.

241. 1. τῶν δ᾽ ἰδιωτῶν καὶ πολλῶν] diuerſi ſunt οἱ ἰδιῶται et οἱ πολλοί. Magiſtratus qui geſſerunt, etiam multos, aut gerent, nunc tamen, cum extra functionem, hoc eſt, priuati ſunt, et otiantur, ἰδιῶται ſunt, tametſi non propterea τοῖς πολλοῖς, plebi, miſcellaneae, inconditae multitudini, popello accenſendi ſunt. οἱ πολλοὶ autem nunquam ſunt ἰδιῶται, neque erunt, neque poſſunt eſſe, quia nullos honores gerunt, nullamque partem reip. attingunt, niſi in concione, ferendis ſuffragiis.

3. τοιοῦτόν τι] praetuli τοιουτονί τι.

13. εἰκότως addidi.

20. ἀποδομένων] praetuli ἀποδεδομένων, exiſtimans, ἀποδέδομαι ſignificare *vendidi*. quod rectumne ſit, an falſus memoriae fuerim, haud licet definire. fieri poſſit, vt graeci aoriſtum ſecundum medium ἀπεδόμην et ἀποδόμενος alligarint ad ſignificandum *vendidi*,

et is, *qui vendidit.* ἀποδέδομαι autem et ἀποδεδομένος ad ſignificandum *venditus ſum*, et *homo venditus.* Retractans nunc longo tempore poſt illa mea auſa demoſthenica, incipio nonnunquam vereri, ne feſtinatio me paſſim locorum praecipitem egerit.

241. 24. Hermogenes p. 266. 3. citat h. l. et p. 295. vbi de diſcrimine τῆς παρισώσεως et τῆς ἐπαναφορᾶς loquitur. αἵ τε οὖν παρισώσεις καλλωπίζουσιν, ὥσπερ ἐλέγομεν, καὶ αἱ κατὰ κῶλον ἐπαναφοραί. οἷον· μέχρι τούτου Λασθένης — μέχρι τούτου Τιμόλαος — Ponam hic locum e ſcholiaſta ad Hermogenis librum περὶ ἰδεῶν, non quo lectores ex eo ſcitu digna diſcant, ſed quo intelligant hoc e ſpecimine, quam miſeris et quam difficilibus nugis bonus Hermogenes oneratus ſit. quamquam hic anonymus in hunc de formis librum ſcholiaſtes ſequioris et generis et aetatis eſt, nulloque modo cum Marcellino caeteriſque vetuſtioribus et melioribus commentatoribus comparandus. p. 397. ergo cum multis, et vltra, quam par eſſet, ſubtiliter diſputaſſet, ad rem obſcurandam, quam ad illuminandam accommodatius, in illo demoſthenico μέχρι τούτου Λασθένης obtinere ἀκμὴν, compoſitam ex ἀκμῆς καὶ λαμπρότητος, tandem ſubiicit haec. φησὶν οὖν, ὅτι οὐ τοῦτο λέγω, ὅτι λαμπρότης καὶ ἀκμὴ συνελθοῦσαι ποιοῦσιν ἀκμήν· (ἡ γὰρ ἀκμὴ καθ' αὑτὴν οὐ συνέστηκεν.) ἀλλ' ἐκ σφοδρότητος καὶ λαμπρότητος, καὶ τραχύτητος σύγκειται. ὥστε οὐχ ἁπλῶς δεῖ λέγειν, ἐκ λαμπρότητος καὶ ἀκμῆς τὴν ἀκμὴν συνεστάναι, ἀλλὰ λαμπρὸν ἐν ταυτῷ καὶ ἀκμαῖον εἶναι τὸ μέχρι τούτου Λασθένης. λαμπρὸν μὲν διὰ τὴν λαμπρὰν ἔννοιαν, ἀκμαῖον δὲ διὰ τὰς τῆς σφοδρότητος καὶ τραχύτητος ἐννοίας, καὶ τῆς λαμπρότητος τὴν μακροκωλίαν. ἐξ ὧν ἡ ἀκμὴ — εἰ γὰρ ἁπλῆ οὖσα ἡ ἐπαναφορὰ κάλλος ποιεῖ τῷ λόγῳ, [pulchritudinem orationi per ſe conciliat epanaphora, etiamſi aliud nihil ad eam acceſſiſſet; eſt autem epana phora

phora, particula *μέχρι* ter iterata] *πολλῷ μᾶλλον διπλῆ κατὰ συζυγίαν γενομένη.* [quanto maiorem addet pulchritudinem duplicata per ſyzygiam, ſeu coniugationem, haec epanaphora. hoc eſt *μέχρι* toties cum *ἕως* copulatum.] *τὸ γὰρ μέχρι καὶ μέχρι, καὶ ἕως καὶ ἕως κατὰ συζυγίαν τὴν ἐπαναφορὰν ἔχει.* eiusmodi diſputationes, tenebris ſeculorum ſcholaſticorum dignae, captum meum ſuperant. Alexander Rhetor p. 62. *πεποίηκε δὲ Δημοσθένης καὶ διπλῆν ἐπαναφορὰν, ἐπί τε τῶν προηγεμένων κώλων τὸ αὐτὸ μόριον λαμβάνων, καὶ ἐπὶ τῶν ἑπομένων. μέχρι τούτου* etc. *τῶν μὲν γὰρ πρώτων κώλων τὸ* ΜΕΧΡΙ *ἄρχει μόριον, τῶν δὲ δευτέρων τὸ* ΕΩΣ.

27. citat h. l. Harpocrat. v. *Εὔδικος* et *Σιμὸς* et *Περίλλος.* (v. p. 242. 2.) nam ſic exaratum ibi legitur.

242. 7. *τούτων*] praetuli *τούτους.* per, vel propter hos, quos per contemtum *τοὺς πολλοὺς*, *plebem*, appellitatis, ſalui eſtis, per plebem atticam, et per nos, oratores, veſtris machinationibus obſtantes.

10. *ἀπολώλατε*] praetuli *ἀπολώλειτε* (in plusquamperf.)

13. citat h. l. Harpocrat. v. *ἑωλοκρασία.*

18. *τε*] praetuli *γε.* citat h. l. Alexander Rhetor p. 36. in cap. *περὶ ἐπαναλήψεως.* his verbis. *πολλάκις δὲ καὶ ταὐτὰ* [eadem vocabula] *καὶ πολλάκις ἐπαναλαμβάνεται. ὡς Δημοσθένης· καίτοι φιλίαν τε καὶ ξενίαν* — ad *πόθεν λαβόντι;*

20. Hermogenes p. 347. *θαυμασμοῦ δὲ παράδειγμα. οἷον· ἐγὼ σοι ξενίαν Ἀλεξάνδρου καὶ τὰ ἑξῆς.*

23. Rurſus Hermogenes p. 319. 1. *μέθοδός τις αὕτη ἀφελείας τὸ πλεονάζειν τοῖς κατὰ μέρος ἐπεξιόντας. ἐπεὶ καὶ τὸ, εἰ μὴ καὶ τοὺς θεριστὰς καὶ τοὺς ἄλλο τι μισθοῦ πράττοντας, εἰ ἀφέλοι τις τὸ ἀόριστον,* [aliud quodcunque] *ἐπιμεῖναι δὲ τοῖς κατὰ μέρος, ἀφελῆ ποιήσει τὸν λόγον. οἷον, εἰ οὕτω λέγοι· εἰ μὴ καὶ τοὺς*

θεριστὰς, καὶ τοὺς σκαπανέας, καὶ τοὺς ἀμαλλοδέτας, καὶ τοὺς ποιμένας, καὶ τοὺς νομέας. εἰ γὰρ οὕτως ἐπιμείναι τις τοῖς κατὰ μέρος, πάνυ ἂν ἐργάσαιτο ἀφελῆ τὸν λόγον.

242. 25. poſt ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, addidi iteratum οὐκ ἔστι.

26. μισθωτὸν] in Aug. primo vocabulum hoc hic loci accentu prorſus carebat, quod videtur de conſilio deliberato factum. verſu 1. autem p. 243. ſuperſcriptus erat ſecundae literae, τῷ ι. vt reddidi.

pen. Ariſtides de C. D. ἔμφασιν δέ σοι καὶ ἐρωτήσεις ποιήσουσιν· ὡς ἐν τῷ περὶ στεφάνου· εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἐρώτησον αὐτοὺς etc. ad ἢ ξένος εἶναι Ἀλεξάνδρου.

243. 6. Conſtruenda ſunt vocabula ſic, ac ſi hoc modo ſtarent. δίκαιός εἰμι τυγχάνειν καὶ τούτων τῶν δωρεῶν, τῶν προβεβουλευμένων, καὶ ἄλλων, ἔτι μειζόνων, ἢ αὗταί εἰσιν.

7. αὐτὴν] praetuli ταύτην.

10. Charon nomen eſt notum, minus notum Chaeron. at fuit tamen. ergo, vt a Charone, Charonides profectum eſt nomen, quod, ſyncope dorica vtentes, Charondas pronunciarunt, ita a Chaerone quoque Chaeronidem, et porro Chaerondam effecerunt.

17. καινοῖς] ſubaudi εἰς τὴν σκηνὴν εἰσιοῦσιν.

20. τὸν δῆμον τῶν ἀθηναίων] poſteriorem articulum mutaui cum iterato τόν.

23. ψευδῆ] quae Cteſiphon de laudibus Demoſthenis praedicarat. Syrianus ad Hermogen. p. 79. 29. χρὴ δὲ τοὺς μετὰ τέχνης ἐργάζεσθαι τοὺς λόγους ἐπιχειροῦντας ταῖς ἀποδείξεσι συμπλέκειν τὰς ἐπιφορὰς, ἀλλὰ μὴ ἔξω τοῦ προκειμένου δικάζειν. [num ἀλυσκάζειν, errare, vagari.] εἴπερ μὴ μέλλοιμεν τὸ τοῦ Αἰσχίνου παθεῖν, καθ' ἑαυτῶν, φασὶν, [vt eſt in prouerbio] ἀλώμενοι κόνιν. [fort. ἀμώμενοι. congerentes, coaceruantes.] καὶ γὰρ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος, οὐκ

ἀρκε-

ἀρκεσθεὶς παράνομον δεῖξαι τὸ γραφὲν κατὰ [non *aduerſus*, ſed ſimpliciter *de*] Δημοσθένους ψήφισμα, [tametſi vtique *τὸ γραφὲν ὑπὲρ Δημ.* mallem, perſpicuitatis ſaltim gratia, et ne dubium ſuperſit] *ἀλλὰ προσθεὶς, ὡς οὐδὲ ἄξιος στεφάνου ὁ Δημοσθένης, πρόφασιν τῷ ἀντιδίκῳ τῆς τῶν οἰκείων πολιτευμάτων διεξόδου κεχορήγηκεν ἄφθονον. εἰ δὲ περὶ μόνον ἔστη τὸ κρινόμενον,* id quod fuit hoc, num Cteſiphontis auctoritas; iuri ciuili repugnet.] *θᾶττον ἂν εἷλε Δημοσθένην Τιμάρχου.*

243. 25. *γραφὰς*] vocabulum hoc in ſenſu, minus quidem vſitato, verum ad originem et naturam verbi *γράφειν* propius accedente, accipiendum eſt, pro ſcripto quocunque, cuiuscunque generis, vel argumenti, non eo ſenſu, quo paene ſolo vocabulum hoc in oratoribus atticis vſurpatum occurrit, quaſi alium vllum ſenſum capere nequiret, ſcil. pro accuſatione.

Ibid. Syrianus ad Hermogen. p. 302. *τὸ νόμιμον πλατύνεται τῇ τε γνώμῃ τοῦ νομοθέτου, καὶ τοῖς περιστατικοῖς μορίοις, καὶ ἑτέροις νόμοις. ὥσπερ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου τὸ νόμιμον διὰ νόμων ἑτέρων ἐπλάτυνεν. ἔθηκε δὲ τὸ νόμιμον ἐξ ἀρχῆς,* [in principio.] *οὐ γὰρ, ὡς ἕτεροί φασιν, ἐν μέσῳ τοῦ λόγου. ἀφ' οὗ γὰρ τὴν πολιτείαν τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν πρὸς τὸν δῆμον εὔνοιαν ἐξετάζει, οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ, ἢ τὸ νόμιμον κατασκευάζει. τοῦ γὰρ Αἰσχίνου τὸ Κτησιφῶντος ψήφισμα παρὰ τρεῖς γεγράφθαι λέγοντος νόμους, πρῶτον μὲν, ὅτι ψευδῆ γέγραφε περὶ Δημοσθένους γράμματα, γράψας, ὅτι εὔνους. νόμος δ' ἐστὶν ὁ κωλύων ψευδῆ εἰσφέρειν γράμματα. δεύτερον δὲ, μὴ ἐξεῖναι στεφανοῦσθαι ἐν θεάτρῳ, ἀλλ' ἐν Πνυκί. τρίτον, τὸν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦσθαι. πρῶτον ἐξετάζει Δημοσθένης περὶ τοῦ μὴ ψευδῆ γράφειν νόμον, καὶ δείκνυσι διὰ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας, τήν τ' εὔνοιαν, καὶ ὡς οὐ ψευδῆ γέγραφε Κτη-*

 σιφῶν,

φιφῶν, ἀλλ' ὅτι μάλιϛα ἀληθῆ. ἀφ' ȣ̃ γȣ̃ν τῆς ἑαυτȣ̃ πολιτείας ἄρχεται τόπȣ, καὶ τῆς εὐνοίας ἀπ' ἐκείνȣ τὴν ἐξέτασιν ποιεῖται· ἐπιδείκνυσι γὰρ, ὡς ȣ̓ παράνομον τὸ ψήφισμα τȣ̃ Κτησιφῶντος, μὴ περιέχον ψευδῆ γράμματα περὶ Δημοσθένȣς, ὡς εὔνȣς [ſcil. ἐϛὶ] τῇ πόλει ἀλλ' ἀληθῆ. ζηλώσωμεν ȣ̃ν τὸν Δημοσθένην τὸ νόμιμον πλατύνοντες, καθάπερ ἐκεῖνος ἐν τῷ περὶ ϛεφάνȣ, καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀριϛοκράτȣς, καὶ πρὸς Λεπτίνην.

243. 26. ἐϛὶ Δημοσθένης] interpoſui δὲ.

Ibid. citat h. l. Pollux I. 161. v. τειχοποιὸς.

pen. ἐπὶ τῶν θεωρικῶν] praetuli ἐπὶ τῷ θεωρικῷ, ſcil. ἀργυρίῳ.

Ibid. ἔτι δὲ] adde e praemiſſis tacita cogitatione ȣ̓κ ἐόντων τῶν νόμων.

244. 1. τραγῳδῶν τῇ καινῇ.] ſcil. ἐπιδείξει, vel ἀγωνίᾳ, aut εἰσόδῳ εἰς τὴν σκηνὴν, aut εἰσαγωγῇ, aut διδασκαλίᾳ. In Aug. pr. eſt τραγῳδῶν καινῶν. vbi ἐπιδεικνυμένων, aut ἀγωνιζομένων ſubauditur. alii dant τραγῳδοῖς καινοῖς, quod idem eſt, atque cum genitiuo. nam datiuus quoque graecis in vſu perinde, atque latinis, ablatiuus, conſequentiae, vel abſolutus dictus.

Ibid. ἀλλ', ἐὰν μὲν] id eſt ἀλλὰ κελευόντων τῶν νόμων, ἐὰν μὲν —

3. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] in concione, plebe congreſſa. Non poſſunt haec tria vocabula omitti. non enim ſufficit a lege locum coronationis indicari; neceſſe quoque erat, vt tempus definiretur. num in foro vacuo hominibus? nequaquam, ſed tum, cum forum refertiſſimum eſt, vt res promulganda ad notitiam quam plurimorum perueniat.

11. τȣ̃ μὲν ȣ̃ν] conſtructio haec cum genitiuo plana via et inoffenſo pede ad metam periodi decurrit, eoque ſeruanda videtur. qui codices autem τὸ (in nominatiuo) dant, hi neceſſe faciunt, vt ſuſpicemur, vetuſtis in libris pone ἐπὶ τȣ́τοις, adhuc exhibuiſſe

haec

haec duo vocabula, quibus libri noſtri carent, *ὁποῖόν ἐςι. quale ſit.*

244. 15. *εἶναί μοι νομίζω*] ſubaudi *περὶ τέτων.* pronomen *μοι* addidi.

20. *καὶ τἔτο*] malim *καὶ κατὰ τἔτο. etiam hactenus.* idem eſſe mihi comminiſcor, ac ſi dixiſſet *ἡγοῦμαι καὶ κατὰ τοῦτο κοινωνεῖν τοῖς πεπολιτευμένοις τὴν ἐξέτασιν, εἴτε ἄξιός εἰμι τἔ ςεφάνε, εἴτε καὶ μή.* cum diſcuſſione vitae a me in republica geſtae autumo etiam hac ex parte connexam eſſe inquiſitionem, dignus corona ſim, nec ne. Planius vtique dixiſſet. Quaeſtionem, dignus, an indignus corona ſim, ſi exhaurire et penitus definire velimus, neceſſe autumo eſſe, vt hac quoque ex parte vita mea publice acta ſpectetur.

22. *ἐν τέτοις*] *in concione. ἕτοι* Demoſtheni ſaepe ſunt plebeii, populares. honore in horum congreſſu, in Pnyce, plena concione, in me conferendo, magnum erat in oculis vniuerſae ciuitatis Athen. honorari. Hoc tam parui faceret Demoſthenes, vt praeteriret?

23. Hermogenes p. 430. *ὅταν δὲ τὲς νόμες κλέπτῃ* [veras, ab aduerſario oppoſitas, iudicibus et coronae ereptum it, falſas autem, commentitias ſubiectum] *ἁπλότητα προσποιεῖται, λέγων ἔτως· ἔτι μέντοι καὶ τὲς νόμες δεικτέον εἶναί μοι δοκεῖ. ὡς παρέργε μνημονεύων τἔ ἰσχυρἔ τῷ ἀντιδίκῳ.*

26. Alexander Rhetor p. 20 *προδιόρθωσίς ἐςιν, ὅταν μέλλωμέν τι τοιἔτον λέγειν, ὃ δεῖταί τινος θεραπείας, ὥςε μὴ χαλεπῶς αὐτὸ προσδέξασθαι τὸν ἀκροατήν. καὶ προθεραπεύομεν αὐτὸν, ὡς ἔχει τὸ δημοσθενικόν· βαδιἔμαι δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὰ* — ad *καὶ λόγες ἐμπέσω.*

245. 4. *τῇ γραφῇ*] id eſt *τῇ ἐξετάσει καὶ ἐξελέγξει τῆς σῆς γραφῆς.*

245. 5. interpretem huius loci velut aget initium epiſtolae tertiae.

8. Hermogenes p. 283. ἔτι ἐφέλκονται νοήματα καὶ οἱ μερισμοί. οἷον· ἃ μὲν οὖν πρὸ τοῦ πολιτεύεσθαι — διεκωλύθη, ταῦτα ἐρῶ.

13. Hermogenes p. 260. τοιοῦτόν ἐστι [ſplendidum quidem, at fracti tamen et interrupti ſplendoris] καὶ τό· Πλεονέκτημα, ὦ ἄ. Ἀ. μέγα ὑπῆρξε Φιλίππῳ παρὰ τοῖς ἕλλησιν, οὐ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσιν. διέκοψε γὰρ καὶ οὐκ εἴασε φανῆναι τοῦ λόγου τὸ ἄγαν λαμπρὸν, τῇ διακοπῇ καὶ ὑποστροφῇ. Ariſtides de D.C. p. 190. κατὰ δὲ ἀπαγγελίαν γίνεται σεμνότης, ὅταν τις ὀνοματικαῖς χρῆται ταῖς λέξεσιν ἀντὶ ῥηματικῶν· οἷον· πλεονέκτημα, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, μέγα ὑπῆρξε Φιλίππῳ. Scholiaſtes ad Hermogenis ſuperiorem locum. παρὰ γὰρ τοῖς ἕλλησιν, τὸ οὐ τισὶν, ἐστὶ διακοπὴ, τὸ δὲ ἀλλὰ πᾶσιν ἐστὶν ὑποστροφή. σημείωσαι δὲ, ὅτι πάντα τὰ ἀξίωμα ἔχοντα πράγματα, ἱκανὰ μέντοι ἀνθρώπῳ πραχθῆναι, ἢ κατ᾽ ἀναίρεσιν εἰσαγόμενα, ἢ κατ᾽ ἀποστάσεις, ἢ ἀσυνδέτως, καὶ μὴ διακοπτόμενα, ἀλλὰ καθόλου διὰ μακρῶν προφερόμενα κώλων, τὴν λαμπρότητα μάλιστα ἀπεργάζεται.

18. duo vocabula ὁ Φίλιππος addidi.

246. 1. Hermogenes p. 256. διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα σχήματα ἐπὶ τῶν οὐκ ἐπιδεχομένων ἀντίῤῥησιν παραλαμβάνεται. οἷον· ἀλλὰ τί ἐχρῆν, Αἰσχίνη, τὴν πόλιν ποιεῖν, ἀρχὴν καὶ τυραννίδα τῶν ἑλλήνων ὁρῶσαν ἑαυτῷ κατασκευαζόμενον Φίλιππον. πότερον ἐχρῆν αὐτὴν, Αἰσχίνη, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν — Δολόπων τάξει. καὶ τὰ ἑξῆς. Conſtat, Hermogenem, e memoria recitantem, duos diuerſos locos conſarcinaſſe, hunc puta, cum eo, qui huius paginae in fine legitur. Item p. 267. κατὰ δ᾽ αὖ σφοδρότητα αἱ ἀποστροφαὶ δηλονότι καὶ οἱ ἔλεγχοι ποιοῖεν ἂν τὴν ἀκμήν. οἷον· πότερον ἐχρῆν αὐτὴν, Αἰσχίνη, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν etc.

246. 21. *κατὰ τῶν οὐκ ἐναντιωθέντων*] addidi particulam inſitiantem. quamquam non miror, eam a vulgata multisque codicum abeſſe. Nam e vulgata quoque ſententia exſiſtit, tametſi minus bona, tolerabilis tamen, praeſertim ſi *ὅμως* omittatur, quod codices nonnulli omittunt, aut ſi ſic diſtinguatur, vt eſt in Bauarico diſtinctum. *λυπήσας ὅμως· ἦν ἄν.* vnde ſuſpicor, quibusdam in libris *ὅμως* fuiſſe exaratum, quod ſine *οὐκ* eſſe nequit, in aliis *ὅλως*, quo admiſſo, facile *οὐκ* abeſſe poteſt. Qui codices *ὅλως*, *prorſus, omnino*, darent, hi videntur ſic interpunxiſſe *λυπήσας ὅλως, ἦν ἄν.* vnde haec exit ſententia. Si Philippus, ſemel victor factus, graecorum prorſus neminem poſthac laeſiſſet, iuſta fuiſſet eos reprehendendi cauſa, qui ei aduerſati eſſent, eumque armis infeſtis inſectati, virum tam bonum, tam iuris aequi pacisque amantem, cuius facinora ſuperiora omnia ſoli gloriae atque principatus ſtudio deberentur. Sed facile paret, hanc ſententiam, a qua *οὐκ* abeſt, multum cedere alteri, quae *οὐκ* habet; et hanc poſteriorem ita cum oratoris mente conuenire, vt illa prior abhorret. Quanto planior haec eſt ſententia. Etiamſi Philippus poſtmodum paci iuſtitiaeque ſeruiſſet, tamen culpa ideo non vacarent, qui ambitioni et cupiditati eius haud obſtitiſſent.

247. 1. Sopater ad Hermogen. p. 310. *τέταρτον* [ſcil. *ἐγχείρημα*, argumentum ad fortitudinem bellicam adhortandi] *ἀφ' ὧν οἱ πολέμιοι ὑπέμειναν, καὶ ἃ θαυμάζουσι, καὶ δι' ἃ πολλοὺς πόνους ὑφίσανται, ὑπὲρ τούτων καὶ ἡμᾶς ἀγωνίζεσθαι συμφέρει. ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου· τί ἔδει με τῇ πόλει συμβουλεύειν κινδύνων περιστάντων; καὶ τοῦτο κατασκευάζων, ἐκ τοῦ Φιλίππου τὰς ἀφορμὰς ἔλαβεν, εἰπών· ἑώρων δὲ τὸν Φίλιππον* [v. verſu 9.]

2. *ὃς συνήδειν ἐκ παντὸς μὲν τοῦ χρόνου*] reuocaui *μὲν* ad *συνήδειν*.

247. 3. ἀφ᾽ ἧς] a qua die coepi in hunc ſuggeſtum aſcendere. ἐφ᾽ ἧς, quod Taylor praefert, hanc ſubiiceret notionem. qua die in ſuggeſtum aſcendi, ad quem nunquam deinceps redii.

8. ἑλλήνων, οἱ τὰ ὑπὲρ] duo vocabula οἱ τὰ, vna cum commate, ſuſtuli.

10. πρὸς ὃν ἡμῖν] praetuli πρὸς ὃν ἦν ὑμῖν.

11. locus celeberrimus et citationibus contritus. κλεῖν h. l. vſurpaſſe Demoſthenem, non κλεῖδα, admonet Herodianus poſt Phrynichum Pauwii p. 204. et poſt Moerin Pierſoni p. 467. Plutarch. Moral. p. 739. 12.

12. ὅ τι βȣληθείη] interpoſui ἂν.

14. τῷ λοιπῷ] id eſt ἐν τῷ λ. aut μετὰ τȣ̃ λοιπȣ̃ σώματος. in corpore, quod reliquum ſibi eſſet ab illorum membrorum iactura.

20. εἰς νȣ̃ν] interpoſui τὸν. τȣ̃το redit ad τὸ ἄρχειν ἑλλήνων.

24. ἐθέλοντας] dedi barytone ἐθελοντὰς, a nominatiuo ἐθελοντής.

27. δικαίως] opponit hoc v. ἀδικῶν.

pen. malim καὶ τȣ̃τ᾽ ἐποιεῖτε. et hoc faciebatis vos quidem.

248. 3. bis citat h. l. Alexander Rhetor, ſemel p. 44. in capite περὶ παραλείψεως, de ficta vel ſimulata omiſſione. tum p. 72. in cap. de aſyndeto.

5. citat h. l. Harpocr. v. Πεπάρηθος.

7. εἰς ἔχθραν] Philippi puta, quod nomen aegre videtur poſſe omitti.

8. τȣτȣσὶ] hos, ciues Athenienſes, plebem.

10. πᾶν addidi.

12. Hermogenes p. 184. ταῦτα μὲν ȣ̃ν κῶλα ἐςὶν· ἀλλ᾽ ὁ τὴν Εὔβοιαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος, καὶ κατασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν ἀττικήν. εἶτα ἐπιφέρει κόμματα. καὶ καταλαμβάνων Ὠρεὸν, καὶ κατασκάπτων Πορθμόν.

πορθμόν· εἶτα διαδέχεται κῶλον πάλιν· καὶ καθιςὰς ἐν μὲν Ὠρεῷ Φιλιςίδην τύραννον. εἶτα κόμμα πάλιν· ἐν δ' Ερετρίᾳ Κλείταρχον· ἢ κῶλον ἐπῳδῷ ἴσον· καὶ καθόλε τὸ πνεῦμα τέτοις συνέχεται. Idem p. 266. ἀπορήσειε δ' ἄν τις ἐκ τέτων εἰκότως, ποῖόν ἐςι — τὸ· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος — καὶ ὅσα τοιαῦτα, πότερον ἀκμαςικὰ, ἢ λαμπρά ἐςιν, ἢ τὸ συναμφότερον. ὃ καὶ μᾶλλον. Denique p. 309. περιβολὴ δὲ μᾶλλον γενήσεται, ἢ γοργότης. οἷον· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν — Alexander Rhetor p. 28. συναθροισμός ἐςι συναγωγὴ τῶν πεπραγμένων, ἢ πραχθῆναι δυναμένων, εἰς ἓν κεφάλαιον. ὥς φησι Δημοσθένης· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν — ad ἔλυε τὴν εἰρήνην, ἢ ἒ; Scholiaſtes Hermogenis p. 404. ἐνταῦθα γένος μὲν ἡ ἀδικία, εἴδη δὲ ταύτης, ἡ παρασπόνδησις καὶ λύσις τῆς εἰρήνης. καὶ ὅλον μὲν ἡ Εὔβοια, μέρη δὲ ὁ Ὠρεὸς, ὁ πορθμός. καὶ ἀόριςον μὲν αἱ ἑλληνίδες πόλεις, ὡρισμένον δὲ Βυζάντιον, Ὠρεὸς, Ερετρία. ἐςὶ δὲ καὶ ἄλλα περιβλητικὰ ἑαυτῷ, οἱ δύο μερισμοὶ, καὶ ἡ διὰ μακρῶν ἀπόδοσις.

248. 13. citat h. l. Harpocr. v. Επιτείχισμα.

18. πόλεις ἑλληνίδας, τινὰς μὲν ἀναιρῶν, εἰς τινὰς δὲ τὲς φ.] in locum primi τινὰς ſuffeci ἃς, in ſecundi autem τάς.

24. ζώντων ἀθηναίων καὶ ὄντων] tametſi non ſolum in viuis adhuc ſuperſint Athenienſes, ſed etiam adhuc ii ſint, qui ſunt. poteſt quis adhuc viuere, qui tamen tibi ſuccurrere, aut ſuas ipſius iniurias vlciſci nequeat, ſeu quod procul abeſt, ſeu quod nexus vinculis, aliisue neceſſitatibus conſtrictus et impeditus eſt.

25. Ariſtides de D. C. p. 196. βαρύτης γίνεται ἕτως, ὅταν ἢ κατηγορεῖν τις προάγηται αὐτὸς ἑαυτἒ, ἢ τῶν οἰκείων τινὸς, ἢ φίλων. (βαρὺ γὰρ τὸ τοιἒτον ἂν εἴη, ἐξὸν ἐπαινεῖν·) ἢ ὅλως τέτων, ὑπὲρ ὧν λέγει, ἢ πρὸς οὓς λέγει. ὡς Δημοσθένης· περιείργασμαι μὲν ἐγὼ, —

248. 26.

248. 26. *περὶ τῶν τοιέτων εἰπὼν*] praetuli *περὶ τέτων.*

pen. *τέτων τινὰ κωλυτὴν*] mediam vocem ſuſtuli.

249. 1. *προσήκει*] praetuli *προσῆκε.*

4. *ταῦτα*] ſcil. *τὰ ἡμέτερα κτήματα, καὶ δίκαια, καὶ καυχήματα.* haec noſtra bona, copias, poſſeſſiones, iura, decora. Vt Demoſthenes v. *ταῦτα* cunctas opes, totam remp. vniuerſum imperium Athenienſium, ita Tullius quoque vocabulo *haec* rem omnem Romanam complectitur.

Ibid. *διετέλεν* addidi.

6. *αὐτὰ ψηφίσματα*] interpoſui articulum.

12. citat h. l. Harpocr. v. *σύγκλητος ἐκκλησία.*

13. *κύπριος* ſine controuerſia rectum, et immerita cenſura coniecturisque ſuperuacaneis vexatur. Apud Iſaeum Xenocles Cyprius p. 38. 7. et p. 54. 29. Cleonymus Cretenſis commemorantur, qui procul dubio ciues Athenienſes, Athenis nati et educati, et ciues erant, quo quis optimo iure, ſed ideo ſic vulgo dicti, quod alter in Cypro, alter in Creta, plurimum aetatis egiſſent.

17. *εἰς Ἑλλήσποντον*] non cum *ἀποσαλέντα* copulanda ſunt, ſed cum *τὴν τῦ σίτε παραπομπὴν.* naues bellicas, cum Leodamante miſſas, quo naues onerarias, frumenta vehentes, tuto e Ponto per Helleſpontum in mare Aegeum deducerent. Claſſi Athenienſium frumentariae, quae quotannis in Pontum mitti ſolebat, periculi ſumma erat in traiectu per Propontidem et Helleſpontum, h. e. praeter Thraciam et Macedoniam. Non in Helleſponto erant emporia frumentaria, ſed in Ponto et ad paludem Maeotidem.

20. *ὅπως ἡ βελὴ συναχθῶσι*] ſi nullus alius hic ſubeſſet ſcrupulus, momentum non dubitaſſem *συναχθῇ* ſufficere, non quo neſciam, cum ſingularibus ſubſtantiuorum, multitudinem ſignificantibus, et licere,

cere, et ſolere plurales verborum componi. verum deeſt aliquid. leg. nempe ſic videtur ὅπως ἡ βȣλὴ καὶ ὁ δῆμος συναχθῶσι. prytanes in curiam cogebant ſenatores, ſtrategi autem plebem in Pnycen, aut in theatrum, in concionem. Cur alias ſtrategi hic loci commemorarentur. et a quo legendi erant legati? a ſenatu, an a plebe? a plebe vtique. ergo plebs quoque concienda erat. v. p. 250. 10. πρυτάνεις καὶ ϛρατηγοὶ ἐχρημάτισαν [acta in concione, quibus ipſi interfuiſſent, ad ſenatum, qui in curia remanſiſſet, retulerunt] τὰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀνενεγκόντες, ὅτι ἔδοξε τῷ δήμῳ [populo, non ſenatui] πρέσβεις ἑλέσθαι πρὸς Φίλιππον. viſum fuiſſe populo, vt legati ad Philippum mittendi deligerentur [a ſenatu puta, auctoritate ipſi a populo delegata.]

249. 21. οἱ] praetuli οἵτινες.

22. τὸν ναύαρχον] interpoſui τε.

24. ὅτι] id eſt ἐρȣ̃σιν, ὅτι — certiores faciant Philippum, populum Ath. nil eſſe incuſaturum, ſi errore haec ſint admiſſa. v. Krebſii V. C. Decreta Flauiana Romanorum pro Iudaeis.

26. idem eſt atque ſi plene ſic dixiſſet. εἰ δὲ Ἀμύντας ταῦτα πεποίηκε τὸν Λεωδάμαντα λαβὼν πλημμελȣ̃ντά τι etc. ἐρȣ̃σι τῷ Φιλίππῳ, ὅτι ἐπισκεψ. —

250. 1. καὶ τȣ̃το γράψαι λέγειν] plana haec et ſana ſunt, modo teneatur, apta eſſe ex ἔδοξε τῷ δήμῳ, viſum fuit plebi, λέγειν, vt aut ipſa, aut ex ipſius delegatione ſenatus, legatis profecturis inter alia mandata etiam hoc mandaret, καὶ τȣ̃το γράψαι, vt legati, quemadmodum aliis de rebus, ita inprimis de hac quoque S. P. Q. A. per literas e Macedonia certiorem facerent.

5. Ἀριϛοφῶν — εἶτ᾽ Ἀριϛοφῶν πάλιν] ſcil. alter erat Azanienſis, alter Colyttenſis. v. ad vſ. 18.

250. 7.

250. 7. multa cum ſint, quae vocabuli ψήφισμα h. l. tueantur auctoritatem, non immorabor iis proferendis, neque enim hoc nunc ago, vt Taylori lapſus notem, (erunt poſt me non pauci, qui inuidiam huius operae haud reformident, et cum cernant eos, tum reprehendant) aut, vbi fecero, velut pudibundus, tribus verbis, obiter, viri nomen celans, faciam; hoc vnum attingam, βέλευμα nunquam eo ſenſu in curia attica fuiſſe vſurpatum, quem ſenſum Taylor ipſi affingit, ſcil. vt ſit decretum ſenatus, factum ſecundum rogatam concionem plebis eiusque collecta ſuffragia, ad exſequendum id, quod populus voluiſſet atque iuſſiſſet.

9. Νικοκλέους] praetuli Νεοκλέους.

10. βουλῆς γνώμη] id eſt σὺν τῇ γνώμῃ τῆς βουλῆς. cum venia et pace ſenatus, aſſentiente et volente ſenatu.

12. ἔδοξε τῷ δήμῳ πρέσβεις ἑλέσθαι] id eſt ἔδοξε τῷ δήμῳ, ἐπιτρέπειν τῇ βουλῇ τὸ πρέσβεις ἑλέσθαι, καὶ τὸ δοῦναι αὐτοῖς ἐντολάς.

14. τὰ ἐκ τῆς ἐκκλ. ψηφίσματα] ſcil. ἀνενηνεγμένα. ſed quorſum addi legatis illa volunt plebiſcita, ſi in illis neque ipſi legati nuncupati erant, neque mandata ad Philippum referenda continebantur. quapropter etiam vices literarum credentialium gerere non poterant. Hunc nodum non reſoluo.

17. πρυτανείᾳ] id eſt ἐπράχθη ταῦτα ἐν τῇ πρυτανείᾳ.

18. Ἀριστοφῶν κολυττεὺς πρόεδρος εἶπεν] non videtur his bene inter ſe conuenire. In tribu Hippothoontide, non Colyttus eſt, ſed Azania. Error ergo eſt in Κολυττεὺς, quod cum Ἀζανιεὺς eſt mutandum nam profecto prohedro tribus alicuius non licebat e demo eſſe, ab illa tribu prorſus alieno.

250. 18.

250. 18. poſt εἶπεν addit Aug. 1. ψήφισμα pro titulo. recte vero, ni fallor. deſignatur illud ψήφισμα, quo populus ſenatui de ſe poteſtatem delegabat, ſeu facultatem dabat, legatos ad Philippum mittendos deligendi mandatisque neceſſariis inſtruendi.

251. 4. malim φαίνεσθε μεγάλῃ εὐηθείᾳ συνέχεσθαι. aut ἐνέχεσθαι.

5. εἶτ' οἴεσθε] correxi εἰ οἴεσθε. quanquam maluiſſem mihi licere edere εἴ γ' οἴεσθε. Particulam μὲν in fine verſus addidi. reſpondet huic μὲν inſequens δὲ verſu 8.

8. poſt βοηθήσοντα δὲ aegre fero ἔργῳ abeſſe, conueniens praemiſſo πρόφασιν μὲν.

15. φιλοτιμούμενον] correxi φιλοτιμουμένων.

16. συντετάχθαι] praetuli συντετελέσθαι e Bauarico. poteram quoque συντελεῖσθαι e Felicianea praeferre. E vulgata lectione συντετάχθαι colligo, in vetuſtorum librorum quibusdam exaratum fuiſſe συντετεῦχθαι. a verbo συντεύχειν. condere, conſtruere, commachinari. Similitudo, quae in Mſtis graecis inter α et ευ eſt, creberrimos errores huiusmodi peperit.

Ibid. ἢ τοῖς] id eſt ἢ τὸ τοῖς Σηλ. βοηθῆσαι, ſubaudi ἑαυτοὺς, aut ὑμᾶς.

17. καὶ ὑπολαμβάνουσιν] cohaerens et pari ſecum filo decurrens oratio poſtulabat ὑπολαμβανόντων. quare ſuſpicor, γὰρ deeſſe. καὶ γὰρ ὑπολ. etenim autumant.

20. πρὸς ὑμᾶς] correxi πρὸς ἡμᾶς. ad me, Philippum, meosque amicos, et portus etc. erant enim ab Amynta in Macedoniam deducta.

252. 19. malim ταῦτά θ' ὑπάρχειν.

22. ἐξετάζειν πανταχοῦ, οὐδεὶς ἀγνοεῖ] malim ſic exarari atque interpungi ἐξετάζειν, τῶν πανταχοῦ οὐδεὶς ἀγνοεῖ hominum, quotquot vsquam terrarum ſunt, nemo ignorat.

252. 24. Hermogenes p. 256. σχῆμα σφοδρὸν τὸ κατὰ ἀποστροφήν. οἷον· παρὰ σοὶ κατέλυον, Αἰσχίνη, καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν. item p. 306. vbi quaerit, ſitne ἀποστροφὴ methodus, an ſchema. quodcunque eſt, ait, τῶν ποιούντων ἐστὶ καὶ αὐτὴ γοργὸν τὸν λόγον, καὶ μάλιστα, εἰ συνεχῶς γένοιτο. ἡ γὰρ μετάβασις, ἡ νῦν μὲν ἐπὶ τοὺς δικαστὰς, νῦν δ᾽ ἐπὶ τὸν ἀντίδικον, ἢ ὁντινοῦν, κινεῖ πως καὶ γοργὸν ποιεῖ τὸν λόγον. Ob vocabulum προξενεῖν citat h. l. Thomas M.

pen. idem eſt, ac ſi dixiſſet οὐ τοίνυν τούτων [τῶν τοῖς τυράννοις πεπραγματευμένων] ἐπράχθη οὐδέν. eorum omnium nihil conſiebat, οὐ διὰ σὲ, non quo tu obſtitiſſes, ἀλλὰ δι᾽ ἐμὲ, ſed quod ego obſtiti, περὶ οὗ σὺ βλασφημῶν λέγεις, ὅτι —

253. 1. ἀλλ᾽ οὐ σύ γε] ſcil. σιωπᾷς λαβὼν, βοᾷς δ᾽ ἀναλώσας. quomodo tu me ais facere.

3. περὶ τὸ βῆμα, quod codex vnus, neque is optimae notae, ad τήμερον addit, dubium eſt, oratoris, an ſcholiaſtae ſit. Cuiuscunque eſt, voluit is, qui ſcripſit, ita dare. τήμερον, περιυλακτοῦντα τὸ βῆμα. quae ſint verba Demoſthene vtique non indigna futura. niſi hi iudices te, infamia notatum, hodie cogant, [id eſt cogant a iam nunc impoſterum] omittere quaeſtum, quem adhuc factitaſti, ſcil. ſuggeſtum oratorium circumlatrandi.

4. ἐπὶ τούτοις] quod ego Clitarchi et Philiſtidae fraudes eluſiſſem, irritas feciſſem. v. verſu 19.

7. τοῦτο procul dubio ad praeconium hoc, de quo nunc certatur, Cteſiphonteum referendum. Quia iam antea ſemel, auctore Ariſtonico facto, populus coronam auream mihi decretam in theatro per praeconem promulgandam curauit, ex eo fit, vt haec Cteſiphontea auctoritas mihi praeconium alterum, cum altera corona, pepererit.

254. 2.

254. 2. Marcellinus ad Hermog. p. 316. *κράτιστον μὲν οὖν καὶ τὸ, δόξαν τινὰ χρηστὴν ἀποδεικνῦναι περιποιεῖν τόδε τὸ πρᾶγμα πραχθέν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνάμεθα, ἐπ' ἐκεῖνο τρεπτέον, ὅτι ἀλλ' οὐδ' αἰσχύνην περιποιήσει τῇ πόλει. δριμυτάτη γὰρ ἡ τοιαύτη μέθοδος, ᾗ καὶ Δημοσθένης ἐχρήσατο. ἀναγνοὺς γὰρ ἐν τῷ περὶ στεφάνου τὸ γραφὲν αὐτῷ κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους περὶ τοῦ στεφάνου ψήφισμα, ἐπειδὴ φανερῶς οὐκ εἶχεν ἀποδεῖξαι, ὅτι καὶ δόξαν τινὰ τῇ πόλει περιπεποίηκεν, ἐπὶ τὸ ἕτερον μετῆλθεν. τίς οὖν ὑμῶν οἶδεν γέλωτα ἢ χλευασμὸν διὰ τοῦτο συμβάντα τῇ πόλει.*

9. 10. licet vocabulum *χρόνος*, hic bis iteratum, ſi volumus, gemino modo accipere, vt nempe verſu 9. menſuram ſpatiorum deſignet, quae humana aetas, per dies, menſes, annos procedens emetitur. verſu 10. autem fortunarum viciſſitudines, ſecundarum aduerſarumque.

20. *ὁρῶν δὲ*] ſententia poſtulat *ὁρῶν γάρ*. nam interceptio erat alter modus vrbem Athen. velut appoſito quodam ad latus caſtello compeſcendi et in officio continendi.

26. *χαρακώματα*] praetuli *χαράκωμα*. verſu proximo tolle foedum vitium typographicum, quod in noſtram editionem me inſcio et inuito irrepſit. Lege *βουλόμενος*, loco vitioſi *βουλόμ.*

255. 3. *ἀπαλλοτριωθῆναι*] ſcil. *τῆς ὑμετέρας τε καὶ τῆς τῶν ἄλλων ἑλλήνων πολιτείας καὶ κοινωνίας.* praetuli hanc lectionem vulgari *ἀλλοτριωθῆναι.*

7. *δοὺς*] praetuli *διδοὺς* (in praeſenti).

8. *οὐκ ἐκ λόγου*] praetuli *οὐκέτ' ἐκ λόγου*, vt ſono minus inſuaue. etiam *ὑμᾶς* addidi.

18. *ἐκ τούτων*] ſecundum, poſt, vel ob haec ingentia veſtra de ipſis merita.

19. decretum hoc Byzantiorum a tot viris doctis, tanta cum diligentia tractatum eſt, vt ſpicilegium exiguum

guum mihi relinquerent; Valeſius, Van Dalen, vir doctus Britannus, qui ſub ſiglis T. R. latere voluit in Miſcellaneis Amſtelodam. Vol. II. a p. 354. ad 357. Doruillius, et Taylorus. nam Doruillii nomen, non Burmanni, litera B. indicatur in illis Miſcellaneis. Burmannus ſenior additamenta ſua litera A. diſtinxit. Praeterea ſuccurrebant quoque codices mſti Demoſth. vt ſatis facile eſſet, maculas, quae in Lutetiana ſunt multae foedaeque, eluere.

20. ἐντεαλίᾳ] correxi ἐν τᾷ ἁλίᾳ in concione. ἁλία eſt congregatio multitudinis, multitudo congregata, et locus atque tempus congregationis. Multa ſunt, quae ab ἁλὴς confertus, denſus, deriuantur. ἅλις, ἁλίζειν, et alia talia. Error ſcribarum ſic natus eſt. In illis vetuſtioribus libris, qui literis exarati erant vncialibus dictis, omnia verba inter ſe continue ſcripta erant, vt peritia et vſu multo ei opus eſſet, qui legere vellet. deinde literam iota, quum additur ad indicandum datiuum, quam nos hodie in libris noſtris non adſcribimus, ſed ſubſcribimus puncto aſſimulatam, ad latus illi adſcribebant; qui mos vsque ad ſecula recentiora perdurauit. In codice Demoſthenis Auguſtano primo, illo bono, ſemper ι erat adſcriptum, vt τῶι ἀνθρώπωι. pro quo nos hodie ſcribimus τῷ ἀνθρώπῳ. Datiuum ergo doricum expreſſuri ſcribebant ταῖ pro τᾷ Tria ergo illa vocabula ἐν τᾷ ἁλίᾳ *in concione* ſcribebant ſic ΕΝΤΑΙΑΛΙΑΙ. iam qui neſcirent, quid hoc vocabuli eſſet, opinabantur, ΤΑΙ etiam poſſe ſcribi ΤΕ. quia αι et ε penes librarios graecos prorſus promiſcue habentur. Scribebant ergo ἐντεαλία. Sic nata eſt lectio vulgata. Quae Doribus ἁλία erat, ea erat Athenienſibus ἡ ἡλιαία, non a ſale, ſed ab ἁλεῖσθαι, ἁλίζεσθαι *coeundo*, ſic dicta. ἐν τᾷ ἁλίᾳ correxit etiam h. l. Scipio Maffeus in Muſaeo Veronenſi p. CCCXXXI. Citat h. l. Harpocration v. Ἱερομνήμονες.

255. 21.

255. 21. *ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν*] poſteaquam a ſenatu veniam hac de re cum populo agendi accepiſſet. *ῥήτραν* h. l. eſt *τὴν ἐξουσίαν τοῦ εἰπεῖν*. non male interpretatur ſcholiaſtes Meermannianus hoc vocabulum per *γνώμην ἐνδόσιμον ſententiam conceſſiuam.*

23. *καὶ τοῖς συμμάχοις*] ſubaudi *αὐτῶν*.

26. *Φιλίππω τῶ Μακεδόνος*] reſtitui doriſmum.

256. 3. *ἅμε*] praetuli *ἅμμε*.

5. *δεδόχθω*] praetuli *δεδόχθαι*. qui infinitiuus aptus erit ex *ἔλεξεν* initio decreti. Damaget. in concione auctor factus eſt, *δεδόχθαι*, vt iuuaret populum Byz. decernere.

7. *ἐκ τᾶς γᾶς καὶ οἰκείαν*] correxi *ἔγκτασιν γᾶς καὶ οἰκιᾶν*. ius emendi et poſſidendi villas et agros domosque in vrbe ipſorum, Byzantio puta.

8. *πόθ' ὅλον*] correxi ex mente Valeſii et Doruillii *πόθοδον*, quod dorice idem eſt, atque *πρόσοδον*.

Ibid. *περὶ τοῖς παρὰ τὰ ἱερὰ*] correxi ad mentem Vaſii, item T. K. Britanni, *πράτοις* [quod dorice idem eſt atque *πρώτοις*] *μετὰ τὰ ἱερά*. poſt facta ſacra, vel auſpicia, in ſenatu, aut in concione, primis liceto ante omnes alios populos Athenienſibus ad ſenatum accedere, aut cum populo agere.

10. *πᾶσαν πρὸς τὰν λειτουργίαν*] facile erat difficultatem loci mollire *πρὸς* omittendo, quod ſunt codices, qui omittant. ſed videbatur aliquid abſtruſius et exquiſitus in illo *πρὸς τὰν* latere, quod meditationem intendens tandem viſus ſum mihi inueniſſe. Non inuidioſum ſolummodo ipſis Athenienſibus, neque inciuile factum ſenatus Byzantini erga ciues ſuos, ſed etiam plane noxium, et illicitum, omnique pacto negatum, Athenienſes, vt Byzantium habitatum commigrent, hac conditione propoſita illicere, vt liberi ſint ab omni contributione, quo ab onere reliquorum Byzantinorum nullus eſſet exemtus. Neceſſe ergo eſt, nouos Byzantii ciues, Athenis oriundos, non ab omni genere

 contri-

contributionum ciuilium, ſed ab vno certo quodam ſolummodo releuatos fuiſſe; nempe a liturgiis, ſeu functionibus, vel praeſtationibus imperatis, h. e. non ordinariis, encycliis, ritu vetuſto et patrio dudum ſancitis, quae nulli non dudum eſſent notae, ſed extraordinariis, quarum ſi neceſſitates inciderent, per quaeſtorem accenſumue cuique de eo ſignificandum itentidem eſſet. Erant ergo λειτȣργίαι geminae. aliae τακταὶ, ratae ſtatae, quarum veniam leges ciuium nulli, quocunque pacto, facerent. Alia προςακταὶ, aut πρόςακτοι. quae extra ordinem pro re nata indicerentur.

256. 12. Βοσπορίχω] in obſcuritate rei et diſſenſu codicum reliqui nomen hoc, quale inueneram.

13. ὑπὸ τῷ δάμῳ] detraxi illa duo puncta ſubſcripta. Sunt enim, non datiui, ſed genitiui dorici, pro ὑπὸ τȣ̃ δήμȣ.

14. conſpicitur quidem hodie δωρεὰς in Bauarico, ſed eraſa vetuſta primigenia lectione, cuius cum nihil praeter tres primas literas ſuperſit, non conſtat, quis olim fuerit exitus vocabuli. inepta illa et flagitioſa manus, quae allinendis calamo perquam pingui et atramento diluto, et ductibus inſcitis et inamoenis, Moſchopuli abſurdis ſcholiis codicem hunc pulcherrimum inquinauit, vltimas tres literas εὰς adſcripſit. Ego de meo iudicio θεωρίας ſuffeci. praeterea quoque, vt nomine S. P. Q. Byzantinorum legati ſacri, θεωροὶ dicti, mittantur ad ludos ſacros, qui —

Ibid. ἔν τε ἑλλάδι] correxi eodem modo, eademque de cauſa, quo et qua paulo ante ἐντεαλίᾳ corrigebam, ſcil. ἐν τᾷ ἑλλάδι.

16. τῷ ςεφάνῳ, ᾧ συςεφάνωται] correxi de meo ſenſu τὼς ςεφάνως, ὣς ἐςεφάνωται. id eſt τȣ̀ς ςεφάνȣς, ȣ̀ς ἐςεφ. nam iſti ſunt accuſatiui dorici. coronas, quibus populus Athenienſis coronatus eſt.

23. citat h. l. Harpocr. v. ἀλωπεκόννησος.

256. 26. ὅτι πάντων μέγιςον ἀγαθῶν πράττειν γέγονε] correxi de meo ſenſu, ὅτι πάντων μεγίςου ἀγαθῶν παραίτιος γέγονε. [quamquam adhuc rectius foret ὅτι τȣ̃ πάντων cum articulo.] quod Cherrhoneſitis bonum, bonorum omnium ſummum, conſciuiſſet, vel peperiſſet, libertatem puta. E lectione quorundam codicum, πράττειν αἴτιος γέγονεν, effeci παραίτιος γέγονεν. Haec eſt formula titularis, ſeu in eiusmodi titulis et decretis vſitata. Ne longe eamus, inſpice modo inſcriptionem Agrigentinam, e Gruteri Corpore a Taylori Apparatus critici volumine primo p. 227. iteratam. vbi haec leguntur: Δημήτριον πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρεσχῆσθαι τῷ ἁμῷ [id eſt ἡμετέρῳ] δάμῳ καὶ μεγάλων ἀγαθῶν παραίτιος γεγόνειν [id eſt γεγονέναι.] item p. aliam e Gruteri p. CCCC. repetitam ὑπάρχων τοῖς τε δημοσίοις ἡμῶν πράγμασι καὶ ἑνὶ ἑκάςῳ τῶν πολιτῶν παραίτιος ἀγαθȣ̃ πολλάκι γεγένηται. et infinitum numerum ſimilium locorum aliunde comportet, ſi quem ea opera delectet.

pen. ἐκ τῆς Φιλίππȣ] ſcil. χειρὸς, quod vocabulum ſolet omitti. δȣλείας et τυραννίδος etiam conuenirent. verum haec ad ſubaudiendum non ſolent omitti.

257. 2. ἐλλείψει εὐχαριςῶν καὶ ποιῶν, ὅ τι ἂν δύνηται ἀγαθὸν] cum de δήμῳ τῶν χεῤῥονησιτῶν nulla mentio praeceſſerit, neceſſe foret, hos ſingulares numeros omnes pluralibus mutare, id quod Lambinus quoque iam auſus eſt, ſi haec verba de Cherrhoneſitis eſſent accipienda. Quod nego. redeunt ad δῆμον τῶν Ἀθηναίων. idemque eſt, ac ſi ſic dixiſſet, et certa quoque fiducia freti ſunt incolae Cherrhoneſi, fore, vt populus impoſterum quoque mentem hanc erga ſe ſeruet, memor honoris ſibi oblati, neque finem vnquam faciat,

ciat, quoad poſſit, de Cherroneſitis bene merendi. Recte igitur habent h. l. numeri ſingulares.

257. 3. *ἐν* praepoſitionem addidi.

15. malim *τȣ̀ς ἀδικȣ̃ντας ἀδικȣμένȣς.* vos non prodidiſſe hoſti veſtro, a quo laederemini, quamuis a vobis iniurias accepiſſent.

17. *τιμὴν* addidi.

pen. *χρήσασθαι* malim abeſſe.

258. 4. citat h. l. Hermogenes p. 173. 174. et paene toto illo capite ſuper eo diſputat, cur *ἁπλώσει* maluerit orator, quam *στρογγυλώσει* vti, et de arte, qua hanc ſimplificationem occultauerit, et de ordine narrationis, et de immiſtione enthymematum, quae ibi legat, ſi quem iſta iuuabunt.

17. locum hunc citat Stobaeus p. 90. 5.

19. celeber locus communis, vſurpatus Hermogeni p. 240. pen. et Ariſtidi de D. C. p. 168. cuius haec ſunt verba. *καὶ τὰ τοιαῦτα σεμνότητος μετέχει, ὅταν περὶ βίȣ καὶ θανάτȣ διεξέρχῃ. οἷον· πέρας μὲν γὰρ* —

20. citat h. l. Harpocrat. v. *οἰκίσκος.*

23. rurſus citat h. l. Harpocrat. v. *προβαλλομένȣς*, et Hermog. p. 243. cuius haec ſunt verba. *αἱ μὲν γὰρ μετρίως ἔχȣσαι* [*τροπικαὶ λέξεις καὶ διωγκωμέναι*] *ποιȣ̃σι τὸν λόγον σεμνόν. οἷον· τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένȣς ἐλπίδα, ἀντὶ τȣ̃ τὰ ἀγαθὰ ἐλπίζοντας.*

25. *λακεδαιμονίους* cohaeret cum *ἀνελεῖν* verſu penultimo. et conſtructio haec eſt. *οἱ διεκωλύσατε Θηβαίȣς, ἐπιχειρȣ̃ντας ἀνελεῖν τȣ̀ς λακεδαιμονίȣς.* interceſſiſtis Thebanis, funditus exterminare Lacedaemonios conantibus.

pen. citat h. l. Harpocrat. v. *Λεῦκτρα.*

259. 2. *πεποιηκότων*] ſubaudi *ὑμᾶς.* quamquam vtique planius erat hoc addi. quibus pro hominibus, quam

quam infeſta et quam nefanda in vosmet auſis, caput ſitis obiecturi periculis.

259. 10. locum h. citat Harpocrat. v. *Θεμίσων.*

12. *ἐθελόντων, τριηραρχῶν*] praetuli *ἐθελοντῶν τριηράρχων.* (ab *ἐθελοντὴς.* et ſublato commate.)

18. *ἐν οἷς ἐπιστεύθητε*] quo tempore, aut quamdiu in poteſtate veſtra erant oppida corporaque Euboeenſium, fidei tutelaeque veſtrae credita.

20. *ναυμαχίας, ἐξόδους, πεζὰς στρατείας*] tria ergo ſunt, ſed ſcire velim, quam diuerſa. qui differunt *αἱ ἔξοδοι egreſſus* a praeliis naualibus, et a terreſtribus expeditionibus? procul dubio male in vulgatis interpunctum eſt. diſtinxi ſic. *ναυμαχίας,* bella maritima, *ἐξόδους πεζὰς,* expeditiones terreſtres, denique, vt omnia vno verbo complectar, *στρατείας,* militias, ſiue illas antiquas, ſiue has recentiſſimas.

26. *συμβολῆς*] correxi *συμβουλῆς.* ipſius reipublicae noſtrae ſalus in deliberationem cum veniret.

260. 1. citat h. l. Plutarchus in Moral. p. 542. 3.

3. *ἂν* addidi.

9. citat h. l. et artificium eius rhetoricum more ſuo demonſtrat Hermogenes p. 276. 277. Marcellinus ad Hermog. p. 343. *ἔστι δὲ καὶ ἕτερος τρόπος* [*τῆς συγκρίσεως*, res inter ſe comparandi] *ἀπὸ τῶν κυρωσάντων* [ſcil. *τὸν νόμον*] *ὡς ὁ Δημοσθένης· ὡς οἱ πρόγονοι ἔθεντο — καὶ ἀπὸ τῆς αἰτίας, δι' ἣν ἐτέθη. ὡς παρὰ τῷ Δημοσθένει εὑρίσκομεν·* [p. 644. 24.] *λογιζόμενοί τε, ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀπεκτονὼς, θεῶν δικαστῶν τυχὼν, ἀποφυγγάνει. καὶ πάλιν* [p. 260. 9.] *ὁρῶν γὰρ ἐγὼ τὸ ναυτικὸν ὑμῶν καταλυόμενον.* Horum inter ſe nexum ego equidem non intelligo.

17. *ναυτικὰς* addidi. conſtabat quidem ſatis per ſe, quod genus apparatuum hic deſignaretur. non ideo tamen contemnendum viſum fuit additamentum codicis Bauarici.

260. 18. εἰς addidi. reus factus, in hoc quidem certamine, vel pro hoc cert. παρανόμων, ſeu latae legis vetuſtis legibus repugnantis. Quo enim ſciretur, cuius generis eſſet obiectum crimen, ſuper quo iudicandum eſſet, adſcribi ad formulam accuſationis neceſſe erat, quo titulo reus citaretur, num φόνου, an ἀσεβείας, an παρανόμων etc. Actor in hac cauſa fuit Patrocles. v. p. 261. 18.

21. citat h. l. Harpocr. v. ἡγεμὼν συμμορίας.

23. 24. θεῖναί με τὸν νόμον et καταβαλόντα με ἐᾶν] vtrumque με omiſi. contra verſu 25. ἐγὼ addidi.

261. 1. τοῦ ἐμοῦ νόμου] ſubaudi τοῦ λέγοντος, vel τοῦ κελεύοντος. ſecundum meam vero legem, quae lex praecipit, vnumquemque pro modo facultatum contribuere.

2. καὶ δυοῖν] ſcil. τριήρεων. vel duarum. ad duas haud raro triremes. *ie wohl gar zween Schiffe zu beſchicken, nicht nur ein gantzes.*

4. τριηράρχους ἐπωνόμαζον] praetuli τρ. ἔτ' ὠνόμαζον, non iam ſe trierarchos, vt olim fecerant, appellitabant, ſed contributores. citat h. l. Harpocrat. v. συντελεῖς.

6. οὐκ ἐδίδοσαν] Markland ἂν intergerit, quod ferri poſſit, ſi certum ſit, ſignificare *non dediſſent.* ſed διδόναι ſaepenumero nihilo plus ſignificat, quam *offerre.* nihil ergo cauſae eſt, cur ἂν hic intrudatur. qua in particula Marklandus cornicum oculos configere voluiſſe videtur. *quantas aeris ſummas non obtulerunt.* Si ſic accipias, ἂν locum non habebit.

16. καθ' ὃ] correxi καθ' ὅν. et in τριηραρχῶν mutaui accentum. poteſt vtique illud probari, vt a nominatiuo ſingulari τριηράρχης, primae declinationis, ductum; verumtamen quia τριήραρχος, e ſecunda declinatione, Demoſtheni multo eſt vſitatius, ideo conforma-

formaui accentuationem genitiui pluralis huic modulo ſecundae declin. et ſcripſi *τριηράρχων*. penacute.

261. 19. *τὸ μέρος*] interpoſui quidem *πέμπτον*, vt ſatis munitum auctoritatibus librorum, incluſi tamen idem vncis, ad indicandum, a libris excuſis plerisque id abeſſe, et abeſſe ſalua ſententia poſſe. nam *τὸ μέρος* ſic nude poſitum tantundem valet, atque *τὸ τακτὸν μέρος*. Doruillius quoque ad Chariton. p. 488. *πέμπτον* pro ſcholio proſcribit.

pen. *χρώμενον*] praetuli *χρωμένους*.

262. 2. Sententia haec eſt. Triremi cuique inſtruendae atque ſuſtentandae in vnam aeſtiuam expeditionem maritimam decem talenta imputantur. Cui ergo decem talenta in bonis ſunt, ſic cenſo in tabulis publicis, illi ſua nauis inſtruenda et ſuſtentanda ſoli eſt. Viginti talenta ſi cui ſunt, ei par triremium curandum eſt. Triginta ſi cui ſunt, ei obtingunt tres triremes. Sed vltra tres non proceditur, tametſi quis quinquaginta centumue talenta poſſideat. Ergo aio, inquit auctor legis, trierarchos ad hunc modum deligi. Verum eſt alius minus locuples. hic cum alio, aliisue copuletur, vt contribuant, ad eum modum, vt primi et ſecundi, aut primi cum ſecundo tertioque bona ſummam decem talentorum conficiant. Hi bini, terniue ſingulas triremes habento ſibi curandas. Ad *αἱρεῖσθαι*, vti ad *καλεῖσθαι*, ſubauditur *δεῖ*, vel *κελεύω*.

7. *ἔσω*] ſcil. *ἡ λειτουργία*.

